

Universidad de Deusto
Biblioteca

36-A-24

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 48
Plúteo 2

118,1

Universidad de Deusto
Biblioteca

# SERMONES

## QVADRAGESIMALES EXIMII DOCTORIS,

# FRATRIS IACOBI

## DE VORAGINE,

*Ordinis Prædicatorum, quondam Archiepiſcopi Ianuenſis:*

Quàm diligentiſſimè emendati, ac cum magna ſollicitudine correcti, & caſtigati.

*Cum gemino Indice, Annotationum ſcilicet in prin ipio, & Sermonum in fine.*

*Conuentus Carmelitarum discalceatorum Bruggensis.*



VENETIIS,
Ex Officina Ioannis Baptiſtæ Somaſchi.
M D LXXV.

VENETIIS, Ex Officina Ioannis Baptiſtæ Somaſchi. M D LXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

T A B V L A

# IN SERMONES QVADRAGESIMALES,

EXIMII DOCTORIS, F. IACOBI De Voragine, per Alphabeti literas, vt eo facilius materia ſe ſe offerat, notabiliter diſtincta.


ABraam, tria opera cõmẽdabilia fecit, cõtra q iudęi egerũt. car. 35
Abſcondentiũ ſe varietas. 115
Actiuorũ tres differentię. 176
Accuſatores in iudicio qui erunt. 24
Adulatorum natura. 103
Aduocatus bonus, tria debet habere. 106
Adiutorium triplex, contra naufragium. 142
Agnus appellatur Chriſtus, & quare. 183
Agnus Dei, quare ter in Miſſa dicitur. 185
Agnus qũo comedi dẽt. 194
Amor duplex. 156
Amor per quatuor ſigna poteſt manifeſtari. 211
Amaritudo triplex. 195
Amor cordis eſt ſicut calor naturalis corporis. 10
Amor illicitus triplex eſt. 37
Ambulantium mundi viam, diuerſa pericula. 53
A minimo dẽmus incipere, & paulatim aſcendere. 100
Anſelmi viſio quidue ſignificat. 112
Animę ſctõrũ ſtatus tres. 152
Animæ tres cammeræ. 76
Aĩam ad tria hortat̃ Deus. 2
Animam angelus ponderat quatuor ordinibus. 26
Animarum differentia. 62
Anima dr̃ vinea & quare. 70
Animam in corpore plantauit Deus ꝑ ꝑ tres cauſas. 70
Animæ principalis ſedes, quę ſit. 199
Animę Chriſti cruciatus. 199
Angelus in monumento, quatuor erga mulieres ſigna fecit. 209
Anguſtiam magnam patientur damnati. 24
Aquam ſpiritualẽ gratis pollicetur Deus. 102
Aquarum cõicatio varia. 102
Auarus ĩſatiabilior oĩbus. 83
Auarus in omnibus ſenſibus auaritiam habet. 116
Auaritia cito hominem occidit. 98
Auxilia pro pugnantibus. 15

Universidad de Deusto Biblioteca



B

BAlſamo omnia ſunt virtuoſa. 188
Baculo vtũtuř pellegrini propter quatuor. 213
Bñficia dei iudęiscollata. 236
Benedictio comeſtionem debet præcedere. 110
Bonorũ quatuor differẽtię. 33
Boni sũt hortus Virginis. 172
Bonorũ tres differentiæ. 178
Bona ſpiritualia habent magnam delectationem. 93
Brachia duo deus habet. 182
Bucella panis data Iudæ, an fuerit ſacramentum. 227

C

CAlices tres dñs hẽt. 178
Campanę Chriſti 12. 201
Cananea optimam ſocietaté ſecum duxit. 46
Chananea tripliciter humilitatem oſtendit. 47
Chananea miſericordiam tãtum petit. 48
Chananea quomodo ad duritias ſingulas ſe habuerit. 45
Cæcitas ſpiritualis tribus modis cauſatur 121
Ceræ Xp̃s aſſimilatur. 191
Centurio quatuor commendatur. 7
Cilicium quid. 2
Cineris memoria vtilis ẽ triplici de cauſa. 3
Cicatrices vulnerum, quare Chriſtus ſeruat. 221
Conſcientia, cubiculum nuncupatur. 14
Contriti qui dicãtur. 27
Corripiendorũ diuerſitas. 85
Corrigentem alium, quinque ſeruare debet. 87
Corpus Chriſti, dř templum, multiplici ratione. 114
Cõtritio cui aſſimiletur. 120
Collirium triplex. 122
Cognitio illuminati, in duobus conſiſtit. 125
Cogitationes ſæpè, in tres partes diuiduntur. 162
Corpus Chriſti tribus aſſimilatur. 188
Corpus Chriſti tribus diſciplinis flagellatum fuit. 198
Cõtriſtatus Xp̃s de trib. 212
Crux ex quatuor lignis facta fuit. 143
Crux Chriſti erat admodum Thau. 240
Cura maior de aima, quam de corpore habere dẽt. 118

D

DAmnati gratiam recipere non poſſunt. 147
Deus tribus modis dř. 155
Deũ qũo laudare dẽmus. 170
Deus dicitur pater familias, & quare. 69
Deus ad miſericordiã ꝓnior, quam ad iuſtitiam. 73
Deus de tribus à nobis pẽſionem petit. 76
Deus duos oculos hẽt. 108





Deus habet tres Cãcellarios in ſua curia. 137
Dei nomina plura. 115
Deũ tẽtare quis dicitur. 19
Deus qd ĩ Eccleſia ponat. 29
Deus ab hominibus qũo in iudicio uidebitur. 34
Dei eſſentia inuariabilis. 51
Deus hẽt tres Calices in præſenti, & tres in futuro. 61
De Reſurrectiõe, omnes creaturę letatæ ſunt. 207
Dęmonis aſtutia Lupo aſſimilatur. 80
Dęmones quare à Chriſto loqui prohibiti ſunt. 95
Dæmoniorũ potẽtia mag. 96
Deſperare nemo debet. 86
Diues tripliciter circa diuitias peccabat. 63
Diuitis petitio q̃lis fuerit. 67
Diuitiæ, ſpinæ vocantur. 54
Diuitiarum inſtabilitas. 5
Diabolicũ fœtũ, non eſt fiendũ, triplici de cauſa. 152
Diabolus habitat ĩ corde umbroſo vacuo, & hũido. 32
Diaboli nomina. 21
Diaboli modus tentandi. 19
Diabolus cõiecturis tantũ, nõ certe Chriſtũ cognouit. 18
Diabolus quatuor genera ꝑſonarum tentat. 76
Diabolus qũo expellitur. 78
Diſcipulorũ tres dñæ. 109
Dignitas bonorum. 33
Differentia inter hoſtiam, & victimam. 185
Diligentium uarietas. 208
Dñicæ paſſiõis cã, fuit prima culpa vtriuſq; parẽtis. 232
Domini cum ſeruis, quatuor habent communia. 7
Dñica quarta. XL. duo nomina habet, & quare. 110
Doloris Chři magnitudo. 62
Duritia quatuor Chřs Chananeæ oſtendit. 45
Duo ad miſerendum Deum inclinant. 49

E

ECcleſiæ intentio in Quadrageſima eſt vt ad pœnitẽtiã redeant pc̃tõres. 8
Eccleſia Dei, ad duplex officium ædificatur, 29
Eccleſia quare in Quadrageſima mentioné facit de paſſione Chriſti. 59
Eccleſia quare pro omnibus orat in paraſ. 202
Eccleſiæ quare viſitentur in para. 202
Egrotantes diuerſi. 159
Eijcere uendentes, & emẽtes fuit potiſſimum Chriſti miraculum. 29
Eleemoſina ualet homini in vita, in morte, & poſt mortem. 13
Eleemoſina ad gratiam diſponit. 93
Eleemoſina cũ ieiunio eſt iungenda. 112

Universidad de Deusto Biblioteca

Eleemoſinæ munus. 132
Eleemoſinæ quas nobis dat Maria. 173
Elemoſinæ vtilitas. 176
Encœnia quid ſignificat. 154
Equuleus dmina, dupliciter oſtenditur. 51
Errare in via quatuor non permittunt. 214
Euchariſtiam ſumere volens, tria probare debet. 192
Euchariſtiæ ſumptionis vtilitas. 192
Euchariſtiæ indigne ſumentium pœnæ. 193

F

Fœmina circundabit virũ, tripliciter exponitur. 44
Fœtor à quatuor in inferno cauſatur. 83
Febris mortale peccatum ſignificat. 95
Fides magna quando eſt. 47
Fideles per proſpera, & aduerſa impugnantur. 69
Fideles quotidie quinque panibus à Chriſto reficiuntur. 111
Fidelium obliuiſci nõ poteſt Deus. 217
Fit feſtum de ſanctis triplici de cauſa. 153
Fortiter quis cadit dupliciter. 68

G

Generatio duplex à mundi exordio fuit. 31
Grabatum vnde dicatur. 41
Gratiæ fons omnibus patet. 147
Gratiæ guſtus extĩguit ſitim. 147
Gratiæ effectus. 147
Gratia triplex. 148
Greges multi in inferno. 157
Gratia triplici fuit plena Maria. 222

H

Hieruſalem quare uocatur caſtellum. 174
Homines mũdani quatuor habent hæredes poſt mortem. 5
Homines ſex appetunt in hac vita. 63
Hominis ſtatus triplex. 63
Homo duo hẽt extrema. 127
Hominum genus triplex. 142
Homo quadruplici morte, mortuus erat. 166
Homo vbique infirmus. 189
Hominem tria impediebat ne redirent ad cœlum. 190
Hoſpitia tria Chriſti. 214
Hoſtiæ diuiſio, quid ſignificat. 70
Honorare parentes inducimur, propter quatuor. 90
Humilitas orationi coniuncta tria bona facit. 49
Humilitas quid mercatur. 58
Humilitas eſt pacis cauſa. 60
Humilitas Chriſti. 105





I

Iacobus minor erat ualde ſimilis Chriſto in effigie. fol. 230
Ieiunij alæ duæ. 120
Ieiunare debemus tribus de cauſis. 20
Ieiunij effectus. 21
Inimicos quadrupliciter diligere debemus. 11
Inimicos diligere perfectorũ tantum eſt. 12
Inimicis debetur amor, odiũ, compaſſio, & beneficium. fol. 12
Inimici quadrupliciter conſiderantur. 12
Inimicos diligere debemus propter tria. 12
Iniuriarum diuerſitas. 184
Iniuriarum uarietas, & quid circa quamlibet agendum. fol. 114
In cõuiuio tria Chr̃s egit. 226
In corde quatuor potẽtiæ cõſiderantur. 216
In Chriſto tres ſubſtãtiæ. 169
Inter Chriſtum & cognatos eius differentiæ tres. 150
In Chriſto duplex natura. 81
In Chriſto tria fuerunt. 103. 108. 135
In Chriſto duo fuerunt. 104
Inter Deum & hominem eſt maior fraternitas, q̃ inter Deum & Angelum. 33
Iniuriã factam in domo Dei, quare Chriſtus tam ſeuere vindicauit. 29
Infernus calix dicitur. 63
Infernus quid. 66
Inferni fames. 110
Inter dęmones principes quatuor. 78
In quadrageſima quid habere teneamur. 59
In adultera duo fuerunt. 104
Infirmitas ſpiritualis, ſicut & corporalis ex pluribus cauſatur. 119
Inordinate diligẽs quis ſit. 11
In uiduitate manere melius eſt, quàm ad ſecundum cõiugium tranſire, quadruplici de cauſa. 129
Infirmitatum uarietas 131
In ueritate tripliciter peccatur. 151
In inferno duo prata. 157
Ira quid. 82
Iudæi triplici libertate ſe liberos oſtendunt. 35
Iudęi in tribus diabolum imitantur. 36
Iudæi quæ Chriſto imponebant. 135
Iudæi quatuor mortes Chriſtum pati uoluerunt. 142
Iudæi multipliciter Chriſtum comprehendere uoluerũt. fol. 144
Iudæi Chriſto quid agere intenderent. 134

Universidad de Deusto Biblioteca



Iudæi in die palmarum Christo ſex magnos honores fecerunt, contra quos in Paraſce. ſex magna vituperia. 179
Iudas quare Chriſtum tradidit. 225
Iudas in aere mortuus quid notat. 98
Iudex ut recte iudicet, quid agat. 104
Iudex & prelatus propter honorem, iuſtitiam dimittere non debet. 27
Iuſtus recte ire debet. 123

K

Karitas Chriſti, omné ſuperat amorem. 197
Karitas feruens Chriſti, deſignatur in eius ſitim. 197

L

Laudari quare hic nemo velle debeat carte. 103
Labia duo Dei, & duo hominis. 182
Lauit pedes Chriſti in exemplum. 195
Lepra quàm ſit abominabilis. 82
Legata octo ĩ nouo teſtamẽto dimiſit Chriſtus. 186
Legio quid ſit. 231
Liberalitas Dei. 62.183
Lingua diuitis tripliciter peccauerat. 65
Lingua ad tria officia eſt data. 76
Linguas tres cum quis habet magnum mõſtrum. 220
Luxuria diſſipat omnia bona. 72
Lupus ſi ouina pelle tegatur, per tria cognoſcetur, ſicut hippochrita. 156

M

Maria uirgo, ad ſepulchrum non uenit, & quare. 208
Maria iuſtis, eſt ſicut Sol. 138
Maria tentatis, eſt ſicut acies ordinata. 139
Maria tribus de cauſis habet magnum poſſe in cœlo. 171
Maria ſilio tria dedit. 173
Maria quomodo Chriſtum dilexit. 205
Mariæ dolor ex tribus cauſabatur. 206
Mariæ quare dies ſabbati dedicatur. 16
Maria dr̃ nauis, & quare. 17
Maria auroræ, Lunæ, & Soli aſſimilatur. 17
Maria fuit tota mater, & vera mater Chriſti. 44
Maria quomodo Chriſtum dilexit. 44

Maria



Maria ſapientes Chriſtum dilexit, per tria ſigna. 44
Maria ex humilitate Chriſtũ concepit. 47
Maria qbus aſſimilatur. 74
Mariæ excellentia. 106
Maria poteſt nos ſemper adiuuare. 106
Maria ſapiens eſt ad adiuuandum. 106
Mariæ miſericordia. 107
Mariam nunquam à fide cecidit. 107
Maria eſt peccatoribus ſicut aurora. 137
Maria in hac uita, tres habuit tribulationes. 138
Maria eſt ſicut Luna tribulatis. 138
Mater plus diligit filium, quã pater triplici de cauſa. 127
Mala tria inducunt homines. 217
Magdalena per quatuor Deũ offenderat. 159
Magdalenæ quatuor genera lachrimarum 259
Magdalena triplex vnguẽtũ Chriſto obtulit. 160
Magdalena tria habuit peccatum cauſantia. 161
Magdalenæ tres efficatiæ. 162
Magdalena duo habuit. 162
Mediator tria hére dẽt. 180
Medium ſemper Chriſtus dilexit. 218
Medicina aſpera melius curat. 2
Medicus peritus quid erga infirmum agat. 40
Militis conditiones. 20
Miſericordiæ opera in cœlo neceſſaria non ſunt. 92
Miſeriæ aliorũ quomodo cognoſcuntur. 22
Motus triplex. 6
Modus uincendi. 22
Mori in peccato quid ſit. 52
Mortui ea quæ in mundo fiũt ſcire poſſunt. 67
Mortis memoriæ effectus. 94
Mortui dicuntur dormientes triplici de cauſa. 131
Mors Chriſti quare tribus diebus ab Eccleſia plãgitr. 201
Mulieris pulchritudo tribus aſſimilatur. 161
Mulieris quatuor cuſtodiæ. 162
Mulier, & nõ vir, lapidari debebat & quare. 104
Mulier habet quatuor retrahentia à peccato. 104
Mulieres magis compaciuntur quam viri. 127
Mundus eſt ficus infructuoſa. 93
Mundus mare dicitur. 115
Mundus & eius contemptor, quomodo ſe habeant. 151

N

Natura diuina, & humana, quaſi duo extrema ſunt. 42

Nardus

Universidad de Deusto Biblioteca

Nardus Mariæ, humilitatem ſignat 75
Neronis uerba ad aduocatos. 57
Negans ſe eſſe Chriſtianum Chriſtum negat. 232
Nobiles, & ignobiles ęquales ſunt quo ad tria 118
Notandũ cõtra ſuperbos. 57
Nunquam aliquis martir ſuſtinuit tantam pœnam in ſuis tormentis, ſicut uirgo Maria in morte Chriſti. 243

O

Obſtinatio, attritio, & contritio per tria exempla oſtenduntur. 27
Obſculatæ ſunt Chriſtũ quatuor perſonæ. 200
Occiſores Xpi quatuor. 193
Odium quadrupliciter conſideratur. 10
Odor famæ Chriſti, cui aſſimiletur. 32
Omnes homines, tam electi, quam reprobi figurati ſunt in duobus latronibus. 246
Omnes ſancti, ſtant iuxta crucem. 252
Operum diuerſitas. 157
Oratio Centurionis, propter tria meruit exaudiri. 9
Oratio quatuor in ſe habere debet, vt proſit. 50
Oratio tria hẽre debet. 175
Ouium duæ differentiæ. 156
Oues Dei per quatuor ſigna cognoſcuntur. 157

P

Pax quãdo eſt pfecta. 175
Paſſio Chriſti fuit communis. 179
Pax olim quomodo initiabatur, ſiue firmabatur. 189
Pax vobis ter Chriſtus dixit, & quare. 218
Paſſio Xpi cęcos ſanat. 40
Paſſionis Chriſti memoriale triplex. 193
Paſſionem Chriſti, quare cũ lamento celebramus. 202
Patientia Xpi in paſſione. 234
Patientia in tribus iniurijs cõprobatur. 49
Paraliticorum diuerſitas. 10
Pater nunquam filium reliquit. 51
Pauper tria magna incommoda paciebatur. 94
Paranymphum quare Xps uirgini legauit. 187
Peccator qũo beſtialis. 175
Peccatores melius ſtant in inferno. 187
Peccator tres miſerias incurrit. 71
Peccator quatuor debet recognoſcere. 72
Peccator eſt mutus. 77

Pecca-



Peccatoris qualitates. 95
Peccator de peccato in peccatum cadit triplici de cã. 96
Pc̃tor mortuo aſſimilat̃. 125
Peccator à multis plãgit̃. 126
Peccator ſignatur per filiam Chananeæ uexatam. 49
Peccator tria incõmoda patitur. 2
Peccator tria bona perdit. 3
Peccator iacet, eſt paraliticus & male torquetur. 6
Peccator in Cœna pęnitẽtiæ ponit tria fercula. 22
Peccatum relinquentium varietas. 23
Peccatum ſanguini, Nubi, & plũbo aſſimilatur. 30
Peccatum ꝙ modis fit. 38
Peccandi ordo. 83. 112
Peccata duæ res faciunt. 97
Pœnitentium diuerſitas. 79
Pœnitentia quomodo eſſe debeat. 2
Pœnitentium uarii modi 2
Pœnitentia ſignatur per nauem. 14
Pœnitentiam volentes, quatuor patiuntur pericula. 15
Perfecti pro inimicis orare debent. 11
Pœnitentiam per piſcinam intelligitur. 39
Pœnitentia quando eſt uirtuoſa. 39
Pęnitens ebrio aſſimilat̃. 40
Pęna Chriſti triplex. 188
Pęna diuitis ex multis augetur. 65
Perſequentium varietas, eorum quæ pœna. 57
Pedes quare non lauantur triplex ratio. 195
Petrus tantum à Xpo nominatur tripl ci ratione. 210
Peregrinus fuit Xps. 213
Perſecutor torcular, & mole quare vocetur. 134
Piſcina à tribus uirtutem habebat. 39
Plãtam infructuoſam, tria faciunt fructificare. 93
Plorandi ſunt tres. 127
Pontificis triplex officiũ. 243
Plantus pęnitentis, plãtæ triplici debet aſſimilari. 3
Prælatorũ authoritas. 88
Prælati quomodo iuſtitiam exercere debent. 116
Prælato non licet vti gladio materiali, ſed ſpirituali. 131
Prælatorum malorum bona verba deſpici nõ debẽt triplici exemplo. 54
Prouĩcias tres fecit Deus. 219
Pro quolibet peccato mortali dẽtur pena infinita. 253
Purgatorium quare calix dicitur. 62

Q

Quadrageſima, cum à dominica incipiat, cur feria

quarta

Universidad de Deusto Biblioteca



quarta inchoēt triplex ratio. 1
Quatuor modis Deus dedit. fol. 25
Quatuor modis qs. iuuare poſſit, ne ſententia executioni mandetur. 26
Quadrupliciter in primitiua Eccleſia miracula frequētius fiebant. 31
Quatuor dotes ſanctorum. fol. 43
Quatuor dura olim fuerant. fol. 48
Quare plures fuerunt in trāſfiguratione. 43
Quare Xp̃s viridis dicatur. 42
Quare Chriſtus in mōte trāſfiguratus ſit. 42
Qñ quis eſt paraliticus. 7
Quare Chriſtus, ex omnibus vnum tantum ſanauit triplex ratio. 38
Quare de eleemoſina fit mētio in Euangelio. 25
Quærentium Chriſtum diuerſitas. 211
Quæ requirantur ad concilium. 164
Quid per dexteram Chriſti, & ſiniſtrā intelligatur. 60
Quid per motum aquæ ſignatur. 40
Quid per tenebras exteriores intelligatur. 8
Quid per columbas, Numularios, oues, & bones denotatur. 28
Qui ſeruauerint uerbū Chriſti tria bona conſequentur. fol. 34
Qui lauantur in fonte pęnitētiæ. 39
Quinque allegationes, cōtra peccatores, in ultimo iudicij die, faciet diabolus. 24
Quindecim candelæ accenſæ in tribus hebd. ſanctæ ſignificent. 250
Quod modis iudicium corrumpitur. 23
Quod modis diues peccauerat. 65
Quod modis aliquid fieri poſſit. 109
Quomodo Deum diligere teneamur. 44
Quomodo fiendum ut à recidiuo caueatur. 41
Quotiens uincimur uitiis atque peccatis tociens Deū negamus. 234

R

Recidiuatio quantum ſit periculoſa. 42
Regulas omnib. Chriſtus dedit. 54
Reſurrectio nr̃a duplex. 215
Reſurrectione debent gaudere homines propter multa. 207
Remedia quatuor contra infirmitates ſpirituales. 120
Remedium triplex, cōtra ignē cōcupiſcentiæ. 122
Repræhendi nolunt, tria hominum genera. 178
Reliquiæ multiplices. 109
Recipere uolētes Christi, quę habere debeant. 204
Religioſus mortuo aſſimilari debet. 205
Reficiūt quotidie, qnq; panibus ſpiritualibus. 111
Regulæ ſubditorū sūt tres. 55

S

Sapienter quis uincat. 20
Satisfactio triplex. 28
Satisfacionis ſpeties tres sūt. fol. 41
Sancti uiri Deo de omnibus ſenſibus, & membris ſeruiunt. 92
Sanctorum nomina ubi ſcripta ſint. 104
Sanctorum differentiæ in cœlo fol. 107
Sanctis in uita non debēt fieri fæſtum, triplici de cauſa. 153
Samaritanæ cum Chriſto colloquutiones 99
Sanitatis ſigna quatuor. fol. 120
Saliuæ uarietas. 123
Sententia damnatorum fol. 26
Sententia iuſtorum. 26
Sententia Iudeorum contra Chriſtū fuit iniqua tripliciter. 165
Sententiæ forma condemnationis Chriſti. 239
Sepulchrum Chriſti triplici de cauſa fuit nouum. fol. 203
Sepulchrum Chriſti quare alienum fuerit. 203
Sepulchrum Chriſti, quare fuit clauſum lapide magno fol. 204
Sepultura Aſini qualis ſit. fol. 65
Sepes uineæ quæ ſit. 70
Serpens per quatuor expellitur. fol. 78
Sol dupliciter oriri dicitur. fol. 209
Socrates proiecit in mare diuitias. 64
Societates malas uitans, quatuor mala uitat. 84
Scripturis magis, quam mortuis eſt credendum. 67
Spiritualis refectio hic non ē perfecta. 81
Spiritus S. aquæ æffectus. 101
Spiritus S. quare flumen uocatur. 148
Spiritus S. aqua uiua dicit̄. 148
Spiritum Deo comendare debemus triplici de cā. 284
Status pauperis. 64
Status triplex hominis. 184

Stare

Universidad de Deusto
Biblioteca



Stare dicitur de creatore, & de creatura, ſed diuerſimo de. 250
Stat aliquis in cruce, Aliquis iuxta Crucem, Aliquis longe à cruce. 251
Superbia multiplex. 122
Supbiæ ſpeties quatuor. 98
Superbia quo ducat. 57
Superbia primo aduenit, & ultimo recedit. 84
Subditorum regulæ tres. 55

T

Tabernacula tria hēt homo in anima. 43
Tabularum percuſſio in petraſ. quinque ſignificat. 201
Tēpli dedicationes tres. 154
Temporalia non vere bona. 136
Temporalia diſtribuens bona quæ recipit. 82
Tētationibus diaboli qūo ſit reſiſtendum. 19
Tentationis diaboli ordo. 22
Totus mundus contra peccatores inſurget. 24
Triplex fęſtum. 152
Tres moueri non poſſunt. 87
Tria de patre æterno incognita ſunt. 136
Tria genera hominum. 27
Tria pœnitenti ſunt neceſſaria. 32
Tria homini non dant quietem. 50
Tria loca poſt hanc uitā. 50
Tria de Chriſto dicūtur, ut filius hominis. 51
Triplici de cauſa orationes non exaudiuntur. 30
Triplici de cauſa homines ad Deum non redeunt. 53
Tres ſpecies ſuperbiæ. 53
Tres calices poſt hanc uitam. 62
Tres conceptiones, & natiuitates. 74
Tribulationes à ꝓpheta, appellantur apes, & quare. 134
Traditus fuit Chriſtus à pluribus. 224
Trahunt tria naturaliter. 180
Trahit nos Chriſtus triplici ſimilitudine. 180
Tres tabernas voluit habere Petrus, ī quibus vinū ſpūs ſancti uenderetur. 148

V

Vanagloria quomodo poteſt accidere. 11
Vanęgloriæ uitium prælatis eſt commune. 55
Vanæ gloriæ uitium eſt omnibus commune, nec facile vinci poteſt ꝓpter duo. 55.
Vacuus fuit Chriſti tripliciter. 181
Verbum Dei triplicem virtutem habet. 35

Verbi



Verbi Dei efficatia triplex. 37
Verbum Dei ſeruantes, tria bona conſequuntur. 34
Veritas cui opponatur. 37
Veritas odioſa eſt malis. 140
Veſtimentorum tria genera Chriſtus habebat. 200
Vbera tria in anima. 207
Veraciter viuendi duo ſigna. 216
Vendere Chriſtū qd ſit. 225
Veſtimenta diuerſorum colorum ſunt virtutes. 176
Virtutes omnes medium tenent. 218
Vigilias quatuor q faciūt. 16
Vineæ foſſores quatuor. 71
Vinea ī morte, & iudicio uindemiatur. 71
Viduarū genera tria ſunt. 129
Viduæ qūo eſſe debeant. 128
Via triplex eūdi ad cęlū. 132
Voluntas Dei bona, in quo cōſiſtat. 33
Voluntas Dei placens. 33
Vox Chriſti ſuis ouibus quadruplex. 157
Vocem Chriſti qui non audiunt. 168
Vſurarius cōtinuè peccat. 98
Vulnerum diuerſitas. 200

X

Xp̄s tres mortuos ſuſcitauit. 126
Xp̄s quos feruēter diligit. 133
Xp̄s luci aſſimilatur & quare. 135
Xp̄s nullo modo de peccato argui poteſt. 19
Xp̄s dicitur Pontifex triplici de cauſa. 143
Xp̄m quare multi quærentes non inueniunt. 145
Xp̄s vbi inueniatur. 145
Xp̄s quæ ſecū portauerit. 146
Xp̄s ad gratiam quomodo uocat. 146
Xp̄i ſtatus triplex. 149
Xp̄s præſentiam ſuā à iudæis ſubtraxit triplici de cā. 150
Xp̄s triplex tēpus habuit. 150
Xp̄s opera uaria, humanitatē, & diuinitatem oſtendentia. 154
Xp̄m tria induxerūt, vt nos redimeret. 167
Xp̄s in mundo tria de patre manifeſtauit. 170
Xp̄s quare fleuit ſuper Hieru. 177
Xp̄s triplici ratione in aere mori voluit. 179
Xp̄s in Cruce exiſtens tria genera perſonarum agnouit. 184
Xp̄s quadruplici igne fuit inflammatus. 185
Xp̄s decepit diabolum tāquā murem. 191
Xp̄s qui ſitiebat. 197
Xp̄s primo Mariæ apparuit tripliciter oſtēditur. 209

Xp̄s

Universidad de Deusto Biblioteca

# INDEX.


Xp̃s in horto non ſolum orauit pro Petro, ſed etiã pro tota Eccleſia ei commiſſa. 228
Xp̃i oratio in horto. 229
Xp̃s curam de matre ſemper habuit. 45
Xp̃s quos curat. 28
Xp̃i quinque verba ad petitionem prolata. 8
Xp̃i miraculoſa curatio. 9
Xp̃s quare voluit tentari. 18
Xp̃s quomodo Diaboli tentationes ſuperauit. 19
Xp̃s quadrupliciter tẽtari voluit. 22
Xp̃s tria loca intrauit. 27
Xp̃s tria habet. 50
Xp̃s quare in morte, in aere voluit eleuari. 51
Xp̃s quare in Cruce exaltari voluit. 52
Xp̃s in Cruce quatuor docuit lectiones. 52
Xp̃s tribus vicibus eſuriuit. 59
Xp̃i liberalitas in paſſione. 60
Xp̃s multipliciter clamauit in cruce. 53
Xp̃i reſponſio filijs Zebedei. fol. 60
Xp̃i paſſio vocatur calix, & quare. 61
Xp̃o & matri, quæ communia extiterunt. 75
Xp̃s triplex opus magnæ potentiæ oſtendit circa dæmontacum. 76
Xp̃s ſepties ſanguinẽ effudit, & quare. 82
Xp̃s quid in terram ſcripſerit. fol. 104
Xp̃i exemplo parentes honorare debemus. 90
Xp̃s per roſam ſignificatur, & quare. 111
Xp̃i quinque vulnera quid ſignificent. 112
Xp̃s in iuſtitia tria ſeruauit. fol. 116
Xp̃s in cœlo quomodo ſit tẽplum. 117
Xp̃s omnia tribuebat patri. fol. 117
Xp̃s eſt ſpeculum. 124


FINIS.

INCIPIT

# QVADRAGESIMALE AVREVM, EXIMII Doctoris,

## FRATRIS IACOBI DE VORAGINE, Ordinis Prædicatorum, quondam Archiepiſcopi Ianuenſis: Duos quotidie continens ſermones.

*In die cinerum ſermo primus. In quo exhortatur peccator ad pœnitentiam, per mortis meditationem, & peccatorum dolorem.*

FILIA populi mei ĩdue- *Hier. 6.*
re cilitio & cõſpgere ci-
nere. luctũ vnigeniti fac
tibi plãctũ amarũ. Quã- *Quadragesima,*
uis ſolẽnitas quadrageſi- *cũ à Dominica*
malis in ſequẽti dñica in- *incipiat,*
choetur, eccleſia tñ hos *cur fer.*
quatuor dies præcedẽtes *4.inchoetur 3.rõ.*
addidit, ut quadragena-
rius numerus impleat. A
prima.n.dñica vſq; ad pa-
ſcha, 42. dies ſunt. de qui-
bus dñ ſex dies dñicales ſubtrahunt, ſolummõ triginta-
ſex ieiunabiles remanent, & iõ addunt iſti quatuor dies
pcedẽtes, vt ſacer numerus 40. dierũ impleat, quem Xp̃s
ſuo ieiunio conſecrauit. Sunt tñ qdã aliæ rõnes myſticæ
quare potius in quarta feria, q̃ in alia feria iſtud ieiuniũ
inchoatur. Prima eſt, quia in quarta feria mors Chri- *1.ratio.*
ſti fuit tractata & cũ deliberatione firmata. ſ. feria quar-
ta ante dominicam de ramis. Nam tunc principes ſacer- *Mat. 26.*
dotum cum ſenioribus populi cõgregati ſunt in atrium

Universidad de Deusto Biblioteca



caypHæ principis ſacerdotum ad quos Iudas acceſſit, &
Chriſtum tradere promiſit,& illi pecuniam dare pollici
ti ſunt. Quia igitur pœnitentiam quadrageſimalem faci
mus, ut Chriſto patienti compatiamur. Et eius mors
fuit ĩ quarta feria tractata, ideo merito quarta feria hoc
ieiunium inchoatur.

*Secunda ratio.* Secunda ratio eſt, quia in feria quarta ſol & luna, &
cętera cœli luminaria creata fuerunt. In principio enim
*Gen. 1.* creauit Deus quandam nubeculam lucidam. quando di
xit, fiat lux,& facta eſt lux, & illa nubecula tres dies ſo-
lem præcedentes illuminauit quadã tenui claritate, quẽ
admodum diluculo fieri ſolet. Quarta aũt feria ſequẽti
(vt dictum eſt) Deus ſolem & cætera luminaria fecit,&
ideo dies illa, dies plena claritatis fuit. totum autem tẽ-
pus noſtrum eſt tenebroſum, tempus autem quadrageſi
*Eph. 5.* male eſt lucidum tempus. Iuxta ilud. Eratis enim ali-
quando tenebræ, nunc autem lux in domino. Conue-
niens igitur fuit, vt tempus tam lucidum in die lucida
inchoationem inciperet.

*Tertia ratio.* Tertia ratio eſt, quia feria quarta dies mercurij vul-
gariter nuncupatur. Eſt autem mercurius planeta cęle
ſtis, qui ſecundum aſtrologos regnat in uirgine, domina
tur aquæ ſemper eſt cum ſole,& præeſt facundiæ, diſpo
nit enim homines ad facundiam & eloquentiam acqui
*Act. 14.* rendam. Vnde dicitur, ꝙ gentiles vocabant Paulũ mer-
curium, qui erat dux verbi. Recte igitur ieiunium in die
mercurij inchoatur, ad innuendũ quod homines in hoc
tempore debent habere mundiciam corporum, abũdan-
tiam lachrymarum, perſeuerantiam bonorum operum,
vt ſcilicet ſemper ſint cum ſole, ideſt cum Chriſto. Præ
dicatores autem debent habere facundiam prædicatio-
num,& ideo vt iſtud ieiunium facilius ſuſcipiatur, hodie
ſancta mater eccleſia, fideles ad memoriam ſuæ mortis
inducit, dum in capitibus cineres ponit, ad quod etiam
propheta, immo etiam dominus per prophetam nos in
verbis ꝑmiſſis inducit dicens. Filia populi mei &c. Popu
lus autem dei eſt populus Chriſtianus. Filia ergo populi





Dei eſt anima cuiuslibet chriſtiani. Quã quidem animã *Animã*
dominus ad tria hortatur, ſcilicet. Ad duræ pœnitentię *ad tria*
aſſumptionem cum dicit. Induere cilicio & cæ. Ad mor- *hortatur*
tis meditationem cum dicit, conſpergere cinere & cæt. *Deus.*
Ad peccatorem dolorem cum dicit. Luctũ fac tibi plan-
ctum amarum.

Primo igitur hortatur ad duræ pęnitentiæ aſſumptio *Primo.*
nem cum dicit, induere cilicio. Cilicium enim eſt indu- *Ciliciũ*
mentum durum & aſperum de pilis camelorum cõtextũ *quid.*
per quod pœnitẽtia aſpera ſignificatur, quæ quidem me-
lius curat peccata, quàm leuis. Sicut dicit Chriſ per tria
exempla ſuper Matt. Primum eſt, quia medicina aſpera *Medici-*
melius curat malos humores, quàm leuis. Secundum *na aſpe-*
eſt, quia malas herbas melius eradicat raſtrum ferreum *ra melius*
quam ligneum. Tertium eſt, quia malos nodos lapidũ *curat.*
melius præſcindit malleus ferreus, quàm plũbeus. Pec- *Peccator*
cator quidem tria incommoda patitur. Primũ eſt, quia *tria pa-*
eſt plenus corruptis humoribus vitiorum. Corrupti ſunt *tur incõ*
& abominabiles facti ſunt ĩ iniquitatibus ſuis. ideo indi *moda.*
get medicina, id eſt pęnitentia amara. Iſa. 38. Ecce in pa *Pſa. 13.*
ce amaritudo mea amariſſima. Amaritudo enim pœni- *Pœniten*
tentiũ, quæ eſt cauſa pacis in conſcientia, debet eſſe ama *tia quo-*
ra, amarior, amariſſima. Amara, quia pactum quod in ba *modo eſſe*
ptiſmo cum Deo fecerat, cum abrenunciauerat diabolo *debeat.*
& omnibus pompis eius, confregit. Amarior quia timo
re Dei poſtpoſito, per multa crimina diſcurrit. Amariſ-
ſima, quia Deum & eius gratiam perdidit. Vnde Hier. 2.
Scito & uide, quia malum & amarum eſt, reliquiſſe te
dominum Deum tuum. Ecce quia peccator Deum perdi
dit,& non eſt timor eius apud eum. Ecce quia eius timo
rem poſtpoſuit,& abiecit,& ideo per diuerſa facinora di
ſcurrit. A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti uincula. Ec-
ce, quia pactum baptiſmale fregit. Secundum incom-
modum eſt, quia peccator habet multas radices malarũ
concupiſcentiarum, quę quidem extirpandæ ſunt raſtro
ferreo, ideſt duro ieiunio. Vnde Col. 3. Mortificate mẽ-
bra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Fornicationem,& im-

Universidad de Deusto Biblioteca

mundiciam,libidinem, concupiſcentiam malam. Niſi enim malæ herbæ radicitus extirpentur, cito germinant malos fructus. Neque radix amaritudinis ſurſum germinans impediat,& per illam inquinentur multi. Sunt enim aliqui, qui malas herbas eradicant tantum quantum ad folia,& ideo adhuc renaſcuntur, tales ſunt,qui peccata quantum ad exteriora opera quandoque relinquunt,conſenſum tamen non deſerunt, & ideo inuenta oportunitate,ad peccata redeunt. Alij partem radicis frangunt & aliam partem relinquunt,tales ſunt,qui conſenſum deſerunt,ſed tamen malas cogitationes patiuntur,qui ſæpe in peccata relabuntur. Alij ſunt,qui radices herbarum funditus extirpant. iſti ſunt qui malas cogitationes à corde ſuo eradicãt,& ideo vlterius germiminare non poſſunt. Tertium incommodum eſt, quia peccator pœnitens,alligatus eſt adhuc nodis & nexibus peccatorum. Quidam tamen habent iſtos nexus factos de ſtipula.alii de fœno.alii de ligno.Iuxta illud.Si quis ſuperedificat lignum, fœnum,ſtipulam,per quæ tria,pœnæ purgatorij intelliguntur. Iſtos autem nexus melius frangit malleus ferreus,id eſt pœnitentia dura,quam lenis.Vnde Augu. Maiorem quiſque in ſe ſeueritatem debet exercere, vt ſe iudicatus minus iudicetur à Deo.

*Heb. 12.* — *Pœnitentium uarij modi.* — *1. Cor. 3*

*Secundo.* Secundo hortatur anima ad mortis meditationem cum dicitur, conſpergere cinere. ſicut hodie etiam in capitibus cinere aſpergimur,& dicitur nobis. Memento quia cinis es,& in cinerem reuerteris. Homo quidem de cinere eſt formatus,& cinereum portat corpus,& in cinerem redigendus eſt. Vnde.Reuerteris in terram de qua ſumptus es.Ecce quia de terra factus es, quia puluis es. Ecce quia cinereum portans corpus, & in puluerẽ reuerteris.Ecce quia in puluerem ſiue in cinerem redigendus es.Si ergo ab aliquo peteretur,Vnde uenis,quid portas, aut quo vadis, poſſes reſpondere de cinere, cinerem,& in cinerem,hoc eſt de cinere uenio, cinerem porto, & in cinerẽ redeo. Ideo dicitur ter homini terra. Terra terra terra, audi verbum domini, id eſt tu homo, qui

*Gen. 3.* — *Hier. 22.*





qui venis de terra,&portas terram, & qui vadis in terram, audi verbum domini,quod tibi hodie dicit dominus per eccleſiam ſuam, cineris memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Vtile autem eſt habere memoriam huius cineris triplici de cauſa. Primo quia cinis terram fœcundat, ſic memoria mortis ad bene operandum ſollicitat. Vnde Gregor. Valde enim ſe ſollicitat in bono opere qui ſemper cogitat de extremo fine. Secundo,quia cinis ignem conſeruat, & maxime ſi eſt calidus,quia frigidus cinis ignem extinguit, ſic & memoria mortis cordi feruenter impreſſa, gratiam ſpiritus ſancti conſeruat. Sunt tamen quidam, qui frigidam iſtam memoriam mortis habent, ſicut illi, qui animam cum corpore morituram credunt. Talis memoria potius gratiam extinguit, quàm conſeruat. Tertio, quia cinis maculas lauat,ſic memoria mortis lauat omnes maculas peccatorum. Vnde Eccleſi. 7. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Lauat enim maculam ſuperbiæ. Si quis enim ad inſtar pauonis gloriatur in pennis virtutum, pedes, id eſt finem ſuum conſideret, & ſic ſuperbiam eius deponet. Eccleſi. 10. Quid ſuperbis terra & cinis. Lauat etiam maculas luxuriæ. ſicut enim beſtia cum cauda expellit muſcas,ſic homo cum mortis memoria,expellit cogitationes immundas.Gregor. Nihil ſic ad domandum carnis deſideria ualet, quàm vnuſquiſque, quod hic diligit, quale ſit futurum poſt mortem penſet. Lauat etiam maculas auaritiæ. Nullus enim diuitias debet congregare,quando conſiderat, quod in fine nihil portat niſi nuditatem, ſaccum & cinerem. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,& nudus reuertar illuc. Item ſaccum conſui ſuper cutem meam,& operui cinere carnem meam.

*Proprietate.* — *Memoria utilis eſt tripl. de cauſa.* — *Iob. 1.* — *Iob. 16.*

*Tertio.* Tertio hortamur ad peccatorum dolorem cum dicitur, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Planctus pœnitentis planctui triplici debet aſſimilari, ſcilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſcilicet planctui matris vnigenitum plangentis, plãctui
*Mih. 2.* draconis,& planctui ſtructionis. Vnde faciam planctum
velut draconũ, & luctũ quaſi ſtructionũ. nã doloroſior
planctus inter omnia animalia rationabilia,eſt plãctus,
qui fit pro morte vnigeniti,doloroſior plãctus inter om
nia animalia irrationabilia,eſt plãctus draconis,doloro
ſior inter omnia volatilia,eſt planctus ſtructionis.Pec-
cator quidem tria bona perdit.

Primo animã ſuam,ideo debet plangere ad inſtar mu
lieris vnigenitum plangentis. Vnigenita noſtra eſt ani-
ma noſtra,quia vnam tantum habemus. ſi enim duas ha
beremus poſſemus vna perdita ſuper alia conſolari. Se-
*Peccator* cundo perdit peccator caput ſuum, ideſt Deum ſuũ, iõ
debet plangere ad inſtar draconis. Draco enim, & qui
libet ſerpens caput cuſtodit,& corpus exponit,ſic quili-
bet debet exponere corpus macerationi, & perditioni,
vt poſſit cuſtodire caput ſuũ, id eſt dominum ſuum. Sed
dicitur, ꝙ elephas inueniens draconem in ſemitis, caput
eius cum planta coterit,& draco maximum planctum fa
cit,ſic etiam diabolus in nobis occidit dominum,quan-
do nos ad peccatum trahit,ideo debemus plãgere & do
lere. Tertio peccator perdit omnia ſua merita, & ideo
debet plangere ad inſtar ſtructionis. Structio enim oua
ſua in puluere calido derelinquit,vt foueantur ibidẽ, &
ſic ea relinquit,ſed rediens & a beſtiis ea conculcata in
ueniens,magnum ululatum facit. Oua noſtra ſunt me
rita noſtra, quæ tunc demoues conculcant, quando ad
*Iob. 28.* animam per conſenſum intrant. Iuxta illud. Vadent &
venient ſuper eũ horribiles. Ideo peccator debet plan-
gere, & dicere. Miſerere mei Deus quoniam conculca-
uit me homo.





*Eaaem die cinerum, Sermn ſecundus. De miſeria ho-
minis, quomodo ſcilicet, miſer eſt ex parte
principij, ex parte medij, & ex
parte finis.*

COmparatus ſum luto & aſſimilatus ſum fauillæ, &
cineri Miſeriam conditionis humanæ deſcribit ſan-
ctus Iob in verbis præmiſſis,ex parte principij, medij, &
finis. Nam ex parte principij homo habet vilitatem,quia
de luto formatus, cum dicitur, Comparatus ſum luto.
Ex parte medij habet vanitatem & mutabilitatem, quia
multiplici mutabilitate circundatus,cum dicitur. Et aſ-
ſimilatus ſum fauillæ. Ex parte finis habet miſerabi-
lem pœnalitatem,quia in cinerem redigendus cum dici-
tur, cineri. Circa primum notandum quod licet homo ſit
ex quatuor elementis,Deus tamen in compoſitione cor
poris humani parum poſuit de tribus elementis,& mul-
tum de luto ſiue de terra. Elementum quidem aquæ ma
nifeſtatur in ipſis humoribus. Elementum ignis in calo-
re naturali,& in luce uiſiua. Elementum aeris in reſpi
rationis flatus. Elementum verò terræ in carne & oſ-
ſibus. Et ſic patet quod Deus multum poſuit de terra
ibi, & parum de cæteris elementis. Parum ibi poſuit
de igne vt homo parum haberet de igne concupiſcen-
tiæ, auaritiæ, iracundiæ, tamen aliqui uidentur eſſe de
igne facti,quia nimis ſunt ſupradicto igne inflammati. i.
Io. 2. Totus mũdus in maligno poſitus eſt id eſt in malo
igne. Parum etiam poſuit de aere,ut homo parum habe
ret de elatione ſuperbiæ, & tamen aliqui uidentur eſſe
de aere facti,quia nimis ſunt ſuperbi. Non fuit mirum
ſi primus Angelus ſuperbiuit,quia nihil de luto humili.
Sed mirum eſt quãdo homo qui eſt uile lntum,intume-
ſcit. Quid ſuperbis terra & cinis? Tales paſcuntur mento *Eccl. 10*
Effraim paſcis uentum. Ventus tamen non paſcit,ſed in- *Oſeæ. 12*
flat. Et quia ſunt inflati,ideo aliqua leui febre puncti, ſta
tim detumeſcunt. Parum etiam poſuit de aqua,ut homo

Universidad de Deusto Biblioteca



haberet parum de leuitate, & inconſtantia. Et tñ ali-
qui videntur de aqua eſſe facti, quia leuitate nimia agi-
*Iob.24.* tati. Leuis eſt ſuper faciem aquæ. De talibus dicitur.
*Eccl.26.* Stultus vt luna mutatur. Nam luna modo eſt plena, mo
do media, modo minus, quam media, modo uacua. Sic
multi in iſta quadrageſima incipiunt bene ieiunare, de-
uote orare, & largas elemoſynas dare. Iſti ſunt luna ple
na. Poſtmodũ dimittunt ieiunia, tñ faciunt elemoſinas,
& orõnes. Iſti ſunt luna media. Et deinde dimittũt ieiu-
nia, & orõnes, tñ faciũt adhuc elemoſynas. Iſti ſunt lu-
na minus ꝙ media. Deinde dimittunt totũ. Iſti ſunt luna
omnino vacua. Ideo bene dicitur. Stultus vt luna muta-
tur. Multum autem Deus in compoſitione humani
*Eccle.1.* corporis, de elemento terræ poſuit. Terra enim eſt ele-
mentum frigidum, & infimum. Quia ſicut dicitur. Terra
autẽ in æternum ſtat. Ex his ergo innuitur, quod homo
debet habere frigiditatem contra æſtum concupiſcen-
tiæ, auaritiæ, & iracundiæ. Debet habere inferioritatem
*Eccle.5.* contra tumorẽ ſuperbiæ, & debet habere firmitatem cõ
tra leuitatem inconſtantiæ. Ideo dicitur: Non ventiles
te ad omnem uentũ. Ecce quod non debet habere ele-
uationem ſuperbiæ. Eſto firmus in via domini. Ecce ꝙ
*Secunda.* nõ debet habere infirmitatem incõſtãtiæ. Eſto mãſue-
tus ad audiendum verbum domini, vt intelligas. Ecce
quia non debet eſſe inflatus iracundia, ſed patiens, & mã
ſuetus. Secunda miſeria hominis attẽditur ex parte me-
dij, id eſt ipſius uitæ, quæ eſt medium inter natiuitatem
& mortem. In qua quidem vita, homo habet mutabili-
tatem. & ideo aſſimilatũr fauillæ. Sicut enim fauilla eſt
leuis, & leui flatu diſpergitur, ſic uita hominis eſt inſtabi
*Iob.13.* lis, & multiplici variatur mutabilitate. Vnde Iob Ho-
mo natus de muliere, breui viuens tempore &cæ. Iſtam
autem mutabilitatem habet homo in corpore, in men-
te, & in operatione. Prima eſt ad ſimilitudinem her-
bæ. Secunda ad ſimilitudinem ſtatuæ. Tertia eſt ad ſi-
militudinem umbræ.

Primo quidem herba viret. deinde floret. deinde are
ſcit,



ſcit. vltimo marceſcit. Sic corpus hominis viret in ſani-
tate, floret in iuuentute, areſcit in ſenectute. marceſcit in
morte. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius qua *Eſa. 40.*
ſi flos fœni, exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos &c Or-
tus eſt ſol cũ ardore, & areſecit fœnũ, & flos eius decidit *Iac.1.*
& decor vultus deperiit. Secunda mutabilitas eſt in mẽ
te. Nam ſecundum Bernard. mens noſtra à mundo ha
bet cogitationes curioſas. à carne voluptuoſas. à diabo-
lo malitioſas. Poteſt etiam dici, quod à Deo habet cogi-
tationes gratioſas. cogitationes autem gratioſæ ſunt,
quando quis cogitat qualiter poteſt placere Deo per
contemplationem, & proximo per ædificationem. Co-
gitationes curioſæ ſunt. quando mens ſeipſa deſerta,
tranſit ad inueſtigandũ aliena. Cogitationes voluptuo-
ſæ ſunt, quando homo carnalibus delectationibus paſci
tur. Cogitationes autem malitioſæ ſunt, quando homo
contra innocentes, fraudes molitur Magna igitur muta-
bilitas eſt, quando mens humana mutatur de cogitatio-
nibus gratioſis, in cogitationes curioſas. de curioſis in
voluptuoſas: de voluptuoſis in malitioſas. Et iſta mu-
tabilitas eſt ad ſimilitudinem ſtatuæ Nabuchodonoſor.
Nam ſicut dicitur. Caput eius erat de auro pectus & bra
chia de argento. uenter & fęmora de ære. tibia ex fer-
ro. & pedes de luto. Tunc igitur mens eſt aurea & ar
gẽtea, quãdo habet cogitationes gratioſas, hoc eſt quã *Dan.3.*
do fulget coram Deo per contemplationem, & proximo
per conuerſationem. Tunc enim eſt ærea, quando ha
bet cogitationes curioſas. æs enim ſonorum eſt. Tunc
enim eſt ferea, quando habet cogitationes malitioſas,
per quas cæteros opprimit. Tunc eſt lutea, quando ha
bet cogitationes voluptuoſas. Tertia mutabilitas eſt in
operatione. Opera enim mundanorum ſunt circa acqui-
ſitionem diuitiarum, & honorum. Et iſta mutabilitas
eſt ad ſimilitudinem vmbræ. Nam vmbra hominis a-
liquando præcedit, aliquando ſequitur aliquando à la-
tere comitatur. Illam quæ præcedit, homo nõ poteſt cõ-
prehendere. illam quæ ſubſequitur, non poteſt homo
effuge-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

effugere. illam quæ concomitatur, cito perdit. Sic eſt
de diuitiis, & honoribus mundi, quę aliquando præ-
cedunt, & fugiunt, ita quòd non poteſt homo eos com-
prehendere ſine magno labore. Aliquando ſubſequun-
tur, & ſe ingerunt, & tamen non poſſunt poſſidere ſine
*Eccl. 2.* mentis turbatione, & timore. Et propter iſta duo dici-
tur. Si diues fueris non eris immunis a delicto. Si enim
ſecutus fueris, non apprehendes, & ſi præcucurreris non
effugies. Aliquando concomitantur, ſed tamen cito per-
*Eccl. 4.* duntur, nec poſſunt perdi ſine dolore. Ideo dicitur. Di-
uitiæ conſeruatæ in malum domini ſui, pereunt in affli
ctione peſſima. Ecce quanta inſtabilitas in diuitiis, &
honoribus inuenitur, quia non habitæ requirunt labo-
rem, habitę ingerunt mentis turbationem, & timorem,
*Tertia.* perditæ adducunt dolorem. Tertia miſeria hominis at
tenditur ex parte finis, id eſt mortis, ubi homo futurus
eſt cinis. Iſtius autem cineris memores eſſe debemus,
ideo in hac die incineramur. Et ſuper caput noſtrum
legitur lectio qua dicitur. Memento quia cinis es &c.
Iſta autem memoria mortis, ualet ad contemnendum
ea, quæ homines mundani appetunt. Deſiderant enim
diuitias cumulare, ſuper alios aſcendere, corpus deli-
cioſe pa cere, & animam in uoluptatibus enutrire. Poſt
mortem autem recipiunt quatuor hæredes, ſcilicet pa-
rentes, beſtias, uermes, & demones. Parentes diuitias
rapiunt. ideo ſtultum eſt ęas cum tanto labore acquire-
re, quas oportet aliis dimittere, & nihil ſecum porta-
re. Relinquunt alienis diuitias ſuas. Eccleſ. 4. Sicut e-
greſſus eſt nudus de utero matris ſuæ ſic reuertetur, &
nihil ſecum afferet de labore ſuo. Secundi hæredes ſunt
*Homines* beſtiæ, quæ ſuper foueam aſcendunt & ſtercora ibi fa-
*mundani* ciunt, & oſſa pedibus frangunt. Stultum eſt igitur ſu-
*quatuor* per alios uelle aſcendere per honorum excellentiam,
*habẽt hæ* quoniam poſt modicum tempus bęſtiæ aſcendunt ſu-
*rede,* per eorum foueam. Tertii hæredes ſunt uermes, qui
*poſt mor* eorum corpus comedunt. Iob. 21. Simul in puluere
*tem.* dormient & uermes operient eos. Stultum eſt igitur
carnem



carnem ſuam impinguare quæ debet poſt modicum uer
mibus eſſe cibus. Quarti hæredes ſunt dæmones, qui
animam rapiunt, ut patet de illo qui animam ſuam in
delitiis tenebat dicens, Anima mea habes multa &c. ut
patet Luc. 12. cui reſponſum eſt. Stulte, hac nocte ani-
mam tuam repetent a te, ſcilicet dæmones. De iſtis hæ-
redibus dicitur Eccleſ. 10. Cum enim morietur homo
hęreditabit ſerpentes & beſtias & uermes. Ecce quales
hæredes peccator poſt mortem recepturus eſt, ſcilicet
beſtias ſuper foueam aſcendentes. uermes carnes corro
dentes. ſerpentes infernales animam deuorantes & ſer-
pentes terreſtres, ideſt parentes terram ſeu bona terre-
na comedentes, id eſt terrenas diuitias rapiens. Iſtos
quatuor hæredes quos habet homo poſt mortem tan-
guntur Iob. 5. Conterentur in porta, hoc refertur ad
beſtias quæ ſæpe oſſa conterunt in porta, ideſt in foſſa.
Cuius meſſem famelicus comedet. hoc refertur ad uer-
mes qui comedunt meſſem, id eſt carnem, quam malo
ſemine ſeminauit. Iuxta illud Galath. 5. Qui ſeminat
in carne, de carne metet & corruptionem. Et ipſum
rapiet armatus. hoc refertur ad dæmones qui noſtris
malis operibus ſe armant. Et bibunt ſitiens diuitias
eius. hoc refertur ad parentes qui magno deſiderio e-
ius diuitias rapiunt, & pro anima ſua nullam elemoſy-
nam faciunt.

*Fer. quinta poſt cineres. Sermo primus. In quo de tribus fit mentio. De Seruo patiente, quod peccatorem ſignat, De Centurione ſupplicante, quomodo commendatur. Et de Chriſto ſubueniente.*

CVm intraſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Cẽ
turio, rogans eum dicens, Domine puer meus iacet *Matt. 8.*
in domo paralyticus, & male torquetur. Iudęa tunc tem
poris erat tributaria Romanis, & ideo Romani per uni-
uerſam iudæam tribunos ponebant, & centuriones. Vn-
de

Universidad de Deusto Biblioteca



de iſte Cēturio à romanis fuerat ibi poſitus, & ſub ptā-
te ſua centum milites habebat, hic quendam ſeruum ſuū
ſibi præcioſum habebat, qui paralyticus erat. ideo acceſ
ſit ad Ieſum rogans vt eum ſanaret, ſed non videtur qđ
*Luc. 7.* primo perſonaliter acceſſerit, nec rogauerit Dicit enim
Miſit ad eum ſeniores rogans eum vt veniret, & ſanaret
ſeruum ſuum. Ideo dicitur quod perſonaliter non iuit,
nec rogauit, ſed per nuncios, ideſt per ſeniores iudæorū
Poteſt tamen dici, quod perſonaliter venit, ſed iudæis,
tanquam familiaribus Chriſti, uerbum ſuum cōmiſit. In
hoc igitur Euangelio de tribus perſonis fit mentio, ſcili
cet de ſeruo patiente, de centurione ſupplicante, & de
*Primum* Chriſto ſubueniente. Circa primum ſcilicet circa ſeruū
notandum eſt quod ipſe tria incommoda patiebatur, qa
iacebat, paralyticus erat, & male torquebatur. propter
iſta tria merito ſignant peccatorem. Peccator enim ia-
cet, id eſt in immunditiis peccatorum quieſcit, & fœtet.
Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Sunt autem q-
dam, qui ſtant & vltra non procedunt, ſicut tepidi & ne-
*Apoc. 3.* gligentes, & iſti ſunt mali. Vtinam frigidus eſſes, aut ca-
lidus, ſed quia tepidus es, incipiā euomere ex ore meo.
Alij ſunt qui retrocedunt, ſicut recidiuantes, & iſti
*Matt. 9.* ſunt peiores. Nemo mittens manum ad aratrum & re-
ſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Alij ſunt qui iacent
in immunditiis ſuis quieſcentes, & iſti ſunt peſſimi. Re-
quieuit in fœcibus ſuis.
Secundo peccator eſt paralyticus, habet enim paraly
ticus motum inordinatum in membris. Eodem modo
*Motus tri* peccator inordinatè mouetur. Eſt autem ſecundum
*plex.* Dionyſium triplex motus, ſcilicet circularis. obliquus.
& rectus. Motus circularis eſt, quo quis mouetur per
amorem ad mundum. tales enim per omnia mundi ob-
lectamenta circuitum faciunt, non inuenientes ſatieta-
*Pſa. 58.* tem ſed famem. Famem patientur vt canes. Idem. In
*Pſa. 21.* circuitu impij ambulant. Motus autem obliquus eſt
quo quis mouetur per amorem ad ſemetipſum. Non
enim ad alios amorem porrigit, ſed ad ſeipſum reflectit.





De iſto amore dicitur. In nouiſſimis diebus inſtabunt *2. Thi. 3.*
tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes.
Motus rectus eſt quo quis mouetur ad Deum per amo-
rem. non enim circuit per mundum, non reflectit amo-
rem ad ſeipſum, ſed directe ad Deum Recti diligunt *Can. 1.*
te. Et pedes eorum pedes recti. Quando igitur aliquis *Eze. 1.*
inordinate mouetur per amorem, aut ad mūdum aut ad *Quando*
ſeipſum, tunc eſt paralyticus, quando vero ordinate mo *quis eſt*
uetur ad Deum tunc paralyticus curatus eſt. Tertio *paralyti-*
peccator male torquetur, & hoc propter malam con- *cus.*
ſcientiam, quæ ipſum affligit, & torquet. Mala enim *Tertio.*
conſciētia eſt ſicut uermis animam ſemper mordens, cu-
ius morſus habet acerbitatem, & continuitatem, & per
petuitatem. De duobus primis. Nocte os meum per- *Iob. 30.*
foratur doloribus, & qui me comedunt non dormiunt.
De tertio dicitur. Vermis eorum non moritur. Cir- *Eſa. 66.*
ca perſonam centurionis quatuor demonſtrantur com-
mendabilia. ſicut dicit Chryſoſto. ſcilicet bonitas, hu- *Ex qua-*
militas, fides, & ſapientia. Bonitas eius in hoc apparet, *tuor com*
quòd ſeruum paralyticum non abiecit, nec deſpexit, *menda-*
ſed ad Chriſtum accedens, ſtudioſe pro eo rogauit, *tur Cētu-*
non enim deſpiciebat in ſeruo ſeruilem conditionem, *rio.*
quia ſciebat ſe cum illo unum dominum habere com-
munem. Domini enim cum ſeruis ſuis, velint nolint, *Domini*
quatuor communia habent. Vnum eſt ex parte princi- *cum ſer-*
pij, quia omnes ab vno domino, & de eodem luto ſunt *uis qua-*
formati, & omnes nudi & pauperes nati. Ecce & me *tuor ha-*
ſicut te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque forma *bent com*
tus ſum. Vnde Sap. Nemo ex regibus habuit aliud na *munia.*
tiuitatis initium. Secundum eſt ex parte medij, quia *Iob. 34.*
omnes mortales & breuis uitæ. Omnis potentatus *Sap. 7.*
breuis vita. Et breues dies hominis ſunt. Tertium *Eccl. 10.*
eſt ex parte finis, quia omnes in eandem mortis pu- *Iob. 14.*
tredinem reducuntur. Putredini dixi, pater meus es *Iob. 17.*
&cæ. Quartus eſt ex parte fori, quia omnes ſub vno iu
dice, rationem reddere compelluntur. 2. Corin. 5. Om- *2. Cor. 5.*
nes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt re-

Universidad de Deusto Biblioteca

ferat unuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonũ
ſiue malũ. Secundo in centurione fuit magna humilitas
cũ dixit, nõ ſum dignus &c. Vnde Aug. dicendo ſe eſſe in
dignum fecit ſe dignũ, non ut in eius parietes, ſed in eius
cor intraret Chrs. Non enim eſſet magna fœlicitas, ſi
Deus intraret parietes eius, & non eſſet in pectore eius.
Chryſ. Quia indignum ſe dicit ſuſcipiendo Chrum in do
mo, dignus factus eſt regno. Tertio fuit in cẽturione ma
gna fides, cũ dixit, tãtũ dic uerbo, & ſanabit puer meus.
In Deo cõſideratur uerbum, uelle, & opus. Verbum aũt
*Eccl. 8.* Dei eſt prãtiuum. Sermo illius ptãte plenus eſt. unde. Ip-
*Pſ. 32.* ſe dixit & facta ſunt. Velle Dei eſt operatiuum. Auguſt.
*Pſ. 154.* Eius facere eſt a ſe fieri uelle. Omnia quæcũq; uoluit do
*Eccl. 3.* minus fecit. Opus Dei eſt manens in æternum. Didici
quod omnia opera quę fecit Deus, perſeuerant in æter-
num. Leproſus igitur petiit uelle Dei quod eſt operati-
*Mat. 8.* uum, cum dixit, Domine ſi uis potes me mundare. Pro-
pheta petiit opus Dei quod eſt manens in æternũ, cum
dixit. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
Iſte autem centurio uerbum Dei petiit, quod eſt poteſta
tiuum, cum dixit, Dic tantum uerbo & ſanabitur puer
meus. Quarto in centurione fuit magna ſapientia cum
a minori arguit dicens, Nam & homo ſum ſub ptãte, ha
bens ſub me milites. Iſti autẽ milites tripliciter poſſunt
accipi. Primo pro ipſis angelis. ac ſi dicat, potes impe-
rare angelis tuis, qui ſunt milites tui, qui ſtatim ſuo mi-
niſterio infirmitatem fugabunt. Auguſt. Si ego homo
ſub poteſtate habeo ptãtem iubendi, quantum potes tu
cui ſeruiunt omnes ptãtes. Vel poſſunt accipi pro infir-
mitatibus & ſanitatibus corporalibus, ac ſi dicat, potes
dicere infirmitati recede, ſtatim recedet. ſanitati ut ue-
niat, & ſtatim ueniet. Vel poſſunt accipi pro bonis cogita
tionibus & malis. Vnde dicit Haymo. Poſſunt per ſu-
biectos centurionis, bonæ uel malę cogitationes acci-
pi. malis autem ut dicamus ut recedant & recedunt. bo-
*Tertium* nas autem uocemus & uenient. Circa perſonam Chriſti
*Chriſti* notandum quod Chriſtus dixit quinque multiplici do-
cumento



cumento plena. Primum fuit uerbum magnæ humilita- *quinque*
tis cum ait, Ego ueniam & curabo eum gloſſ. Magna eſt *uerba ad*
humilitas, quia ſeruum dignatus eſt uiſitare, Ad filium *petitionẽ*
quidam reguli ire noluit, ne diuitias honorare uideret. *prolata.*
Ad iſtum autem ſeruum uenire uoluit, ne ſeruilem con-
ditionem ſpernere uideretur. Notandum autem ꝙ Chri
ſtus aliquando inuitatus ire noluit, ſicut ad filium regu
li, aliquando non inuitatus ire uoluit, ſicut hic, aliquan-
do inuitatus iuit, ſicut ad filiã archiſynagogi. Ex quibus
datur intelligi, ꝙ Chriſtus aliquorũ orationes nõ exau
dit. De quibus dicitur Petitis & non accipitis eo ꝙ male *Iac. 4.*
petatis. Aliquorum deſideria præuenit. Sap. 5. Præoccu *Sap. 6.*
pat. n. eos qui ſe concupiſcunt, ut ſe prior illis oſtendat.
Aliquos ad uotum exaudit. Clamauit ad me & ego exau *Pſal. 90.*
diam eum. Secundum fuit uerbum ęquitatis, in eo ꝙ fi-
dem centurionis commendauit. licet enim eſſet gentilis,
tamen eius deuotionem non reſpuit, ſed laudibus extu-
lit dicens. Non inueni tantam fidem in Iſrael. In uerita- *Act. 10.*
te comperi ꝙ non eſt acceptor perſonarũ Deus. Quod
autem dixit, non inueni tantam fidem in Iſrael. intelli-
gitur de pręſenti tempore, quia in patriarchis & prophe
tis maiorem inuenit. & intellige beata Virgine ſemper
excepta. De apoſtolis autem quidam dicunt, ꝙ cum de
nouo eſſent conuerſi, non erant tunc temporis tantæ fi-
dei. Vel non inueni tantam fidẽ. i. tam facilẽ, quia apo-
ſtoli antequam crederent, multa ſigna uiderunt. Iſte aũt
nullum ſignum uiderat. Vel non inueni tantam fidem in
Iſrael. i. tantæ fidei cõfeſſionem. nullus enim ita aperte
confeſſus fuerat eius maieſtatem. Tertium uerbum fuit
magnæ gratiæ quo ad ſaluandos, cum dixit, Multi uenient
ab oriente & occidente, & recumbent &c. & non ſolum
ab oriente, & occidente, ſed etiam a ſeptentrione, & me
ridie. Illi ueniunt ab oriente, qui conuertũtur in iuuẽtu
te. Illi ab occidente, qui conuertuntur in ſenectute. Illi
ab aquilone, qui inter aduerſa ſeruant patientiam. Illi a
meridie, qui inter proſpera ſeruant temperantiã. Quar-
tum uerbum fuit magnæ iuſtitiæ quo ad dãnandos, cum
dixit

Universidad de Deusto Biblioteca

dixit.Filij autem regni id eſt qui fuerunt nati pro regno
habendo,ſed reddiderunt ſe indignos, eiicientur in te-
*Quid per teneb. exteriores intelligatur.* nebras exteriores. Dicuntur autem tenebræ internales,
exteriores,reſpectu interiorum,quas peccatores in hac
uita habuerunt. Vel dicuntur exteriores tenebræ, qui
ſunt extra ambitum diuinæ miſer cordiæ. Peccata enim
prout conſiderantur in præſenti:ſunt tenebræ interiores
quia ſunt inter ambitum miſericordiæ Dei, quia adhuc
poſſunt miſericordiam Dei obtinere,ſed prout conſide-
rantur in futuro,ſunt tenebræ exteriores, quia ſunt ex-
tra ambitum miſericordiæ Dei Vel dicuntur tenebræ
exteriores, quia ſunt extra omnem diem. In cęlo quidē
ſunt dies ſine tenebris,in mundo ſunt tenebræ cum die-
bus,in inferno ſunt tenebræ ſine diebus. Quintum uer-
bum fuit magnæ potentiæ,cum dixit, Vnde,& ſicut cre-
didiſti fiat tibi. Alij medici ſanant cum labore,cum mo-
roſa dilatione,& imperfectè.Iſte autem medicus eſt tan
tę potentiæ,ꝙ ſanauit faciliter,i.ſolo uerbo, quando di
xit.Vade,& ſicut credidiſti fiat tibi. Sanauit velociter,
quia ſtatim illa hora ſanatus eſt.Vnde ſequitur.Et ſana-
tus eſt puer ex illa hora.Sanauit perfectè,quia in corpo
re,& aniama creditur fuiſſe ſanatus.

*Eadem quinta feria poſt cineres. Sermo ſecun-*
*dus. De eadem materia, ut ſupra Ser-*
*mone præcedente.*

*Mat.8.*
*Intentio Eccleſ. in quadrageſi. eſt ut ad pœnitentiā redeant peccatores.*

ACceſſit ad eum Centurio rogans eum & dicens,Do
mine puer meus iacet in domo paralyticus,& ma-
le torquetur. Tota intentio Eccleſiæ in iſta quadra-
geſima eſt,ut peccatores ad pœnitentiam redeant. Et
quia hoc per ſe non poſſunt, ſanctorum orationes de-
bent poſtulare, & in Dei miſericordia ſperare. Ideo
in præſenti Euangelio tria ponuntur. Primo miſera
paralytici conditio,per quam peccator intelligitur cum
dicitur,puer.Secundo centurionis ſupplicantis deuotio,
per quam ſignaĩ, ꝙ debemus ad ſanctos uiros recurrere,
qui



qui pro nobis intercedant,cum dicitur, Acceſſit ad eum
centurio &c. Tertio benigna Chriſti curatio, per quam
notatur qđ de Dei miſericordia ſemper debemus ſpera
re,cum dicitur.Ego ueniam, & curabo eum. Circa pri *Primum.*
mum notandum quod miſera conditio iſtius pueri in tri
bus erat.Nam & ſeruus erat & paralyticus & male tor-
quebatur. Ideo merito ſignat peccatorem qui eſt ſeruus
peccati,& diaboli,& omnium uitiorũ. Omnis qui facit *Io. 8.*
peccatum ſeruus eſt peccati. Et à quo quis ſuperatus eſt, *2. Pet. 2.*
eius ſeruus eſt. Aug. Peccator ſeruus eſt tot dominorum
quot uitiorum. Seruietis dijs alienis. Et dixit diis in plura *Hier. 5.*
li,quia ſuperbus eſt ſeruus luciferi, auarus ſeruus mam-
monæ,luxurioſus ſeruus eſt aſmodei. Secundo peccator
eſt paralyticus. Eſt autem paralyſis morbus ꝗ membra *Prou 17.*
reddit mollia,diſſoluta & diſſipata. Talis eſt uoluptuo-
ſus,& delitiis aſſuetus.Prouerb.17.Qui mollis & diſſo-
lutus eſt in opere ſuo,frater eſt ſua opera diſſipantis.Eſt
autem differentia inter iſta tria quę ponit Salomon hic,
ſcilicet molle,diſſolutum & diſſipatum. Nam molle eſt
quod cedit omni duro.Diſſolutum eſt quod nullo uin-
culo eſt colligatum. Diſſipatum quod eſt penitus con-
fractũ,ſicut patet in uaſe fictili confracto. Tales igitur
homines ſunt molles,qui omni aduerſitati & tentationi
cedunt. Facta autem tribulatione,& perſecutione pro- *Matt. 13*
pter uerbum,ſcandalizantur continua. Non ſunt etiam
aliquo uinculo timoris,uel amoris ligati,ideo ſunt im-
mundi. Vas quod non habet operculũ, nec ligaturam, *Num. 19*
mundum erit.Sunt etiam confracti,ideo nullum bonum
propoſitum retinere poſſunt. Cor fatui quaſi vas con- *Eccl. 21.*
fractum, omnem ſapientiam non tenebit.Tertio pecca-
tor male toquetur Aliquando enim torquetur. Aliquan
do male torquetur.Aliquando peſſime torquetur. Tor-
quetur enim ꝑ proſpera,ꝑ curã ſuꝑfluã.Boetius de cõſo.
Quàm multis amaritudinibus humanę fęlicitatis, dulce
do reſperſa eſt.Vñ refert Tullius in tuſculanis, ꝙ cũ glo
riã Dionyſij tyranni quidã laudaret & beatũ diceret,iuſ
ſit illum in throno aureo collocari,& menſam omnibus

Universidad de Deusto Biblioteca



delitijs plenam ante eum præparari. Gladium uero a..
tiſſimum ſeta equina ligatum ſuper caput eius appendi.
Cumq; ille propter timoré non comederet. dixit ei Dio
niſi. Talis eſt uita mea, quam tu beatam putabas. Ma-
le auté torquetur peccator inter aduerſa, propter impa-
tientiam. Iſta enim duo, ſ. proſperitas & aduerſitas, om
nes probant. Vnde dicit commentator ſuper librum Boe
tii de cóſolatione philoſophiæ. Quod philoſophi poſue
runt duo dolia in limine domus iouis. Vnum plenum ui
no, & aliud plenum aceto. de quibus ingredientibus, bibe
re oportebat. Domus iouis eſt mundus iſte. Dolium ui-
no plenum eſt proſperitas. Dolium plenum aceto eſt ad
uerſitas. De quibus oportet guſtare omnes mundum in-
gredientrs. Peſſime torquetur peccator inter peccata.
Ambr. Quæ pœna grauior, quam interius uulnus, ſ. con-
ſcientię. Nonne hoc magis fugiendum quam mors, quã
*Secundũ.* exilium, q̃ diſpendium? Circa ſecundum, ſ. orationé cétu
*Oratio. Cẽ* rionis notandum ꝙ eius oratio exaudiri meruit propter
*tur. pro-* tres comites quos ſecum habuit, ſ. fraternam cõpaſſioné,
*pter tria* humilitatem, & fidé. Habuit enim cõpaſſionem in ſeruo
*meruit* qui tam male torquebatur. Humilitatem de ſe ipſo, cũ
*exaudiri.* dixit, Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Ha-
buit fidem de Chriſto cum ait, Sed tantum dic uerbo
&c. Iſta autem tria taliter ordinantur, quod compaſſio
orationem format, humilitas in cęlum ſubleuat, & fides
omnia impetrat. Oratio igitur quam format compaſſio
multum eſt acceptabilis Deo. Chryſ. Pro ſe orare natu-
ræ eſt, pro aliis uero eſt gr̃æ. Pro ſe orare rei neceſſitas
cogit, pro alio aũt charitas fraternitatis hortatur, Dul-
cior aũt eſt ante dominum oratio, non quam neceſſitas
*Ecc. 31.* rei tranſmiſit, ſed quam charitas fraternitatis hortatur.
*Matt. 11* Humilitas autem orationé ſic formatam, habet in cœlũ
*Tertium.* ſubleuare. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Fides
*Chriſti* autem orationem ſic formatam, & ſic eleuatam, omnia
*miraculo* impetrare facit. Omnia quæcunque orantes petitis, cre-
*ſa curatio* dite quia accipietis, & fiet nobis. Circa tertium, ſcilicet
Chriſti curationem notandum quod curauit uelociter
ſiue



ſiue faciliter. Quod eſt contra illos, qui nimis faciũt ſe
rogari. Chriſtus autem mox ut centurio eum rogauit.
Reſpondit. Ego ueniam & curabo eum. Sic facilis Chri-
ſtus fuit ad curandum Dauid, quem curauit tribus ſylla
bis quando dixit. Peccaui. Sic facilis fuit ad curandum
Petrum negantem, quem carauit paucis lachrymis. Sic
facilis fuit ad curandum Publicanum, qué curauit quq;
uerbis quando dixit, Deus propitius eſt mihi peccatori.
Secundo curauit eum liberaliter. quod eſt contra mul-
tos qui nimis magna ſalaria petunt. Chriſtus autem tam
liberalis fuit, quod nihil à centurione petiit, niſi fidem,
cum dixit. Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Sic liberalis *Matth 9*
fuit Chriſtus Apoſtolis, quibus pro paruis retibus, re-
gnum cęlorum dedit. Sic liberalis fuit uiduę, quam pro
duobus minutis iuſtificauit. Sic liberalis eſt omnibus, qui
bonam uoluntatem habent, & aquæ frigidæ calicem re-
munerat. Tertio curauit totaliter, quod eſt contra mul-
tos, qui ab una infirmitate liberant, ab alia liberare non
poſſunt. Chriſtum auté iſtum perfectè liberauit. ideo di-
citur. Et ſanatus eſt puer ex illa hora. Hic notandum *Paraliti-*
quod quidam ſunt paralytici quantum ad ſenſum, ſed *corum di*
non quãtum ad motum. Sicut ſunt hæretici qui uidétur *uerſitas.*
habere motum operationis bonæ, ſed non habent ſen-
ſum fidei rectæ. Et ideo paralitici ſunt, quia ſicut dici-
tur. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Alij ſunt *Heb. 11.*
paralitici quantum ad motum, ſed non quantum ad ſen
ſum, ſicut ſunt mali chriſtiani, qui de Deo bene ſentiunt
ſed ad bona opera facienda, moueri nolunt. De quibus *1. Thi. 1.*
dicitur. Confitentur ſe noſſe Deum, factis aũt negant.
Et fides aũt ſine operibus mortua eſt. Alij ſunt paralyti- *Iac. 1.*
ci quãtum ad ſenſum & motum, ſicut ſuntmulti peſſimi
& ſcelerati, qui nec habent fidé, nec aliqua bona opera
faciunt. De quibus dr̃ in epiſtola Iudæ. Hi ſunt arbores
autumnales bis mortuæ. Quando igitur Chriſtus reddit
alicui ſenſum fidei rectæ, & motum operationis, tunc pa-
ralyſis perfectè curatur. Rogemus &c.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Feria ſexta poſt Cineres Sermo primus. De Amore. In quo oſtenditur: retrahi debere ab amore paruo diminuto, & inordinato: & amorem magnum, perfectum & ordinatum amplecti.*

*Mat. 5.* AVdiſtis quia dictum eſt antiquis: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ. Sic eſt de amore cordis ſicut eſt de naturali corporis calore. Calor enim naturalis, aliquando eſt nimis paruus, ſicut in puero, aliquando eſt nimis defectiuus, ſicut in ſene, aliquando eſt nimis inordinatus, ſicut in febricitante. aliquando eſt magnus, perfectus & ordinatus, ſicut in uiro bene complexionato, & perfectè ſano. *Amor.* Eodem modo amor cordis, aliquando eſt nimis paruus: ſicut quando quis tantum diligit amicum, aliquando eſt nimis defectiuus, ſicut quando quis diminute, & imperfecte diligit Deum, aliquando eſt nimis inordinatus, ſicut quando quis inordinate diligit ſeipſum, aliquando eſt magnus, ordinatus, & perfectus, ſcilicet, quando quis diligit inimicum, & perfecte diligit Deũ, & ordinate diligit ſe ipſum. Dominus igitur in præſenti Euãgelio nos retrahit ab amore paruo, & diminuto, & inordinato, & inducit nos ad amorem magnum, perfectum & ordinatum. *Primo.* Primo igitur retrahit nos ab amore paruo & diminuto qui eſt diligere amicum, & inducit nos ad amorem magnum & latum qui eſt diligere inimicum cum dicit, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges proximum tuum & odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros.

*Odiũ quadrupliciter conſideratur.* Circa quod intelligendum eſt quòd odium quadrupliciter poteſt conſiderari, aut prout eſt in animo, aut prout exterius manifeſtatur, in aliquo rancoris ſigno, aut prout eſt in contumelioſo uerbo, aut prout eſt in iniurioſo facto. Circa iſtam quadruplicem differentiam





*Inimicos quadrupliciter diligere debemus.* odii Chriſtus vult ut inimicos quadrupliciter diligamus Primo in animo, ideo dicit, Diligite inimicos ueſtros, Secundo in facto, ideo dicit, Benefacite his qui uos oderunt. Tertio in ſigno, ideo ſubdit. Et orate pro perſequentibus & calumniantibus uos. Magnus enim ſignum amoris eſt pro inimicis orare. Quarto in uerbo ipſos ſalutando. Vnde ſubdit, Si ſalutaueritis fratres ueſtros tantum &c. Iſtam quadruplicem dilectionem omnes homines debent impendere inimicis ſaltem in communi. Debemus enim diligere inimicos in animo, inquantum ſunt creaturæ Dei bonæ. Ideo dicitur. Omnis creatura Dei bona. Si quis igitur in ſuo inimico odiret naturam Dei, in ſtatu ſalutis non eſſet. *1. Thi. 1.* Debent etiam homines orare pro inimicis, ſaltem in communi. Si enim aliquis pro omnibus fidelibus oraret, & ab illis orationibus generalibus, inimicos excluderet, in ſtatu ſalutis non eſſet. *Perfecti pro inimicis orare debent.* Perfecti autem pro inimis orare debent, non tantum in generali, ſed etiam in ſpeciali. Similiter ſi aliquis aliquod collegium uel aliquam multitudinem hominum ſalutaret, ab illa ſalutatione generali inimicos excludere non debet. & ſi excluderet in ſtatu ſalutis non eſſet. Perfecti enim non tantum in generali, ſed etiam in ſpeciali orare & ſalutare debent. Similiter ſi aliquis aliqua beneficia alicui communitati exhiberet, non eſſent inimici a talibus beneficiis excludendi. Et ſi aliquis excluderet uideretur quòd liuorem retineret. Contra illud quod dicitur. Non quæras ultionem nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. In caſu tamen neceſſitatis tenẽtur etiam omnes inimicis beneficia exhibere. Iuxta illud. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo? *1. Io. 3.* Perfecti autem debent inimicis beneficia exhibere, non tantum in communi, ſed etiam in ſpeciali. Non tantum in articulo neceſſitatis, ſed etiam ſine articulo neceſſitatis, quia ad ipſos ſpectat nõ uinci a malo, ſed etiã uincere in

Universidad de Deusto Biblioteca



Ro. 12. bono malum. Secundo dominus retrahit nos ab amore
*Secundo.* defectiuo & imperfecto, q est imperfecte diligere, cũ di-
cit. Eſtote ergo perfecti &c. ſ. in amore Dei, ſicut & pater
ueſter cęleſtis i. ſicut Deus pater diligit nos perfecte, ſic
nos ipſum perfecte diligere debemus. Ille autem pfecte
*Cant. 8.* Deum diligit, q ipſum plus diligit quàm ſua. Si dederit
homo omnẽ ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, qua
ſi nihil deſpiciet eã. Pluſquã ſeipſum. Ideo dicit, qui non
accipit crucem ſuam. ſ. ſeipſum mortificãdo propter me,
*Matt. 10* non eſt me dignus, Pluſquam ſuos. Qui amat patrem &
matrem pluſquam me, nõ eſt me dignus. Iſto triplici mo
do Chriſtus etiam nos dilexit pluſquam ſua. i. pluſquam
regnum & domum ſuam pluſquam ſuos. i. angelos, qui
erant hæreditas ſua, quia eos dimiſit & nobiſcum paren
telam contraxit. Pluſquam ſeipſum, quia propter uos ſe
*Hier. 12.* ipſum in mortẽ tradidit. De his tribus dicitur. Reliqui do
mum meã, dimiſi hæreditem meam, dedi dilectam ani-
*Tertio.* mam meam in manibus inimicorũ &c. Tertio Chriſtus
*Inordinate diligẽs quis ſit.* retrahit nos ab amore inordinato, quo q s ĩordinate dili
git ſeipſum cum ait. Attẽdite ne iuſtitiam ueſtram facia
tis corã hominibus. Ille enim inordinate ſe diligit ſi bo
na quæ facit ad ſeipſum reflectit, & inde gloriam quærit
Magna enim inordinatio ẽ q aliquis ſibi attribuat illud
*Pſ. 136.* quod ẽ proprium Dei. ſ. gloriam. Vult enim Deus ut de
*Matt. 5.* operibus noſtris habeamus meritum. Labores manuum
*Eſa. 42.* tuarum quia manducabis &c. Proximus habeat bonum
exemplum. Sic luceat lux ueſtra corã hominibus &c. Et
Deus habeat hãc gloriam. Gloriam meam alteri non da
bo, ſed uanaglorioſus meritum perdit, & proximo ſcãda
*Vanagloria, quomodo poſſit accedere.* lum facit, & tandem gloriam non inuenit. Sed notandũ
q ſecũdum Chry. uanagloria poteſt accidere, aut in prĩ
cipio operis, aut in medio, aut in fine. Tũc enim ẽ in prin
cipio quando quis aliquod bonũ ex ſola uana gloria fa
cere incipit, & tũc illud opus eſt uitioſum, quia ex uitio
ſa radice proceſſit, & eſt potius intermittendum, quàm fa
ciendum. Et ilud dominus prohibet hic cum dicit. Atten
dite ne iuſtitiam ueſtram &c. Aliquando uero uana glo-
ria



ria eſt in medio operis, ſicut quando quis ex recta intẽ
tione aliquod opus bonum incepit, & in proſecutione
aliquis motus uanæ gloriæ ſe ingerit, tale opus non eſt
intermittendum ſed perficiendum. Quia ex quo hoc ex
bona radice proceſſit, uitiari non poterit, maxime cum
ſit potius inimici tẽtatio quàm alicuius uanæ gloriæ paſ
ſio. Vnde legitur de ſancto Bern. quòd cum ſemel gra-
tioſe prædicaret, & ex hoc aliquis motus uanę gloriæ ſe
ingereret, tentatori reſpondit. Nec per te incępi, nec per
te dimittam. Aliquando uero in fine operis accidit ho
mini quoddam gaudium mẽtis, & complacentia cordis,
de eo quòd tale opus bene compleuit, uel de eo quòd be
ne prædicauit. Et iſta talis complacẽtia, opus præcedẽs
uitiare non poteſt, quia naturale eſt, q quilibet delecta
tur in operibus & ſermonibus ſuis. Letatur homo in ſen
tentia oris ſui. Immo etiam ſancti uiri magnum habent *Prou. 15*
gaudium, de operibus quæ faciunt propter Deum. Vnde
ſuper illud. In cuſtodiendis illis retributio multa. Dicit *Pſ. 18.*
Glo. Non tantum pro eis in futuro redditur præmium,
ſed etiam hic in eadem cuſtodia. Magnum eſt gaudium
ſeruire ei, cui ſeruire regnare eſt.

*Eadem feria ſexta poſt Cineres. Sermo ſecundus. De
iuſtitia Chriſtiana: In quo triplex iuſtitia
eſſe denotatur, ſcilicet perfectorum:
actiuorum, & contemplati-
uorum, & in quo quæli-
bet conſiſtat.*

ATtendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram ho- *Matt. 5.*
minibus. Inter fideles qui ſaluantur, quidam ſunt
actiui, quidam contemplatiui, quidam perfecti.
Ideo in præſenti Euangelio deſcribitur iuſtitia perfe-
ctorum, quæ conſiſtit in inimicorum dilectione, iuſtitia
actiuorum; quæ conſiſtit in elemoſynarum largitione,
& iuſtitia contemplatiuorum, quę cõſiſtit in deuota o-
ratione. Prima igitur iuſtitia quæ conſiſtit in inimico-


rum

Universidad de Deusto Biblioteca



*Inimicos* rum dilectione, notatur cum dicitur: Ego autem dico
*diligere* vobis diligite inimicos veſtros. Diligere enim inimicos
*perfecto-* non eſt omniũ, ſed perfectorum tantum. Dicit enim Au
*rum tan-* guſt. in enchiridion, ꝙ hoc tam bonum magnum, ſcili-
*tum eſt.* cet diligere inimicos, non eſt tantæ multitudinis quan-
tum credimus exaudiri in oratione cum dicitur, Dimit
*Inimicis* te nobis debita noſtra. Notandum eſt ꝙ inimicis debe-
*debetur* mus amorem, odiũ, compaſſionẽ & beneficium. Poſſunt
*amor, o-* enim inimici quadrupliciter conſiderari. Primo, ſcilicet
*diũ, com-* quantum ad naturam, prout homines ſunt ad imaginẽ
*paſſio &* Dei facti, & tunc ſunt diligendi. Vnde quidam de hoc re
*beneficiũ.* præhenduntur. Homo homini ſeruat iram, & a Deo q̃-
rit medelam. in hominem ſibi ſimilem non habet miſe
ricordiam, & a Deo quærit miſericordiã. Secundo poſ
*Ecc. 28.* ſunt conſiderari quantũ ad culpam, & tunc ſunt odien-
*Inimici* di. Debemus enim inimicos diligere inquatũ homines,
*quadru-* & odire inquantũ mali ſunt. Vnde dicit Augu. ꝙ cũ dico
*pliciter* homo malus, duo dico. ſ. homo & malus. Inquantum ve
*conſide-* ro homo, eſt diligendus, inquantum malus, odiẽdus. Ta
*rantur.* liter odit eos Deus, inquantum ſcilicet ſunt peccatores,
ſed diligit eos inquantum ſunt pœnitentes. Vnde altiſſi
*Ecc. 12.* mus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitẽtibus.
Tertio poſſunt conſiderari quantum ad pœnã, id eſt in-
*Pſ. 118.* quantum ſunt pœnæ æternæ addicti, & quantum ad hoc
debemus eis compati. Valde enim compati debemus, qñ
eos ad mortem æternam ire conſpicimus. Vidi præuari-
cantes & tabeſcebam. Vnde Beda. Vera iuſtitia compaſ-
ſionẽ habet, falſa dedignationem. Quarto conſiderãtur
quantum ad indigentiam, & tunc debemus eis impende
*Ro. 12.* re beneficium, & auxilium. Iuxta illud. Si eſurierit ini-
*Inimicos* micus tuus ciba illum. ſi ſitit, potum da illi. Debemus
*diligere* autem diligere inimicos propter debitum, propter fru
*debemus* ctum, & propter vitandum periculum. Debitum qui-
*propter* dem eſt, quia ſi volumus ꝙ Deus dimittat nobis mul-
*tria.* ta debita, debemus proximo dimittere pauca. Hoc ſi-
*Matt. 18* gnatum eſt in ſeruo, qui debebat regi decem milia ta-
lentorum, & in ſeruo qui debebat conſeruo centum
dena-



denarios. Vbi dicit Chriſo. Tanta eſt differentia pecca-
torum, quæ committũtur in Deum & in hominem, quã
ta differentia eſt inter decem milia talentorum, & cen-
tum denarios. Magna autem, & multo plus. Ipſe enim
corpus fecit, & animam inſpirauit, filium miſit, cœlum
aperuit, & nos filios ſuos fecit. Nunquid igitur ſi vna-
quaque die moreremur pro illo, retribueremus ei aliqđ
dignum? Nequaquam. Auguſt. Non poſſum (dicit ali-
quis) diligere inimicum. O quicunque es, attendis quid
tibi fecerit homo, & non attendis quid tu feceris Deo.
Quare non dimittis homini parum, ut Deus tibi digne-
tur dimittere multũ? Secundo debemus diligere inimi-
cos propter fructum, qui quidem eſt duplex. Vnus eſt
in preſenti, ſcilicet peccatorum remiſſio. Vnde Auguſt.
Ad dilectionem inimicorum uos admoneo, quia ad ſa-
nandum vulnera peccatorum nullum medicamentũ vti
lius eſſe cognoſco. Alius eſt in futuro, ſcilicet æterna re-
muneratio. Aug. Diligere inimicos grandis eſt labor in
hoc ſeculo, ſed grande præmiũ in futuro, quia per amo-
rẽ hominis inimici, efficieris amicus Dei. Tertio debe-
mus diligere inimicos propter uitandum periculũ. Nam
ſecundum Aug. habere odium in corde eſt quaſi habe-
re gladium, ſcorpionem, & ignem. De primo ſic dicit in
quodam ſermone. Qui aliis nocere deſiderat, ſimilis eſt
illi, qui gladio ſe tranſuerberat, ut tunicam alterius cæ
dat. De ſecuodo ſic dicit idem in ſermone: Frenate irã,
quæ uos ſtimulat ad uindictam. Ira enim ſcorpio eſt, ſi
te interius flammis excitauerit. Si igitur te uis uindica-
re de inimico tuo, ad ipſam iram tuam te cõuerte, quia
ipſa eſt inimica tua, quæ occidit animam tuam. Tertio
ſic dicit ſuper pſalm. Sic puta malitiam eſſe, quomodo
ignem. Si incendere uis aliquid, illud quod igni appo-
nis prius ardet, niſi enim ardeat non incendit. Verbi gr̃a
Cum faculã apponis igni, prius ardet, ut aliud poſſit in-
cendere. Ita ergo malitia procedens ex te, & quid uaſtat
antequam te malitia tua? ut alteri non noceat fieri põt,
quòd autem tibi non noceat fieri non poteſt. Secunda
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt iuſtitiam actiuorum, quę conſiſtit in eleemoſynarum
largitione, ſed quia iſta iuſtitia omnino perdit, quando
propter humanum feruorem impenditur. Ideo dominus
iſtam iuſtitiam ordinat dicens. Cum ergo facis eleemo
ſinam noli tuba canere &c. Illi canunt tuba, qui habent
iactantiæ uerba. Illi adhibent manum ſiniſtram, qui ha-
*Eleemoſi-* bent intētionē obliquam. Quando autem ipſa eleemoſi
*na ualet* na pure ſit propter Deum, tūc ualde utilis eſt & fructuo
*homini in* ſa. Valet enim homini in uita, in morte, & poſt mortem.
*uita in* In uita quidem ualet, quia impetrat remiſſionem culpę.
*morte, &* Vnde de bono eleemoſinario. Eccl. 4. Sicut in ſereno gla
*poſt mor-* cies ſoluentur peccata tua, acquirit benedictionem gra
*tem.* tiæ. Qui ſeminat in benedictione de bene. & metet, &
2. *Cor* 2. gratiam ipſam conſeruat in corde. Vnde de eleemoſina
*Ecc.* 29. dicitur. Gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabis.
Secundo eleemoſina ualet homini in morte, nam animā
egredientem de corpore, aſſociat. Vnde Ambr. Nō ſunt
hominis opes, quas ſecum ferre non poteſt. Sola autem
miſericordia, ſeu eleemoſina, comes eſt defunctorū, pa-
tronos in adiutorium aduocat. Vnde Bernar. Pauperes
non ſunt contemnendi, ut egeni, ſed exorandi, ut patro-
ni. Vnde. Facite uobis amicos de mammona iniquita-
*Luc.* 16. tis, ut cum defeceritis recipiant uos. Hoſtes expugnat.
Vnde dicitur de eleemoſina. Super ſcutum potentis &
*Ecc.* 28. ſuper lanceam aduerſus inimicos tuos pugnabit. Tertio
eleemoſina ualet poſt mortem. Nam de ſalute hominis
ſummo regi literas repræſentat. Solet enim Papa qui
buſdam concedere literas ſimplicis iuſtitiæ, ſcilicet om
nibus, qui dicunt ſe iniuriam pati. Quibuſdam literas mi
ſericordię, ſcilicet pauperibus & egenis. Quibuſdam li-
teras ſupererogantis gratię, ſcilicet bene emeritis. Et
quoniā ſerui Dei in hac uita fuerunt pauperes & egeni,
& multas iniurias paſſi ſunt, & bene emeriti. Ideo ali-
quando repræſentant literas ſummo regi, literas ſimpli
*Luc.* 7. cis iuſticiæ. De quibus dicitur. Date & dabitur uo-
bis. Literas gratuitæ miſericordię. De quibus dicitur.
*Mat.* 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſe-
quentur



quentur. Literas ſuperabundantis gratiæ. De quibus dici
tur. Menſuram bonam & confertam. &c. Tertia iuſtitia *Luc.* 6.
eſt contemplatiuorum, quæ conſiſtit in oratione deuo- *Tertia.*
ta, ſed quia hæc iuſtitia perditur niſi ab humano fauore
abſcondatur. ideo dominus eam ordinat dicens. Et cum
oratis non eritis ſicut hypocritæ triſtes &c. Et infra.
Tu autem cū oraueris, intra in cubi tu. & clau. &c. Oſtia
iſta claudenda ſunt, quinque corporis ſenſus, qui men- *Conſcien-*
tis intentionem ſæpe diſtrahunt niſi claudantur, cubicu *tia cubi-*
lum eſt ipſa conſcientia in qua anima requieſcit. Iſtud *culū nū-*
autem cubiculum cum ſit ſummi regis, debet eſſe mun- *cupatur.*
dum, quietum, & odoriferum. Tunc igitur cubiculum
conſcientię eſt mundum, quando eſt ſine peccati conta-
gione. Taliter propheta ſuum cubiculum mundabat di
cens. Lauabo per ſingulas &c. orationes igitur, quæ pro *Pſ.* 6.
cedunt de cubiculo mundo exaudiuntur, quæ autem de
immundo, à Deo reprobantur. Iuxta illud. Cum mul- *Eſa.* 1.
tiplicaueritis orationes nō exaudiā, manus. n. ueſtrę sā-
guine plenæ ſunt. Tunc cubiculum conſcientiæ eſt quie
tum, quando eſt ſine ſtrepitu malarum conſcientiarum,
concupiſcentiarum, & cogitationum, ſed multi ſunt, qui
quando orant, aliqua inania cogitant, talium oratio-
nes non ſunt Deo gratæ. De talibus dicitur. Populus *Mat.* 15
hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me,
ſine cauſa colunt me. Tunc autem illud cubiculum con
ſcientiæ eſt odoriferum, quando eſt plenum deuotio-
ne, tales orationes quæ procedunt de cubiculo odorife-
ro, ſunt Deo ualde redolentes. tales orationes odorife-
ras, ſcilicet quando cubiculum conſcientiæ eſt plenum
deuotione, optabat propheta dicens. Dirigatur oratio *Pſ.* 150.
mea ſic. incenſum in coſpe. tuo. Illæ autem oratio-
nes a Deo exaudiūtur, quę exeūt de cubiculo
mundo, quieto, & odorifero, id eſt quan
do ipſæ orationes ſunt puræ, at-
tentæ, & deuotæ.

Sabbato

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sabbato poſt cineres, ſermo primus, De pœnitentibus, in quo declarat, quare per nauem pœnitentia intelligatur quæ pericula pœnitentibus ſolent accidere, unà cũ adiutoriis ad oĩa.*

CVm ſero eſſet factũ erat nauis in medio mari. Sicut
dr̃. Io. 6. Poſtq̃ Chr̃s qnq; milia hoĩum de quinq;
panibus ſatiauit, uoluerũt eũ facere regem, exiſtimãtes,
ꝙ eos ſp̃ ſic paſceret, & ꝙ ſub eo nihil eis deficeret, ꝙ
cũ Xp̃s cognoſceret, fugit in monté. Et ſicut dicit Mar.
in iſto euãgelio. Chriſtus facto miraculo panũ, iuſſit di
ſcipulos aſcendere in nauiculam, & tunc fuerunt in ma-
gno periculo & timore, & ratione loci, quia erant in me
dio mari, & ratione uenti, quia erat eis contrarius, & ra-
tione abſentiæ naucleri, quia Chriſtus non erat cum eis,
& ratione temporis, quia erat ſero, & ratione uiſionis,
quia uidentes Chriſtum putauerunt eſſe quoddã fantaſ-
ma. Si enim aliqui nautæ eſſent in medio mari, & eſſet
nox, & haberẽt uentũ contrarium, & nõ haberent ſecum
nauclerũ, & uiderent aliquod monſtrũ, non eſt dubiũ, qn
in magno periculo ſe eẽ crederẽt, ſed Chriſtus ad eos ue
nit, eos confortauit & uentũ ſedauit. Per iſtã aũt nauẽ,
pœnitentia intelligitur, in qua conſueuerunt multa peri-
cula accidere, ſed Deus dat eis multa adiutotia. In hoc
aũt Euangelio tria conſideranda ſunt. Primo quare p̃ na
uẽ intelligit̃ pœnitentia. Secũdo, q̃ pęnitentibus cõſueue
runt accidere pericula. Tertio, quæ ſunt adiutoria. Pri-
mo notandũ, ꝙ pnĩa ſignatur per nauẽ ex eo, ꝙ hoĩes p̃
mare huius mundi ad portũ paradiſi deducit. & ſicut ho
mo in naui exiſtẽs dormiendo, & quieſcẽdo. & comeden
do, uadit ad portũ, ſic uerns pœnitẽs dormiẽdo uadit ad
portum paradiſi. ideo. n. dormiunt, ut ad laudandũ Deũ,
fortiores exurgant. Ideo dicit Greg. Quòd ſomnus ſan-
ctorũ, nõ uacat a merito, immo ẽt ſanctorũ ſomnia, ali-
quãdo sũt meritoria. Iuxta illud. Reliquię cogitationũ,
diẽ feſtũ agent tibi. Reliquiæ cogitationũ, ſunt ipſa ſom
nia, quæ ſanctis uiris accidunt ex bonis meditationibus,
quas uigilãndo habuerũt, quæ q̃dem faciũt Deo magnũ
feſtum



feſtũ. Similiter ueri pęnitẽtes comedẽdo uadũt ad cęlũ,
ideo comedũt, nt fortiores ſint ad ſeruiendũ Deo. Siue
manducatis, ſiue bibitis, omnia in gloriam Dei facite. Si
militer ueri pœnitẽtes quieſcendo uaduntin cęlũ, ideo 1. Cor. 10
enim quieſcunt, ut fortiores ſint ad laborandũ. Sicut. n.
mali utũtur ſua fortitudine ad malum, ſic boni ad bonũ.
Iuxta illud. Fortitudinẽ meâ ad te cuſtodiam. Circa ſecũ
dum notandum, ꝙ illi qui uolunt facere pœnitentiam, *Pſalm.*
quattuor interdum pericula patiuntur. Primo patiuntur *Secundũ.*
à diabolo. ſ. tẽtationẽ. quę ſignatur per uẽtum cõtrariũ. *Pœniten.*
Erat enim inquit uentus contrarius. Iſte enim eſt uẽtus, *uolentes*
de quo dicitur. Ventus uehemens irruit à regione deſer *quattuor*
ti & concuſſit quattuor angulos domus. Anguli domus *patiũtur*
quattuor, ſunt uirtutes animæ, ſcilicet prudentia, iuſtitia *pericula.*
temperantia, & fortitudo. Tunc igitur iſti quattuor angu *Iob. 1.*
li concutiuntur, & domus cadit, quando homo graui ten
tatione præſſus, nõ hẽt uſum illarum uirtutũ. Nam cadit
prudentia qñ hõ nõ præcauet à futuris p̃iculis. Cadit iu
ſtitia, qñ nõ ſatisfacit, de culpis p̃teritis. Cadit tẽperãtia,
qñ intẽperatẽ utitur p̃ſperis. Cadit fortitudo, qñ nõ hẽt
patientiam in aduerſis. Secundũ periculum patiuntur in
carne. ſ. fantaſmatum illuſionẽ, quod notatur per hoc, ꝙ
putauerunt eſſe fantaſma. Sæpe enim caro offert aĩæ mul
ta fantaſmata concupiſcentiarũ. Cõcupiſcit caro aduer- *Gal. 4.*
ſus ſpiritũ, & ad iſtud opus caro habet tria adiutoria, ſci-
licet diabolum, qui concupiſcentiam inflammat. Ecce
ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, habet ex- *Eſa. 54.*
teriores ſenſus, qui concupiſcibilia repræſentãt. Oculus *Tren. 3.*
meus dep̃datus ẽ aĩam meã, & cũctis filiabus urbis meæ, *Ephe. 5.*
hẽt uina & cibaria exquiſita, q̃ cõcupiſcẽtię materiã mi-
niſtrãt. Nolite inebriari uino ĩ, quo eſt luxuria. Ideo apo
ſtolus iſtã talẽ materiã in ſe refrenabat dicens. Caſtigo *1. Cor. 9*
corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo. Tertiũ periculum pa
tiuntur à mundo. Quod notatur per hoc, ꝙ dicitur nauis
erat in medio mari. Mundus iſte eſt mare in qno ſicut in
mari multi abſorbentur. Vnde Aug. Amas ſęculum ab-
ſorbebit te. amatores ſuos nouit uorare non portar.
Ideo

Universidad de Deusto Biblioteca



Pſ. 68. Ideo rogat propheta dicens. Non me demergat tempe-
ſtas aquę, neque abſorbeat me profundum, neq; urgeat
ſuper me puteus os ſuum. rogat propheta, ſcilicet aut q
non demergatur, aut quod non abſorbeatur, aut quod
non includatur. Illi demerguntur à ſeculo tempeſtuoſo,
qui cedunt in mortalem culpam, ſed tamen adhuc poſ-
ſunt liberari, illi abſorbentur in profundo, qui per lon-
gam conſuetudinem profundati ſunt, & iſti ſunt aliquã-
Pſal. 67. do a maxima miſericordia Dei liberandi. Dixit domi-
nus ex baſan conuertam in profundum maris. Sed tunc
puteus os ſuum urger, & claudit, quãdo profunditas pec
catorum animam in deſperationem deiicit. Quartũ pe-
riculum patiũtur in ſtatu præſentis miſeriæ, in quo ſunt
in multiplici ignorãtia & in Dei imperfecta cognitione,
qnod notatur per hoc, ꝙ dicitur. Erat ſero. In præſenti
enim uita cognitio eſt ſerotina, in cęlo uerò eſt meridi
1. Cor. 13. na. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate. Ecce
cognitio ſerotina. tunc autem facie ad faciem Ecce co-
gnitio meridiana, in inferno enim erit cognitio noctur-
Sap. 17. na. Nulla uis ignis poterit illis lumen præbere, nec ſyde-
rum limpidæ flammæ illuminare poterunt illam noctẽ
Tertiũ. horrendam. Tertio contra iſta pericula dantur pęnitẽ-
tibus multa adiutoria. Primum eſt de Deo magna fidu-
Auxilia cia, ad quam Chriſtus inducit cũ ait. Confidite ego ſum,
ꝓpugnã- nolite timere. Nullus enim debet fiduciam ponere in ſe
tibus. ſed in Deo, qui enim in Deo ponunt fiduciam, ſuper fir-
mam petram fundamentum operum ſuorum ſtabiliunt,
& illud eſt contra primum periculum, ſcilicet tentatio-
num diaboli. Tales enim non timent tentationem dia-
boli, nec grauem & occultam, nec grauem & apertam
Matt. 7. nec leuem & apertam, Deſcendit pluuia. illud refertur
ad tentationem leuem & apertam, & uenerunt flumina,
illud refertur ad tentationem grauem & apertam, & fla
uerunt uenti. illud refertur ad tentationem grauem &
occultam, & non cecidit domus, fundata enim erat ſu-
per firmam petram. Secundum eſt oratio clamoroſa, &
quod notatur cum dicitur, & exclamauerunt, & iſtud
eſt



eſt contra ſecundũ periculũ, ſ. fantaſmata malorum cogi
tationũ, contra q̄ debemus ad eũ clamare, ſicut clamat
propheta dicens. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; Pſal. 37.
in finẽ tota die cõtri. ingre. Qm̃ lumbi mei imple. ſunt il
lu. Non. n. poſſumus habere carnis cõtinentiam niſi per
orationẽ deuotã. Et ut ſciui qm̃ non poſſum eſſe conti-
nens, niſi Deus det, abii ad Deũ & depræcatus ſum illũ. Sap. 8.
Tertiũ dominicæ paſſionis meditatio aſſidua. Qđ notat
per hoc quod dicitur, q omnes infirmi, q tangebant fim
briam ueſtimenti eius, ſanabantur. Veſtimentum Chri-
ſti eſt corpus eius. Fimbria quę eſt ultima pars, eſt paſſio
eius, qui. n. illam tangit, per deuotionẽ, releuatur ab om
ni tribulatione, & illud eſt contra tertium periculum, ſci
licet amaritudinem mundi, ipſa enim Chriſti paſſio, om
nes tribulationes dulcorat. Recogitate eum, qui talem Heb. 12.
ſuſtinuit pro peccatoribus aduerſus ſemetipſum contra-
dictionẽ, ut nõ fatigemini animis ueſtris deficiẽtes. Gre.
Si paſſio Chriſti ad memoriam reducitur, nihil eſt quod
non æquo animo toleretur. Quod ſignificatum eſt, in Exo. 15.
ligno miſſo in aquas amaras, quæ ſunt in dulcedinem
uerſæ. Quartum eſt illuſtratio diuina, quod notatur per
hoc quod dicitur, circa quartam uigiliã noctis uenit ad
eos. Et iſtud eſt contra quartum periculum, quod erat
ignorantia, ad illos enim uenit, & lumen ſuæ ſcientiæ
infundit, ſcientiæ illis, qui ſunt in uigilia. Sicut enim
uita beatorum eſt tota feſtiuitas, & uita dãnatorum eſt
totus luctus, ſic uita peregrinãtium, ſcilicet uita pręſens,
debet eſſe in uigilia, ut ſic de uigilia perueniatur ad feſtũ
& iſta uigilia debet eſſe quarta. Illi aũt quatuor uigilias Vigilias
faciunt qui ſuas cogitationes, locutiones, operationes, & quatuor,
ſenſus corporis uigilanter cuſtodiunt. q faciũt.

*Eodem die, Sabbato poſt cineres. Sermo ſecundus, De Beata Virgine, in quo eius dignitas & pietas demonſtratur.*

ERat nauis in medio mari &c. Sicut dies dominica de
dicata eſt dominicæ reſurrectioni, & in feria ſexta
dominicæ

Universidad de Deusto Biblioteca



dominicæ paſſioni,ſic dies ſabbati dedicata eſt glorioſæ
Virgini,& ideo in ſabbatis,quæ occurrunt in quadrage-
ſima,aliquid de ipſa loquamur ad eius gloriam & hono
*Mariæ* rem.Eccleſia namq; ut dictum eſt diem ſabbati uirgini
*quare di-* conſecrauit,& hoc multiplici ratione.Prima eſt qa paſ
*es ſabba-* ſio Sanctorũ conuenit in aliqua die celebrari.Beata aũt
*ti dedica* uirgo & ſi non paſſa ſit martyriũ carnis, paſſa eſt tamen
*tur.* martyrium mentis.Iuxta illud. Tuam animam tranſibit
*Luc. 2.* gladius Et illud martyrium in ea cõtinuatum fuit in to
ta feria ſexta,& toto ſabbato ſequenti ſexta autem feria
dedicata eſt martyrio filij,& ideo ſequens ſabbatum de
dicari debuit martyrio matris.Secunda ratio eſt,quia ſi-
cut in Die ſabbati Deus reqeuit ab omni opere ſuo,ſic
Chriſtus intrans Mariæ uterum,requiem inuenit in eius
uentre & mente.In nullo enim alio ſancto, ſpiritus ſan-
ctus requiem habuit, niſi in Chriſto & in Virgine Beata
quia in aliis ſanctis habuit aliquid repugnans, ſaltẽ pec-
catum ueniale. In Chriſto autem & Virgine, nihil
repugnans inuenit, & ideo perfectè ibi requieuit.
Tertia ratio eſt, quia ſicut dominus in ſabbato omnes
creaturas fecit & compleuit, ſic in beata Virgine uni-
uerſa refecit. Fecit tunc Deus uniuerſa opera naturæ
quæ per peccatum fuerunt corrupta, ſed in beata Virgi
ne fecit opera gratiæ, per quæ fuerunt omnia reparata.
Quarta ratio eſt, quia ſicut Deus diem ſabbati benedi-
xit,ſic Beata Virgo fuit ab omnibus benedicta. Et à Deo
quia ipſam elegit, & ab Angelo,quia ipſam ſalutauit,&
à toto mundo,qnia ipſam laudat & ueneratur. Quinta
ratio eſt,quia ſabbatum eſt medium inter diem gaudio-
ſum,ſcilicet dominicam, & diem penoſum, ſcilicet fe-
riam ſextam,ſic ipſa eſt mediatrix inter Deum & homi
nem. Sexta ratio eſt,quia in die ſabbati tota fides pe-
riit,& in ſola Beata Virgine remãſit,& ideo merito hęc
dies ſibi dedicata fuit. Igitur per nauem ſupra dictam
Beata Virgo intelligi poteſt. De qua duo dicuntur ſeu
notantur. Primo quantæ ſit dignitatis, per hoc,ꝙ di-
citur nauis. Secundo quantæ ſit pietatis,per hoc quod





dicitur in medio mari. Dicitur autem Beata Virgo nauis *Maria di*
ex mercibus quibus onuſta fuit,quæ quidẽ eius ſunt uir- *citur na-*
tutes,de quibus decorata fuit & ornata,quæ ſunt, humi *uis, &*
litas,uirginitas,& fœcunditas. Nam per humilitatem pla *quare.*
cuit Deo, per uirginitatem Angelis,per fœcunditatim
mundo. Tu gloria Hieruſalem, id eſt Dei qui eſt uiſio *Iudi. 15.*
pacis noſtræ, & hoc propter humilitatem ſuam. tu læ-
titia Iſrael,id eſt Angelorum,qui ſemper Deum uident
& hoc propter ſuam uirginitatem, tu honorificentia po
puli noſtri,id eſt generis humani,& hoc propter fœcun-
ditatem,per quam nobis genuit Saluatorem. Secundo
attenditur dignitas eius ex mercatore quem portauit.
Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem
ſuum.Iſte eſt panis de quo dicitur.Ego ſum panis uiuus *Pro. ulti.*
qui de cœlo deſcendi. Et iſte panis uenit de longe.Ve *Io. 6.*
re de longe, quoniam de cœlo in terram. Vere de lon-
ge, quia cum iſte panis conſtet ex duplici paſta, ſcilicet
natura diuina,& humana. illæ tñ uere in infinitum à ſe
diſtant. Vere de longe, quia talis portatio,id eſt in-
carnatio,longe eſt à meritis noſtris, quoniam nulla no
ſtra merita meruerunt, ut Deus homo fieret. Tertio
attenditur eius dignitas ex arbore,qua iſta nauis inſigni
ta fuit,de qua arbore dicitur. Cedrum de libano tule
runt,ut facerent ſibi malum. Arbor cedrina iſtius na *Eze. 27.*
uis fuit Chriſtus,qui aſſimilatur cedro,nõ tantum pro
pter ſui ſublimitatem, ſed etiam propter fructus quali-
tatem. Poma enim cedrina in aliqua ſui parte ſunt
dulcia, in aliqua ſunt acetoſa, & in alia inter dulce &
acetoſum ſunt media,per quæ ſignantur in Chriſto tres
ſubſtantiæ. Eius enim diuinitas fuit dulciſſima, eius
caro fuit amaritudine plena,eius anima fuit dolore ple-
na inquantum naturæ ſuæ relicta patiebatur,& fuit dul
cedine plena inquantum fruebatur. Quarto attendi-
tur eius dignitas ex uelo, quod in iſta naui appenſum
fuit. De quo uelo dicitur. Byſſus uaria de Aegypto
contexta eſt tibi velum. Per iſtud uelum etiam ſigna- *Eze. 27.*
tur ipſe Chriſtus. Iſtud autem uelum dicitur fuiſſe

Universidad de Deusto Biblioteca



uarium, quia fuit pictum de colore albo, rubeo & au-
reo. In Chriſto enim fuit, ut dictum eſt, caro, anima,
& diuinitas. Ex carne igitur refulſit color albus propter
ſuam puritatē. Ex anima color rubeus, propter ſuā cha
ritatem. Ex diuinitate color aureus propter ſuam
præcioſitatē. Dilectus meus candidus, propter carnis
*Can. 5.* puritatem, rubicuudus, propter animę charitatem, ele-
ctus ex milibus, propter diuinam maieſtatem. Secun
do oſtenditur de iſta naui quātæ ſit pietatis in eo, quod
*Secundo.* dicitur eſſe in medio mari. Per mare intelliguntur
peccatores pœnitentes, qui pro ſuis peccatis habēt mul
tas amaritudines. Iſta igitur nauis eſt in medio ma-
ri, quia eſt medatrix inter Deum & ipſos peccatores.
*Maria* In quantum autem eſt mediatrix aſſimilatur lunæ, &
*auroræ* ſoli. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora cōſur-
*lunæ, &* gens pulchra, ut luna electa ut ſol. Primo igitur aſſi-
*ſoli aſſi* milatur auroræ, quia ſicut aurora eſt medium inter
*milatur.* diem & noctem, ſic & ipſa inter Deum & peccatorem.
*Cant. 6.* Quando enim peccator eſt in nocte peccati, tunc ten-
tationes & dęmones per eius cor tranſeunt. Iuxta illud.
Facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtię ſiluæ.
*Pſ. 103.* Adueniente autem aurora, id eſt uirginis gratia, tētatio
nes recedunt, dæmones fugiunt, & homines ad bene
agendum habiles fiunt. Vnde ſequitur, ortus eſt ſol,
id eſt aurora: Sol enim oritur tunc, quando lux ſua
incipit apparere, & congregati ſunt, ſcilicet mali motus
tentationum, ut recedant. Et in cubilibus ſuis colloca
buntur, ſcilicet dęmones, ut in infernum uadant. Exi-
*Pſ. 103.* bit homo ad opus ſuum, ut ſcilicet ad bene operandum
habilis fiat. Secundo inquantum eſt mediatrix aſſimi-
latur lunæ. Sicut luna lucet in nocte, & eſt uicina ter
ræ, & habet uirtutem efficacem ſuper mare, ſic & ipſa,
ſcilicet Maria, lucet peccatoribus dando eis lumen ſuæ
gratiæ, & eſt uicina eis, cito eis ſuccurrendo per effe-
ctum miſericordiæ. Et oſtendit uirtutem ſuam ſuper
afflictos & amaricatos, dando eis dulcedinem conſola-
tionis ſuæ. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me,

&



& ſic uobis dabo miſericordiam meam & à generationi *Eccl. 24.*
bus meis adimplemini, id eſt à uirtutibus quas in uobis
genero. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, id eſt
uiſitatio mea qua dulciter uos conſolor. Tertio inquā
tum eſt mediatrix aſſimilatur ſoli. Nam ſicut ſol habet
tres planetas ſupiores, & tres inferiores, & ipſe eſt ī me-
dio conſtitutus, ſic & ipſa habet ſupra ſe tres in trini-
tate perſonas, & ſub ſe tres ſtatus ſaluandorum, ſcilicet
uirgines, continentes & coniugatos, & ipſa eſt in medio
conſtituta reconcilians tres ſtatus ſupradictos ſaluando
rum, ipſi beatiſſimæ trinitati, cui eſt honor &c.

*Dominica prima quadrageſimæ, ſermo primus, In quo oſtenditur modus, quo Chriſtum diabolus tentauit, quomodo uictus remanſit.*

DVctus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu ut tentare- *Matth 4*
tur à diabolo. Sicut Chriſtus uoluit mori, ut *Chriſtus,*
morte ſua noſtrā deſtrueret, ſic uoluit tentari, *quare uo*
ut per ſuam tentationē noſtras tentationes ſuperaret. *luit ten a*
Voluit autem tentari immediate poſt baptiſmum, ut tē- *ri.*
tatis daret conſolationis remedium: Fuit enim tentatus,
quando fuit baptizatus, quando à patre fuit filius appel
latus, quando ſpiritus ſanctus ſuper eum in ſpecie colū-
bæ manſit, quando cœlos apertos uidit, quando quadra
ginta diebus, & noctibus ieiunauit, ut per hoc detur in-
telligi, ꝙ ſi aliquis tentatur, per hoc non eſt minus à pec
cato mundatus, non eſt minus filiatione Dei dignus, nō
eſt minus ſpiritu ſancto plenus, non eſt minus cœlo di
gnus, non eſt minus in ſua pœnitentia Deo acceptus.
Tentari igitur uoluit, ut noſtras tentationes uinceret, ut
tentatis conſolationem pręberet, & ut diabolo, ꝙ eſſet
Dei filius occultaret. Sciebat enim diabolus per ſcriptu-
ras, & prophetas, quòd filius Dei naſciturus erat, &
quòd per eum ſuum dominium erat amiſſurus, & ideo ſol
licite obſeruabat, ut ſciret, quando naſceretur. Audiens

 autem

Universidad de … Biblioteca

*Diabolus coniectu-ris tantũ Christum nõ certe, cognouit.*

autem ſicut dicit Chryſo. Angelorum Chriſti natiuitatem paſtoribus nunciantem, Angelorum multitudinem iubilantem. Ioannem digito demonſtrantem. Patrem in baptiſmo teſtificantem. Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie deſcendentem, & nunc ipſum quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunantem, eum eſſe Dei filiũ ſuſpicabatur. Sed uidens eum eſurientem, ipſum eſſe purum hominem dubitauit. uolens igitur certificari, utrum eſſet Dei filius uel homo purus, ipſum tribus telis tentationum aggredi uoluit, quibus hominem primum proſtrauit. Nam ſicut dicit Gregorius diabolus primum hominem de gula tentauit & uicit, quando de ligno uetito manducare ſuaſit. Tentauit de uana gloria cum dixit. Eritis ſicut dij. Tentauit de auaritia cum dixit eos ſcire bonum & malum. Sicut enim auaritia eſt in appetitu ſuperfluæ pecuniæ, ſic etiam in immoderato eſt appetitu ſcientiæ. Eodem modo tentauit ipſum de gula cum dixit. Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Cogitabat enim in ſe dicens. Si lapides in panes conuerterit, filius Dei eſt, ſi autem conuertere non poterit homo purus apparebit. Sed ſic Chriſtus reſponſum temperauit, quòd ipſum cognoſcere non potuit dicens. Scriptum eſt. Non in ſolo pane uiuit homo &c. Ac ſi dicat. Cum homo conſtet ex corpore & anima, & uerbum Dei ſit cibus animæ, & cibus corporis ſit panis, & nullam mentionem facias de cibo animæ, ſed tantum de cibo corporis, manifeſtum eſt, quòd tua ſuaſio tentatio eſt. Tunc ſicut dicit Chryſoſto. Diabolus intra ſe cogitauit dicens. Iſte homo ſanctus uidetur eſſe. Sancti autem uiri, & ſi non uincantur uitio gulæ, ſæpe tamen uincuntur uitio uanæ gloriæ. Et ideo eum aſſumpſit & ſuper pinnaculum templi eum ſtatuit. Nec fuit indignum in Chriſto (ſicut dicit Greg.) ſi à diabolo ſe pmiſit aſſumi, quia à membris ſuis ſe permiſit occidi. uel illa aſſumptio poteſt intelligi deductio. Dicit autem gl. ꝙ ueriſimile eſt diabolum in humana ſpecie apparuiſſe, ſed tamen Chriſtus ſic egit, ut à nemine uideretur. Et

dicit.



dicit diabolus. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Hoc ideo dicit, ut ex tali præcipitatione & nulla ſecuta læſione, omnes ad eum concurrerent, vt eum adorarent, & ex hoc uanam gloriam incurreret. Vel ideo dicit, ut per hoc diabolus potentiam ſuam cognoſceret, ſed Chriſtus ſic temperauit reſponſum, ut diabolo relinqueret dubium, dicens. Non tentabis dominum Deum tuum. Ille Deum tentat, qui uult explorare quantum poſſit apud Deum cum tamen habeat ex humana ratione, quid facere debeat. ſic Chriſtus poterat aliter de templo deſcẽdere, quàm per iactantiam præcipitare ſe. Quia igitur non potuit eum ſuperare de gula, nec da uana gloria, uoluit explorare ſi poſſet eum tentare de auaritia. Et ideo duxit eum in montem excelſum ualde, & oſtendit ei omnia regna mundi. Oſtendit autem ſibi non ea, quæ neſciebat indicando, ſed ſecundum Chryſoſtom. oſtendit ei ac ſi aliquis in loco excelſo poſitus, manum extenderet dicens. Ecce ex illa parte eſt Africa. ex illa Paleſtina, ex illa Græcia, ex illa Italia, & huiuſmodi.

*Deũ tentare quis dicitur.*

Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. Et quoniam iſtud continebit iniuriam creatoris, Chriſtum repulit dicens. Vade ſathana in infernum. Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli &cæ. In alijs duabus tentatiobus, quæ uidebantur continere iniuriam ſuam, pariter reſpondit. In iſta autem, quæ continebat iniuriam creatoris, dure redarguit. Vnde Chryſoſt. In propriis iniurijs eſſe quemquam patientem, laudabile eſt. Iniurias uero Dei diſſimulare, impium eſt. Ex ſupradicto ordine tentationis patet, quòd conſuetudo diaboli eſt incipere à leuioribus, & procedere ad grauia, & deinde ad grauiora, deinde ad grauiſſima. Illud etiam patet in Iob. Incœpit autem à leuioribus, ſcilicet quando omnes res temporales ſibi abſtulit. deinde proceſſit ad grauia, quando filios extinxit. Deinde ad grauiora, quando corpus eius vulnerauit. Tandem ad grauiſſima, quando fiduciam de Deo per amicos ſuos ſibi auferre

*Deut. 6.*

*Diaboli Modus Tentãdi.*

 conatus

conatus fuit. Illi enim merita ſua extinguebant dicētes,
quòd propter peccata ſua fuerat percuſſus, q̃ fuerat tyrā
nus, & hypochrita magnus. Sed Iob contra primam
tentationē ſe defendit, per natiuitatis & mortis conſide
rationem dicens. Nudus egreſſus ſum de utero matris
meæ, & nudus reuertar illuc. Contra ſecundam datoris
ablationem. quia ille, qui filios dedit, ille accepit ſic di-
cens. Dominus dedit, dominus abſtulit. Contra ter
tiam per manus paternæ percuſſionem, quia manus
eius percuſſerat, qui pecutit ad correptionem non ad
ſubuerſionem dicens, ſi bona ſuſcepimus de manu do
mini &c. Contra quartam per bonorum ſuorum nu-
merationem. Vnde 31. capit. Bona ſua enumerat non
*Iob.* 31. ad iactantiam, ſed ad ſpem excitandam dicens, oculus
fui ceco & pes claudo &c. Iſtum etiam ordinem ſerua
uit diabolus in tentatione Chriſti. Incœpit enim à ten-
tatione leui, cum tentauit de gula. Tentare de pane &
maxime famis tempore, leuis tentatio eſt. Proceſſit ad
grauem, quando eum tentauit de uanagloria. Proceſ-
ſit ad grauiorem, quando eum tentauit de auaritia. Pro-
ceſſit ad grauiſſimam, quando eum tentauit de idola-
*Chriſtus* tria. Iſtas autem tentationes Chriſtus ſuperauit, ſapien-
*q̃uo dia-* ter, fortiter, & perſeueranter. Sapienter quidem quia p̄
*boli tēta* ſcripturæ teſtimonia ipſum diabolum uicit, quod figura
*tiones ſu* tum eſt, in uictoria Golyæ, ubi dicit glo. Dauid uicit Go
*perabit.* lyam tribus lapidibus de torrente, & Chriſtus diabolū
1. *Re* 28. tribus teſtimonijs de lege. Eodē modo & nos poſſumus
*Tētatiōi-* contra diabolum, ſcripturæ teſtimonijs reſpondere. Si e-
*bus dia* nim tentat nos de ſuperbia & appetitu honorum, debe-
*boli q̃uo* mus reſpondere, ſcriptum eſt. Quid ſuperbis terra & ci
*ſit reſiſtē* nis? oīs potentatus breuis uita. Si tentat de appeti-
*dum.* tu diuitiarum, reſpondeamus, ſcriptum eſt. Nihil in-
*Ecc.* 10. tulimus in hunc mundum. haud dubium, quod non au-
1 *Thi.* 6. ferre quid poſſumus. Item. Nudus egreſſus ſum de ute
*Iob.* 1. ro matris meæ, & nudus reuertar illuc. Si tentat de ap-
petitu delitiarum carnalium, reſpondeamus illud. Caro
1. *Co.* 15 & ſanguis regnum Dei non poſſident. Glo. Per car-
nem



nem & ſanguinem, uentrē & libidinem, id eſt opera car-
nalia deſignantur. Exemplo enim Chriſti, qui tentatio-
nes ſuas uicit per ſcripturam, debemus etiam iniurias no
ſtras uincere ſapienter magis, quàm potenter. Illi ſa *Sapiēter*
pienter uicit, qui ſcit iniuriantibus rationaliter reſpon- *q̄ uīcat.*
dere, uel qui ſcit cor ſuum uincere, & diſſimulare, uel q *Sap.* 5.
ſcit à facie iniuriantium ſe abſentare. De primo. Me-
lior eſt ſapientia, quàm uires, & uir prudens, quàm for *Pro.* 16.
tis. De ſecundo. Melior eſt patiens uiro forti, & qui *Pro.* 20.
dominatur animo ſuo, expugnatore urbium. De tertio.
Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus, om-
nes autem ſtulti commiſcentur contumeliis. Secundo
Chriſtus uicit fortiter. Non enim aliquando ceſſit, ſed
fortiter reſtitit, & ſic nos debemus reſiſtere Reſiſtite dia *Iac.* 4.
bolo & fugiet à uobis. Diabolus enim dicitur à dia, q̄d
eſt duo, & bolus, q̄a uult facere de homine duos bolos,
corpus, ſcilicet & animam deuorando. Taliter enim dia
bolo debemus reſiſtere & fugiet à nobis, & bene dicit fu
giet, à quibuſdam enim non exit, ſed in eis quieſcit, ſicut
in auaris, ſuperbis, & luxurioſis. Sub umbra dormiuit *Iob.* 40.
Ecce umbra auaritiæ, in ſecreto calami. Ecce uanitas ſu
perbiæ, in locis humentibus. Ecce turpitudo luxuriæ.
Ab aliquibus uero exit, ſed non recedit, ſed ibi prope ex
pectat. ſicut ab illis, qui ſæpe patiuntur recidiuum, ad
quos cito ſe ſcit reuerſurum. Iuxta illud. Reuertar in do *Luc.* 11.
mum meam, vnde exiui Ab aliquibus autem exit & re-
cedit, ſed non fugit, ſed lento paſſu incedit, ſicut à tepi-
dis quos non plene deſerit. Ab aliquibus uero exit &
fugit ſicut à uiris perfectis, qui fortiter ei reſiſtunt, &
ipſum in fugam conuertunt. Non ſicut dicit Greg. Dia-
bolo cum reſiſtitur, eſt formica. Cum uero eius ſugge-
ſtio recipitur, fortis eſt, ut leo. Tertio uicit Chriſtus per
ſeueranter, quia in nullo ei ceſſit, ſic & nos perſeueranter 1. *Cor.* 9.
uincamus, ut nunquam diabolo cedamus. Tunc autem *Militis*
ei non cedimus, quando ad inſtar Apoſtoli, cum ipſo pu *conditio-*
gnamus, qui dicit Ego igitur ſic curro non quaſi in incer *nes.*
tum. Miles enim ſtrenuus primo debet habere roboſtū

 animum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



animum ad aggrediendum,ut ſcilicet contra hoſtem for
titer currat, & quaſi certus de uictoria ipſum inuadat.
*Iob 39.* ideo dicit.Ego ſic curro nõ quaſi in ĩcertũ.Exultat auda
cter,in occaſum pergit armatus.Secũdo debet habere ro
buſtam manum ad feriendum.Ideo ſubdit,ſic pugno nó
quaſi aerem uerberans.q.d.non pugno uerbis ſed factis.
*Gen. 49.* Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorũ. Ceruix dia
boli eſt ipſa ſuggeſtio,quæ quãdo amputatur,ex toto,
diabolus uincitur. Tertio debet habere fortem humerũ
ad ſuſtinendũ. Debet enim fortiter ſuſtinere maceratio
nes,ſponte aſſumptas ideo dicit, ſed caſtigo corpus meũ
&c.Et tribulationes à Deo immiſſas.pſal.Poſuiſti tribu-
lationes in dorſo noſtro,ab inimicis illatas. Supra dor-
*Pſ.128.* ſum meum fabricauerunt &c.

*Eadem dominica prima quadrageſimæ ſermo ſecundus,*
*De eadem materia, ut ſupra.*

ET cum ieiunaſſet.xl.diebus, & xl. noctibus, po-
ſtea eſuriit Proceſſus & ordo tentationis Chri-
ſti talis fuit ipſe enim ieiunauit, ieiunando eſu-
riit,eſuriendo tentatus fuit, tentatus ſuperauit, & tunc
poſt uictoriam miniſterium angelorum accepit. Primo
ergo ieiunauit.xl diebus,& xl noctibus, exemplo Moyſi
& Heliæ,qui in iſto numero ieiunauerunt. ſed nullus eo
rum uirtute propria ieiunauit.Moyſes enim ieiunauit ſu
ſtentatus diuina allocutione H lyas ſuſtentatus Angeli
ca refectione. Chriſtus autem propria uirtute. Nos
autem in iſto numero ieiunare debemus tribus de cauſis
*Ieiunare* quas ponit Gregor in Homel. Nos enim offendimus
*debemus* Deum de corpore noſtro,de tempore noſtro, & de ope-
*tribus de* ribus noſtris.Corpus enim noſtrum ex quatuor elemen
*cauſis.* tis eſt compoſitum, & ideo ad diuerſa uitia eſt prõptũ.
Quia igitur compoſitum eſt de terra, ideo proptum eſt
ad deſiderandum terrena & ad peccatum auaritiæ.Quia
eſt de aere,ideo promptum eſt ad deſiderandũ ſublimia,
& ad peccatũ ſuperbię. Qnia eſt de igne.ideo prõptũ eſt
ad



ad inflammationem malæ concupiſcentiæ. Quia eſt de
aqua, ideo promptum eſt ad uitium leuitatis & incon-
ſtantiæ. Quia igitur ex corpore, ex quattuor elemen
tis cõpoſito;ad diuerſa uitia prõpti ſumus,ideo ſæpe mã
data quæ per decalogum ſunt accepta,contempſimus,&
ideo iuſtũ eſt,ut ipſum corpus quaterdecies affligamus.
Secundo offendimus Deum de tempore noſtro.dedit.n.
nobis tempus,ut in ipſo pœnitentiam faciamus,& tamẽ *Iob 24.*
nos ipſum in uanitatibus noſtris expẽdimus.Dedit ei lo
cum pœnitentiæ,& ipſe abutitur eo in ſuperbiam.facit ta
men Deus nobiſcum pactum,vt.ſ.nouem tẽporis partes
teneamus nobis,in qbus noſtra negocia faciamus, & ſal
tem decimã partẽ demus ſibi,ĩ qua ſibi ſeruiamus & pę
nitentiam agamus.& iſta eſt quadrageſima,quę eſt deci
ma pars anni.Sicut dicit Gre. A prima inquit dominica
quadrageſimæ,uſq;ad Paſcha, ſex hebdomadæ eueniũt
quarũ dies. 42.ſunt,ex qbus dum ſex dies dominicales,
ab abſtinẽtia ſubtrahuntur 36. in abſtinentia remanent.
Dũ vero per trecẽtenos 66.dies annus ducitur quaſi an
ni noſtri decimã Deo damus. Tertio offendimus Deum
de operibus noſtris opera enim noſtra debẽt eẽ circa ob
ſeruationẽ decem mandatorũ, & complemẽtũ quatuor
euangeliorũ,quę tunc cõplentur, quando habemus dile
ctionẽ Dei & proximi. Vel quando cõplemus duo mãda
ta.ſ.vt faciamus aliis,quod nobis uolumus fieri,& nõ fa
ciamus aliis quod nobis nolumus fieri. Sed nos in operi
bus noſtris,nec præcepta ſeruamus,nec Euangelia cuſto
dimus. & ideo iuſtũ eſt,ut per 40.dies Deo ſatisfacimus
Eſt autem ieiunium noſtrum magnæ uirtutis, quia Deũ
placat & dæmonem fugat.Placat quidem & reconciliat
Deum ſicut patet in niniuitis qui ieiunauerunt,& iumen
ta ſimiliter ieiunare fecerunt. & ideo Deus eis reconci- *Ieiunij ef*
liatus fuit. Vnde dicit Amb. Quale eſt hoc Chriſtianum *fectus.*
non facere,quod pecudes fecerunt, niſi quòd ſtolidior
eſt pecude,qui in dicto ſibi a ſacerdote ieiunio, non ie- *Ioan. 3.*
iunat? Et pecus quidem declinat foueam, & ca-
net præcipitium, tu autem non uis declinare pericu-
lum

Universidad de Deusto Biblioteca

lum ieiunando quod cernis. Deſperationis enim genus
eſt tunc manducare, cum ieiunare debeas, tunc gaudere
*Diaboli* cum debeas deplorare. Secundo, ieiunium diabolum fu
*nomina.* gat diabolus enim eſt ſerpens, piſcis, lupus, & canis. ſicut
enim ſecundum Amb. Sputum hominis ieiuni ſerpentem
interficit, ſic ieiunium diabolum occidit. & ſicut piſcis
natat in fluuio & moritur in ſicco, ſic diabolus delecta-
tur in aquis delitiarum, & moritur in ſicco abſtinentia-
rum & ſicut fames expellit lupum de nemore, ſic ieiu-
nium expellit diabolum de corde, & ſicut aqua bulliens
fugat canem de coquina, ſic oratio feruens fugat diabo
*Matt. 9.* lum de anima. Hoc genus dęmoniorum in nullo pót
*Secundo.* ejici niſi in oratione & ieiunio. Secundo Chriſtus ieiu
nando eſurijt. In hoc autem quòd Chriſtus ieiunauit
40 diebus & 40. noctibus oſtenditur omnipotens Deus.
In hoc autem ꝙ eſurijt. oſtẽditur homo fuiſſe infirmus.
Legimus autem tribus vicibus Chriſtum eſuriſſe. Prima
vice eſuriuit & non habuit ad comedendum niſi lapides,
ſicut hic patet. Lapis eſt durus frigidus, & ſiccus. Per la-
pides enim intelliguntur homines qui nõ poſſunt ad pę
nitentiam frangi. Homines frigidi qui non poſſunt igne
diuini amoris inflammari. Homines aridi qui non poſ-
ſunt aqua diuinæ gratiæ humectari. Tales non poſſunt
*Iob 41.* incorporari à Chriſto, ſed à diabolo. Diabolus. n. cũ
ſit lapideus, lapides ſibi incorporat. Cor eius indurabi-
tur quaſi lapis. Alia vice eſuriuit & non habuit ad co-
*Matt. 21* medendum niſi folia. Vt habetur de ficulnea quæ non
habuit niſi folia, cui Chriſtus maledixit. Sicut autem
Chriſtus non comedit lapides, id eſt corda dura, ſic non
comedit folia, id eſt verba. Arbor producit folia, gem-
mas, flores, & fructus. folia ſunt bona verba, gemmæ bo-
næ cogitationes, flores bonæ uoluntates, fructus bona
opera. Sicut igitur homo non paſcitur de folijs, nec
de gemmis, nec de floribus, ſed de fructibus. ſic Deus nõ
delectatur, nec in noſtris verbis, nec in cogitationibus,
nec in uoluntatibus, ſed in bonis operibus. Tertio Chri
ſtus quotidie eſurit, ſcilicet noſtram conuerſionem &
ſalu-



ſalutem. Iſtum cibum Chriſtus tãtum deſiderat ꝙ etiã
illum oſtiatim mendicat. Ego ſto ad oſtium & pulſo. ſi *Apo. 3.*
quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cęnabo
cum illo & ipſe mecum. i. ad Scottum, ſiue ad ſimbolum. *Peccator*
In iſta cęna debet peccator tria fercula ponere. i. con- *in cœna*
tritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Deus autem *pœniten-*
ponit tria alia. ſ. remiſſionem culpæ, collationem gratię *tiæ ponit*
& promiſſionem gloriæ. Sed multi ſunt de natura iocu- *3. fer. u-*
latorum, qui ſemper uellent comedere de alieno & ni- *la.*
hil de ſuo. Vellent quòd Deus eis peccata dimitteret,
gratiam ſuam tribueret, & gloriam ſuam daret. Ipſi au-
tem nec uoluit habere contritionem, nec facere confeſ-
ſioné, nec exhibere ſatisfactionem. Tertio Chriſtus eſu- *Tertio.*
riendo tentatus fuit. quãuis autem ſint multæ cauſæ, qua *Chriſtus*
re Chriſtus voluit tentari. Apoſtolus autem principalé *quadru-*
ponit dicens. Non enim habemus pontificem qui nõ poſ *pliciter*
ſit cõpati infirmitatibus noſtris, tẽtatũ aũt ꝑ omnia &c. *tẽtari uo*
Ex quo patet quòd uoluit tentari ut tentatis, & tribula- *luit.*
tis melius ſciret miſereri. nemo enim poteſt moueri ad *Heb. 4.*
cõpaſſionem, & miſericordiam, niſi aliorum cognoſcat
miſerias, quas quidem poteſt cognoſcere uel audiendo, *Miſeriæ*
vel uidendo uel experiendo. ſicut verbi gratia. Si audio *aliorum*
ꝙ paſſio illata ſit grauis pœna, iam illud ſcio per auditũ *quomodo*
& tunc habentibus multum compatior. Si autem video *cogno-*
aliquem à dicta paſſione detẽtum, & video ipſum in ma *ſcunt.*
gna tribulatione cõſiſtere, ſe horribiliter agitare, & que
ruloſis uocibus conclamare. iam illud ſcio per uiſum, &
tunc magis cõpatior. Sed ſi illam paſſionem in corpo-
re meo patior, tunc illud ſcio per experientiam, & tunc
deinceps patientibus maxime compatior. Humanum au-
tem genus ante incarnationem Chriſti, multas tentatio
nes, & miſerias patiebatur, propter quod ſæpe ad Deũ
clamabat, & totum cœlum clamoribus replebat, & tunc
Deus eius miſerias licet ab æterno ſciret, tamen quodã-
modo ſciuit per auditum. Ingemiſcentes filij Iſrael pro- *Exo. 2.*
pter opera, vociferati ſunt, & aſcendit clamor eorum ad
Deum, & audiuit gemitũ eorum. tunc Deus humani ge-
neris

Universidad de Deusto Biblioteca



neris clamoribus excitatus,de cœlo deſcendit , & carnē
aſſumens in mundum venit, & triginta tribus annis in
mundo manſit,& noſtras tentationes & miſerias vidit.&
ſic illud quod ſciebat per auditum , poſtea ſciuit per ui-
Exo. 3. ſum,& tunc eſt magis miſericors factus. Vidi afflictio-
nem populi mei qui eſt in Aegipto,& clamorem eius au
diui,& deſcendi liberare eum. Tandem noſtras tenta
tiones & miſerias ſciuit per experientiam , quia omnes
in ſua perſona expertus fuit,& iō factus eſt maxime mi
ſericors. Expertus enim eſt paupertatem,tentationē laſ-
ſitudinem,famem , tribulationem & mortem. In his
enim uoluit nobis eſſe ſimilis, vt ſciret melius nobis mi-
Heb. 2. ſereri. Debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſeri-
cors fieret. Si igitur aliquis paupertate præmitur, ſcit
modo melius miſereri,quia ipſe pauper fuit. Si aliquis
tentatur,ſcit ei modo melius miſereri, quia ipſe fuit ten
tatus. Si aliquis patitur tribulationem,famem, laſſi-
tudinem , uel dolorem mortis , ſcit ei modo melius mi-
ſereri,quia hæc omnia paſſus eſt ipſe, & tentatus potens
Heb. 12. eſt & eis qui tentantur auxiliari. In eo enim in quo
paſſus eſt ipſe & tentatus,potens eſt eis qui tentantur au
Quarto. xiliari.Quarto Chriſtus tentatus ſuperauit & uicit. Vi-
Modus cit autem tentationes ipſas eis in ſuis principijs obuian-
uincēdi. do.nam mox ut in eum diabolus tentationes inferebat,
Chriſtus eas repellebat,ſic & homo mox ut diaboli ſug-
geſtionis ſenſerit,eas in ſuo initio debet repellere. Nā
vt dicit Hiero.Lubricus eſt ſerpens antiquus , & niſi in
capite teneatur , totus ſtatim illabitur. Habet igitur
ſerpens infernalis caput, ſcilicet malam ſuggeſtionem,
habet corpus , ſcilicet malum conſenſum , habet cau-
Tentatio dam , quia conſumationem operis. Vbi autem ponit
nis diabo caput ſuggeſtionis,ſtatim ponit corpus cōſenſus. & vbi
li ordo. ponit corpus conſenſus, ſtatim ponit caudam operis.
Et ideo in ſuo capite,id eſt , in ſua ſuggeſtione eſt con-
terendus. In aliquibus igitur iſte ſerpens eſt quātum
ad caput corpus & caudam, qui ſcilicet habent malas
ſuggeſtiones, conſenſus & opera. Sunt tamen quidam
qui



qui in iſta quadrageſima dimittunt peccatum quantum Peccatū
ad opus, ſed tamen poſt Paſcha, ad illud redire inten- relinquē
dunt. Iſti amputauerunt ſerpenti caudam, ſed tamen tium ua-
adhuc viuit in eis quantum ad corpus & caput,id eſt, rietas.
quantum ad conſenſum & ſuggeſtionem. Aliqui pec-
catum dimittunt quantum ad opus & conſenſum, tenēt
tamen adhuc malas ſuggeſtiones. Iſti amputant corpus
& caudam,adhuc tamen uiuit in eis quantum ad caput.
Sed ſi uis iſtum ſerpentem vincere, bene ſtudeas caput
ei amputare,id eſt primam eius ſuggeſtionem repellere,
& tunc tibi nocere non poterit. nec quantum ad cor-
pus , id eſt conſenſum. nec quantum ad caudam , id
eſt opus.quia amputato capite ſuggeſtionis tota confra-
cta eſt uirtus infernalis ſerpentis.ideo dicitur Gene. 3. Quinto.
Ipſa conteret caput tuum.Quinto poſt victoriam mini-
ſterium angelorum accepit.ideo dicitur. Et ecce angeli
acceſſerunt & miniſtrabant ei. Quæ miniſtratio tripli-
citer poteſt accipi. Primo de temporali ſubuentione,
ut ſit ſenſus,miniſtrabant,id eſt, ſibi eſurienti cibo ſub-
ueniebant.taliter cibum olim angeli Helię miniſtraue-
runt.Secundo poteſt intelligi de adoratione, vt ſit ſen-
ſus.ſibi miniſtrabant , id eſt tanquam Deum ſuppliciter
adorabant.Iuxta illud.Adorate eum omnes angeli eius. Pſal. 96
Tertio poteſt intelligi de congratulatione, ut ſit ſenſus.
miniſtrabant,id eſt ſibi pugnanti congratulabantur. vn-
de benedicite domino omnes uirtutes eius miniſtri eius Pſ 102.
qui facitis voluntatem eius.

*Feria ſecunda primæ hebdomadæ. Sermo primus. De iu-
dicio. In quo oſtenditur omnia in uniuerſa-
li iudicio adeſſe, quæ in quolibet
iudicio requi-
runtur.*

CVm uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & om- Matt. 25
nes angeli eius cum eo. Dicit beatus Iſidorus in
libro de ſummo bono. In quolibet iudicio tres perſonæ
requi-

Universidad de Deusto Biblioteca



requiruntur.ſ.iudex, reus & actor.& ideo in iſto Dei extremo iudicio illæ tres perſonę requiruntur nã perſona iudicis exprimitur cum dicitur, Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua. Perſona actoris cum dicitur, & omnes angeli eius cum eo. Perſona rei cum dicitur, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Iudex igitur erit Chriſtus qui iuſte iudicabit, cuius iudiciũ corrumpi non poteſt. Quattor enim modis ut dicit Iſido. corrumpi iudicium conſueuit, ſcilicet timore, amore, odio, uel munere. Chriſti autem iudicium corrumpitur timore quia potentiſſimus eſt. Nunquid timens arguet te, & ueniet tecum ad iudicium? Immo quanto potentiores erunt, tanto durius iudicium ſuſtinebunt. Potantes potenter tormenta patiuntur. Secundo non corrumpetur amore, quia iuſtiſſimus eſt: ideo contra fratres ſuos ſcilicet falſos Chriſtianos ſentẽtiam proferet, & nihil proderit eis allegare fraternitatem quòd ſcilicet, ſit frater eorum. Frater non redimet. Nec allegare ſimilitudinem quòd ſcilicet ſit homo ſimilis eis. Ideo ſubditur, redimet homo? & debet allegari interrogatiue, & reſpõderi negatiue. Nec eis aliquid ualebit precuni multiplicitas. iõ ſubditur, non dabit placationem ſuam. Nec ſanguinis Chriſti precioſitas, quia ipſum precium contempſerũt: ideo ſubditur, & precium redemptionis animę ſuæ. Tertio non corrumpetur manere, quia ditiſſimus eſt. Non acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Ber. Veniet dies illa in qua plus ualebũt pura corda, quàm aſtuta uerba, conſcientia bona, quàm marſupia plana. Augu. Expectatur dies iudicij, & aderit æquiſſimus iudex, qui nullius potentis perſonã accipiet, cuius palatium nullus epiſcopus, uel comes, uel abbas, auro uel argento corrumpere poterit. Quarto non corrumpetur odio, quia optimus eſt. In eo enim qui optimus eſt, odium cadere non poteſt, ipſe.n. omnia diligit quæ creauit. Diligis omnia quæ ſunt & nihil eorum odiſti quæ feciſti & quia diligit, non odio ſed cum dolore, & compaſſione punit. Eſaiæ 1. Heu conſolabor ſuper hoſti-

*Primo.*
*Quot modis iudicium corrũpitur.*
*Iob 22.*
*Sapi. 6.*
*Pſal. 48*
*Prou. 6.*
*Sap. 12.*



hoſtibus meis, & uindicabor de inimicis meis? vbi ſic dicit ğlo. More pij patris punit & plangit. Secundo ponuntur actores ſiue accuſatores, qui erunt angeli, nobis ad cuſtodiam deputati, qui tanquam ſcientes omnia mala quę peccatores fecerunt, ipſos grauiter accuſabunt. Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Præter autem iſtos accuſatores, ſtabunt cõtra peccatores ſcilicet diabolus, totus mundus, & proprium ſcelus. De accuſatione diaboli ſic dicit Aug. dicturus eſt aduerſarius in iudicio. Aequiſſime iudex, iudica iſtum meum eſſe ob culpã, qui noluit tuus eſſe per gratiam, tuus per miſericordiam, meus per miſeriam, tuus per paſſionem, meus ꝑ perſuaſionẽ, tibi inobediens, mihi obediẽs a te accepit immortalitatis ſtolam, à me accepit hanc pannoſam tunicam, tuam ueſtẽ dimiſit, cum mea huc uenit, æquiſſime iudex, iudica iſtũ eſſe meum, & mecum damnandum eſſe. Et ponit diabolus quinque allegationes quibus vult oſtẽdere peccatorem damnandum eſſe ſecum. Prima eſt talis Tu obtuliſti ſibi gratiam tuam, ego meam culpam, tuam gratiam contempſit, meam culpam recepit. ergo debet eſſe meus. Secunda talis eſt, tu creaſti eum per naturam, ideo deberet eſſe tuus, ſed fecit ſe meum per magnam ſuam culpã & miſeriam, ideo debet eſſe meus. Tertia talis eſt, tu ſuſtinuiſti pro eo grauem paſſionem, ideo deberet eẽ tuus ego uerò obtuli ſibi meam ſuggeſtionem, ſed ipſe tuam paſſionem contempſit, & meam ſuggeſtionem recepit, ideo debet eſſe meus. Quarta eſt talis, duo ſunt ſcilicet obedientia, & inobedientia. Quicunq; ergo eſt tibi obediens, & mihi inobediens, eſt tuus, & tibi inobediẽs eſt meus, ſed iſte fuit tibi inobediẽs, ergo dẽt eſſe meus. Quinta talis eſt, tuum eſt facere huiuſmodi veſtẽ fulgidã uirtutum, meum eſt facere ſibi ueſtem pannoſam, ſordidam uitiorum Quicunque autem habet veſtem virtutum eſt tuus, qui uero habet ueſtem uitiorum eſt meus, ſed iſte tuam abiecit, & meam ſecũ portauit, ergo debet eſſe meus. Secundus accuſator eſt totus mundus, omnia ſcilicet elementa. Iſtud oſtendit Hugo de Sancto Victore

*Secundo.*
*Iob 20.*
*Accuſatores in iudicio qui erint.*
*Quinque allegatione cõtra peccatores facit diabolus*
*Totus mundus cõtra peccatores inſurget.*

ctore dicens. Cœlum dicet, ego ſibi lucem miniſtraui ad ſolatium. Aer dicet, ego omne genus auium ſibi dedi ad obſequium. Aqua dicet, ego diuerſa genera piſcium ſibi dedi ad uſum. Terra dicet: ego panem & uinũ dedi ſibi ad nutrimentum. Ideo ignis clamabit, à me comburatur. Aqua clamabit, a me demergatur. Aer clamabit, à me uentiletur. Terra clamabit, à me abſorbeatur. Infernus clamabit, à me degluriatur. Armabit omnem crea-

*Sap. 5* turam contra inſenſatos Tertius accuſator eſt proprium ſcelus. Nam omnia peccata quæ modo ſunt occulta, extra tunc proſilient, & ſuum accuſabunt actorem. Nam tinea ueſtimentorũ accuſabit uanaglorioſum, erugo metallorum accuſabit auarum. Merces pauperum defraudata accuſabit tyrãnum violentum. Iniquum ædificium

*Iac. 5* accuſabit uſurarium. De tribus primis dicitur. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & ueſtiméta veſtra, Tineis comeſta ſunt. Aurum & augentum ueſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium uobis erit. Et infra. Ecce merces operariorum quæ defraudata eſt à uobis clamat, & clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit. De

*Abac. 3.* quarto dicitur. Lapis de pariete clamabit, & lignum qđ

*Tertio.* eſt in inter iuncturas ædificii reſpondebit. Tertio ponuntur rei ipſi mali, ſcilicet à ſiniſtris collocati, qui erunt in multa anguſtia poſiti. Sicut oſtendit Grego. dicens. O

*Anguſtiã magnã patientur dãnati.* quàm anguſtæ erunt tunc uiæ reproborum. Superius erit iudex iratus, inferius horrendum chaos. à dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia ad ſuppliciũ trahentia, intus conſcientia mordens, foris mundus ardens. Quid faciet peccator ſic depræhenſus? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Ex his patet ꝙ peccator nõ poterit fugere ſurſum, quia ibi eſt iudex iratus, qui gladio bis acuto, qui de ore eius procedit, ipſum incideret. Nec fugere à dextris, qa ibi ſunt peccata quæ ipſum appræhenderent. Nec fugere à ſiniſtris, quia ibi ſunt dæmones qui eum ad ſupplicia traherent. Nec fugere uel abſcondere intra ſe, quia ibi eſt uermis conſciẽtiæ, qui ipſum totum corrodet. Nec fugere extra mun-

dum:



dum, quia totus eſt plenus igne, qui ipſum totum combureret. Et ideo nõ reſtat niſi ut interius in fornacem cadat. Matt. 25. Ibunt hi in ſupplicium æternum, &c.

*Feria ſecunda primæ hebdomadæ. Sermo ſecundus. De eadem materia, quomodo in iudicio Dominus ordine procedet.*

ESuriui & non dediſtis mihi manducare. Sicut dicit Beatus Auguſt. Si aliquis eſſet qui de tota ſacra ſcriptura nihil ſciret niſi ſolum iſtam lectionem præſentem. hoc ſolum ſibi ſufficeret ad ſalutem, quia ibi continentur merita & demerita, præmia & ſupplicia bonorum & malorum. Quamuis in extremo iudicio omnia facta diſcutiantur hominis, tamen ſolum de eleemoſinis ſit hic mentio. Et rationem huius aſſignat Auguſt. in lib. 50. Homel. dicens, Tacet dominus omnia recta facta iuſtorum, & omnia mala iniquorum, & ſolum laudat eleemoſinarum largitionem, & damnat auiditatem. Quare hoc? quia omnia crimina eleemoſinis redimuntur, ſi tamen mores mutaueris. Pro peccatis enim præteritis eleemoſinas quis facit, ſi uita mutata & inde recedat & huc accedat. Si autem dicat aliquis in corde ſuo, Si quotidie peccauero & eleemoſinas fecero, nunquid peccata extinguo? Et reſpondit Auguſt. Extinguis, ſed tamen tu cum eis extingueris. pereunt enim peccata tua, ſed tecum. non enim in gehenna peccare permitteris, aut te cum cœperit torqueri ignis æternus, de ſatiandis libidinibus non cogitabis, Quamuis igitur de ſolis eleemoſynis uideatur in iudicio qõ mouenda, de omnibus tñ factis ratio reddetur, & in ipſo iudicio dñs ordinate procedet. Nam primo culpas examinabit, deinde examinatas ponderabit. poſtmodum ponderatas ſententiabit. ultimo ſententiatas executioni demandabit. Primo igitur culpas examinabit, quod notatur cum dicitur: Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. De qua examinatione dicitur. Cauſam quam ne-

*Quare de eleemoſina ſit mẽtio ĩ Euãgelio.*

*Primo.*

Universidad de Deusto Biblioteca



ſciebam,ideſt quam me neſcire oſtendebam, diligentiſ-
ſimè inaeſtigabam. Examinabit quidem & inueſtigabit
*Sap.1.* omnia cogitata. In cogitationibus impii interrogatio
*Mat.12.* erit. Examinabit omnia uerba. De omni uerbo ocio-
ſo,q̃ loquuti fuerunt homines, reddent rationem in die
*Ec. ult.* iudicii. Omnia facta. Cuncta quæ fiunt adducet domi-
nus ad iudicium.Omn a omiſſa,ſicut patet in hoc euan-
gelio ubi de omiſſis reprobi arguuntur,omnia cõmiſſa.
*Quatuor Deus nobis dedit.* Quatuor en m nobis Deus commiſit,ſcilicet tempus, ut
ipſum utiliter expendamus,res temporales, ut ipſas pau
peribus erogemus. Corpus ut ipſum in munditia tenea-
mus. Animam ad imaginem Dei factam, ut ipſam ho-
noremus. Sed de tempore malam rationẽ reddent ocio
ſi,qui ipſum negligenter expendunt. Bern. Omne tem-
pus nobis impenſum, requiretur a nobis qualiter ſit ex-
penſum. De rebus malam rationem reddent auari, qui
*Eccl. 11.* nolunt eas communicare,ſed ipſi ſoli manducare. Inue
ni requiem mihi,& nunc manducabo de bonis meis ſo-
lus.De corpore malam rationem reddent luxurioſi, qui
corpus ſuum maculauerunt. Vñ dicitur de Salomone.
*Eccl. 47.* Poteſtatem habuiſti in tuo corpore,& dediſti maculam
in gloria tua.De anima malam rationem reddent ſuper
bi,auari & luxurioſi,qui dei imaginẽ deleuerunt, & ima
*Ro. 1.* ginem,ſcilicet diaboli ſuperinduxerũt. Mutauerunt glo
riam incorruptibilis Dei,in ſimilitudinem imaginis ho-
minis corruptibilis, & uolucrũ, quo ad ſuperbos,qui ſu-
per alios uolare uolunt,&,quadrupedum, quo ad luxu-
rioſos,quia luxuriam in corpore exercuerunt,quod qua
tuor elementis componitur,& ſerpentum, quo ad aua-
ros,qui ſemper terram appetunt. Secũdo iudex ęternus
culpas examinatas ponderabit,quando dicet: Amẽ dico
uobis,quãdiu feciſtis uni de fratribus meis minimis, mi
hi feciſtis. Ecce magna ponderatio,quia illud quod fit,
uel non fit egenis:fieri,uel non fieri reputatur Deo. De
*Pro. 16.* iſta ponderatione dicitur. Pondus & ſtatera iudicia Dei
ſunt. Solent campſores monetas in ſtatera ponderare,
& eas quas inueniunt nullius ponderis,id eſt nullius ua
loris



loris,uel minoris,in ignem proiiciunt uel incidunt. Il-
las autem quas inueniunt ęqualis uel maioris, theſauro
reponunt. Michael namque Archangelus(ſecundum Ec *Animam Angelus ponderat 4. ordinibus.*
cleſiæ repræſentationem) animas ponderabit, quæ om-
nes in quattuor ordinibus erunt. Nam quædam erunt
uacuæ,quædam ſemiplenæ,quædam plenæ,quædam ſu-
perplenę.Illæ erunt vacuæ, quæ nulla bona ſecũ porta-
uerunt. Talis appendetur & ſibi dicetur. Appenſus es in *Dan. 5.*
ſtatera,& inuentus es nihil habens. Talis proiicietur in
fornacẽ inferni.Illę erunt ſemiplenæ, quæ ad pœniten-
tiam redierunt: ſed tamen ſatisfactionem congruã, mor
te præueniente non impleuerunt,talis appendetur, & ſi
bi dicetur. Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus
habens,& proiicietur in fornacem purgatorij. Aliæ ſunt
quæ quamuis deliquerint,tamen ſatisfecerunt. Talibus
dicetur. Appenſus es in ſtatera,& inuentus es ſatis ha-
bens. Aliæ ſunt quæ opera ſatisfactionis habuerunt, ſi-
cut ſunt uiri perfecti.Talibus dicetur. Appenſus es in ſta
tera,& inuentus es multum habens.Iſti duo reponentur
in theſauro cœleſti. Tertio iudex æternus culpas ponde
ratas ſententiabat,quando dicet. Diſcedite a me male-
dicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & ange
lis eius.Ex qua ſententia manifeſtè colligitur,q̃ impla- *Sententia damnatorum.*
cabiliter Deus contra reprobos ſit iratus. Dato enim,
q̃ reprobi ſibi dicant.Non ſumus domine digni regnum
veſtrum poſſidere, tamen placeat uobis, vt poſſimus ad
pedes ueſtros manere. Reſpondebit. Diſcedite a me.
Dato quòd ſibi dicant. Et ſi nos repellitis a uobis, ſal-
tem benedictionem ueſtram nobis date. Reſpondebit.
Et uos maledictionem meam habeatis. Ideo ſubdit.
Maledicti. Dato, quòd dicant, ſaltem ad aliquem lo-
cum refrigerii nos mittatis. Reſpondebit: In ignem.
Dato,quòd ſubiungant, ſaltem breuem terminum no-
bis præfigatis. Reſpondebit: æternum. Dato, quòd
dicant,ſaltem aliquem bonum dominum nobis præficia
tis, qui clementer nos regat. Reſpondebit: Qui paratus
eſt diabolo: Dato, quòd ſubiungant, ſaltem aliquam

 bonam

Universidad de Deusto Biblioteca



bonam ſocietatem nobis date, cum quibus poſſimus cõ
ſolari. Reſpondebit. Et Angelis eius. Quaſi dicat pro
domino habeatis diabolum maiorem, pro ſociis ueſtris,
demones minores. Sententia autem iuſtorum contraria
*Sententia* erit cum dicet. Venite benedicti patris mei &c. Ac ſi di-
*iuſtorũ.* cat, Illis dixi, diſcedite a me, ſed uobis dico uenite ad
me. Illis dedi meam maledictionem, ſed uobis do meã
benedictionem. Ideo uenite benedicti. Illos mitto in
ignem, uos introduco in regnum cœleſte. Ideo poſſide-
te regnum. Illis dixi ut maneant in igne perpetuò, uo-
bis dico, ut maneatis in regno ęterno, quod paratum
eſt uobis. Illis dixi, ut habeant in principem ſuũ ipſum
diabolum, uobis dico ut habeatis in principem ueſtrum
patrem meum. Ideo uenite benedicti patris mei. Illis
dixi, ut habeant in ſocios dæmones infernales, uobis di
co, ut habeatis in ſocios Angelos meos cœleſtes. illos,
ſcilicet Angelos de quibus dictum eſt. Cum uenerit fi-
lius hominis in ſede maieſtatis ſuæ & omnes Angeli e-
ius cum eo. Quarto iudex æternus culpas ſententiatas
executioni mandabit, quod notatur cum dicitur. Et hi
ibunt in ſupplicium ęternum, iuſti autem in uitam ęter-
*4. modis* nam. Quatuor autem modis quis ſe iuuare conſueuit
*quis iuua* ne ſententia executioni mandetur, aut per appellatio-
*ri põt ne* nem, aut per ſupplicationem, aut per quęrelam falſi,
*ſñia exe-* aut per in integram reſtitutionem. Nullo autem iſto-
*cutioni* rum modorum damnati ſe iuuare uel defendere pote-
*mande-* runt, quin illa ſententia executioni mandetur, aut per
*tur.* appellationem, aut per ſupplicationem, aut per quæ-
relam falſi, aut per integram reſtitutionem, non ap-
pellationem, quia eorum crimina erunt notoria & in
notoriis appellatio non habet locum. Hieronym. Ade-
rit dies illa in qua facta noſtra quaſi in quadam tabula
picta demonſtrabuntur. Non per ſupplicationem, quia
ſi omnes ſancti pro ipſis ſupplicarent, Deus non audi-
*Hier. 4.* ret. Noli orare pro populo iſto in bonum, quoniam
*Iob. 21.* gladio, & fame, & peſte conſumam eos. Non parcam
eis uerbis potentibus, & ad depræcandum compoſitis,

non



non per querelam falſi, ut dicant, quòd illa ſententia la
ta ſit per falſos teſtes iudice circunuento, quia ſicut dici
tur. Saluatorem animæ tuæ nihil fallis. Ipſe nouit de *Iob. 24.*
cipientem & eum, qui decipitur. Non per integram re *Iob. 12.*
ſtitutionem, ut ſcilicet ad ſtatum priſtinum reſtituatur,
quia ſicut dicitur. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illu- *Heb. 5.*
minati ſunt, & guſtauerunt domum cœleſte, & partici-
pes ſunt ſpiritus ſancti, & prolapſi ſunt, ſcilicet per finalẽ
impœnitantiam, renouari rurſus ad pœnitentiam.

*Feria tertia primæ hebdomadæ, ſermo primus,*
*De ſpirituali ingreſſu Chriſti in anima no-*
*ſtra, & quomodo ad Chriſtum ſuſci-*
*piendum eſſe debeat.*

CVm intraret Ieſus Hyeroſolimam, commota eſt *Mat. 21.*
uniuerſa ciuitas &c. Sicut patet in ſuperioribus.
Illud quod in iſto euangelio legitur, factum fuit
in Dominica in ramis palmarum, quando ſcilicet domi-
nus cum magno honore fuit receptus, ſed propter exhi
bita in reuerentiam, non dimiſit iuſtitiam quia mox tem
plum intrauit; & omnes uendentes & ementes inde eie-
cit, nec propter ſeueram iuſtitiam omiſit ſuã miſericor-
diam, quia cæcos & claudos ſanauit, per quod datur in-
telligi, quòd iudex & prælatus propter impenſum ſibi fa- *Iudex &*
uorem nõ debet dimitterre iuſtitiæ rigorem, nec ꝑpter *prælatus*
rigorem iuſtitiæ debet dimittere dulcedinem miſericor *pp hono-*
diæ. In ſerie autem huius Euangelii notatur, quòd Chri *rẽ, iuſti-*
ſtus tria loca intrauit, ſcilicet Hieruſalem, templum, & *tiã dimit*
Bethaniam. Per quæ loca ſignatur mens humana, quia *tere non*
debet eſſe pacifica, & tunc erit Hieruſalem, quę interpre *debet.*
tatur uiſio pacis. Debet eſſe Dei habitatio grata, & tunc *Chriſtus*
eſt templum. Vos eſtis templum Dei uiui. Debet eſſe ad *tria loca*
obediendum promptam, & tunc eſt Bethania, quę inter- *intrauit.*
pretatur domus obedientiæ. In auditu auris obediuit *2. Cor. 6.*
 mihi. *Pſ. 17.*

Universidad de Deusto Biblioteca

mihi. Ingrediéte autem domino primum locum, ſcilicet
Hieruſalem tora ciuitas commota eſt, ita intrante domi
no animam per gratiam præuenientem, omnes potentię
animæ debeat commoueri per dolorem, & coutritione
*Pſ. 59.* peccati. Commouiſti terram & conturbaſti eam, ſana cõ
*Tria gene* tritiones eius, quia commota eſt. Sed notãdum eſt, ꝙ q
*nera ho-* dam ſunt duri, ſcilicet qui nullo modo commouentur.
*minum.* Alii qui cordialiter commouentur. Sunt enim quidam
duri, quidam attriti, quidam contriti. Duri ſunt obſti-
nati, qui ad pœnitentiam non poſſunt frangi, de quibus
*Ro. 2.* dicitur. Secundum duritiam & impęnitens cor totum,
theſaurizas iram in die iræ & reuelationes iuſti iudicii
*Eccl. 3.* Dei. Cor durum male habebit in nouiſſimo, & qui
amat periculum, in illo peribit. Alii ſunt attriti, qui
ſcilicet de ſuis peccatis leuiter, & ſuperficialiter commo
uentur, in iſtis eſt attritio, id eſt quædam leuis pœnitu
do, & iſta attritio licet ſit bona, tamen non ſufficit, nõ
enim paruum, ſed magnum dolorem de peccatis Deus
*Hier. 6.* requirit, qui dicit. Luctum unigeniti fac tibi planctum
*Contriti,* amarum. Alii ſunt, qui præcordialiter, commouentur,
*qui dicã-* qui ſcilicet omnia peccata ſua dolendo minuatim conte
*tur.* runt, & in minutas partes frangunt dolendo profunde
de peccatis magnis & paruis, & peccatorum circunſtan
tiis, & non tantum de omnibus in communi, ſed etiam
de quolibet in ſpeciali, & talis dolor uocatur contritio,
id eſt ſimul tritio, quando ſcilicet cor ſimul omnibus ui
*Pſ. 50* ribus animæ minuatim omnia peccata terit. Cor contri
tum & humiliatum Deus non deſpicies &c. minus dicit,
& plus ſignificat, id eſt multum diliget. Iſta tria, ſcilicet
obſtinationem, attritionem, & contritionem uidere poſ-
*Exempla* ſumus per tria exempla. Primum eſt, quia ſemen iactum
*ſupradi-* in terram duram & non ſciſſam & groſſam non creſcit,
*cta oſten-* iactum uero in terram ſciſſam & groſſas partes paruum
*dunt.* fuctum reddit. iactum autem in terram cultam & mi-
nuatim fractam, multum fructum affert, cor obſtina-
tum eſt tanquam rerra dura, quæ nullum fructum facit,
cor attritum eſt tanquam terra in groſſas partes ſciſſa,
quæ



quæ paruum fructum reddit, cor contritum eſt terra mi
nuatim trita, quæ multum gignit. Secundum exemplum *Exemplũ*
eſt, quia ſpecies aromatica ſi eſt integra redolet parum, *ſecundũ.*
ſi frangitur multum redolet, ſi conteratur redolet plu-
rimum. Sic etiam cor hominis integrum, & durum, corã
Deo non redolet, ſed fœtet. ſciſſum uero per quandam
attritionem redolet, ſed parum, contrarium uero per ue
hementem dolorem redolet multum. Tertium exemplũ *Exemplũ*
eſt, quia de grano integro nõ poteſt fieri panis, de grano *tertium.*
uero groſſo modicum trito, fit panis, ſed non ſapidus, de
grano autem minuatim contrito, fit panis ſapidus & deli
catus. Eodem modo de corde integro & duro nõ poteſt
fieri panis Dei, ſed panis diaboli. De corde auté attrito,
& ſi panis fiat tamen non multum ſapidus, de corde autẽ
contrito, fit panis Deo ſapidus, Angelis delicatus, & pœ
nitentium nutritiuus. pſal. Cibabis nos pane lachryma-
rum. Secundo intrauit in templum & eiecit inde uenden
tes & ementes, & menſas nummulariorum, & cathedras
uendentium columbas euertit. Et eſt intelligendum, ꝙ
eiecit de templo uendentes & ementes & oues & boues,
prout dicitur in alia eiectione, Poſtquam Chriſtus in- *Io. 2.*
trauit cor hominis per gratiam præuenientem mouendo
ipſum ad coutritionem, tunc intrat per gratiam proficiẽ
tem purgando illud per confeſsionẽ, eiiciẽdo inde oues
& boues nũmularios & columbas. Per columbã, quę eſt *Quid per*
auis libidinoſa ſignificatur peccatum luxuriæ, per num *columbã*
mularios ſignatur peccatum auaritię, per boues, qui cor *numula-*
nibus uentilant peccatum ſuperbiæ ſignatur, per oues ſi *rios, bo-*
gnatur peccatum accidiæ & inertiæ, omnia iſta quæ a tẽ *ues & o-*
plo cordis per cõfeſſionem ſunt abiicienda. Vel põt dici *ues deno-*
ꝙ per illo, qui uendunt columbas ſignantur ſimoniaci, *tatur.*
qui uendunt dona ſpiritus ſancti, qđ eſt peccatũ clerico
rum ꝑ nũmularios intelligitur cupidi & auari, quod eſt
peccatũ mercatorum, per boues ſignantur ſuperbi, qđ ẽ
peccatum magnatorum & prælatorũ, per oues ſignatur
peccatũ hypochritarũ, qđ eſt peccatũ roligioſorũ. iuxta
illud. Attendite a falſis prophetis, q ueniunt ad uos in ue *Mat. 7.*
D 4 ſtimen.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtimentis ouium &c. Purgato autem corde per confeſ-
ſionem Chriſtus illud ſanat dando indulgentiæ remiſſio
*Chriſtus* nem. Vnde ſubditur ꝙ acceſſerunt ad eum infirmi, cæci,
*quos cu-* & claudi, & curauit eos. curat quidem illos qui peccant
*ret.* per infirmitatem humanam, iſti ſunt infirmi, curat illos
qui peccant per ignorantiam. iſti ſunt cæci, curat illos
qui peccant per malitiam, iſti ſunt claudi qui uolunt ſer
3.Re.18 uire Deo & mundo. Vſquequo claudicatis in duas par-
tes? ſi Deus eſt Deus, ſequimini eum. ſi autem Baal ſequi
*Tertio.* mini eum. Tertio Chriſtus intrauit in Bethaniam. Poſt
quam enim Chriſtus intrauit cor per gratiam præue-
nientem, commouendo per contritionem, per gratiam
ſubſequentem, purgando per confeſſionem, tandem in-
trat per gratiam perficientem, perficiendo ipſum cor ꝑ
obedientiæ ſatisfactionem, & hoc eſt intrare Bethaniã,
quia Bethania domus obedientiæ interpretatur. Ille
*Satisfa-* autem uere obedit qui de omnibus peccatis ſuis plenam
*ctio tri-* & perfectam ſatisfactionem facit. Satisfactio enim ip-
*plex.* ſius aliquando eſt, minor quam debet aliquando æqua-
lis, aliquando maior. Quando eſt minor, Deus tunc ſup
plebit in purgatorio de rigore ſuæ iuſtitiæ, quia ſicut di
cit Auguſt. Sicut nullum bonum eſt irremuneratum, ſic
nullum malum remanet impunitum. Quando uero eſt
*Roma. 6.* æqualis, tunc ualet ad dimiſſionem culpæ. de æquali ſa-
tisfactione dicitur. Humanum dico propter infirmitatẽ
carnis ueſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſer
uire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita tunc
exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica-
tionem. Quando autem eſt maior quam uideantur
peccata requirere, tunc ualet illa ſatisfactio ad di-
*Luc. 6.* miſſionem culpæ & ad cumulum gloriæ. de
qua dicitur. Menſuram bonam & con-
fertam, & coagitatam, & ſuper ef-
fluentem dabunt in ſi-
num ueſtrum.

Feria



*Feria tertia primæ hebdomadæ. Sermo ſecundus. in quo oſten-
ditur quod Eccleſia ædificatur Deo ad habitandum,
homini uero ad orandum.*

DOmus mea domus orationis uocabitur. Quando-
cunque dominus in Hieruſalem ibat, ſtatim ad tẽ-
plum properabat. per hoc nos inſtruens, ut quando ad
aliquem locum imus, primo ad eccleſiam pergere debe
mus. Poſtquam ad templum iuit, inde omnes uendẽtes
& ementes de templo eiecit. Sacerdotes uero propter
auaritiam ordinauerant ut in porticu templi oues & bo
ues & columbæ uenderẽtur, ne aliqui ex defectu hoſtiæ
ſacrificia intermittere cogerentur & ſi forte aliqui ad e-
mendum pecuniam non haberent, ordinauerunt ut ibi
nũmularii eſſent, qui eis mutuarent. Chriſtus autem fa-
cto flagello de funiculis oẽs iſtos eiecit. Et ſicut dicit
Hieron. Inter cætera miracula quę fecit Chriſtus, illud *Eiicere*
fuit potiſſimum, ſ. quod unus homo cum tanta poteſta- *uendẽtes*
te uendentes & ementes eiecit, & mẽſas nũmulariorum, *& emen-*
& cathedras uendentium columbas euertit, ſed mirum *tes fuit*
fuit quõ iudæi iſta fieri permiſerunt. Ad quod dicit Hie *potiſſimũ*
ro. ꝙ a facie Chriſti quidam fulgor mirabilis procede- *Chriſti*
bat, qui omnes in terrorem conuertebat, & ſibi contra- *miracu-*
dicere non audebant, nuſquam legitur ꝙ tantam uindi- *lum.*
ctã exercuerit ſicut hic. multa enim opprobria ſæpe au- *Iniuriã*
diuit. multas iniurias ſuſtinuit & nunquàm uindictam *hanc qua*
expetit niſi modo, & rõ eſt, q̃a illæ aliæ iniuriæ erãt ſuæ *re uindi-*
propriæ, & ideo eas uindicare noluit. iſta aũt erat iniu- *cauit.*
ria patris, & ideo eã ſeuerè uindicauit ut doceret nos ꝙ
iniurias proprias debemus remittere, iniurias uero Dei
ſeuere uindicare. Nos aũt econtrario facimus quia de
iniuriis Dei non curamus. noſtras autẽ implacabiliter *Eccleſia*
perſequimur. eiiciẽdo aũt Chriſtus oues & boues de tẽ- *Dei ad*
plo dicit ꝙ ſupra poſitum eſt. Domus mea, do. ora. voca. *duplex of*
Ex quo uerbo habetur ꝙ eccleſia Dei ad duplex officiũ *ficiũ ædi-*
ædificatur, ſ. Deo ad habitandum, ideo dicit: Do. mea. *ficatur.*
ideſt

ideſt mihi ad habitandum electa, & homini ad orandũ
*Primo.* ideo ſubditur. Domus orationis uocabitur. Eſt igi-
*2. Para-* tur domus Dei Eccleſia, quia in ipſa habitat Iuxta illud
*lip. 8.* Elegi enim & ſanctificaui locum iſtum, ut ſit nomen
meum ibi in ſempiternum. Et permaneant oculi mei, &
cor meum ibi, cunctis diebus. Oculi quoque mei erunt
aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in lo
*Deus qd* co iſto orauerit. Ex quibus uerbis habetur quòd Deus
*in Eccle-* in eccleſia ponit nomen ſuum, cor ſuum, oculos & au-
*ſia po-* res. Nomen ſuum ibi ponit, quia a ſeipſo eam nomina-
*nat.* ri uoluit. Sicut enim domus in qua habitant ſuperbi, uo
cari poteſt domus luciferi, & domus illa in qua habitát
uſurarii, domus mammonæ, & domus in qua habitát im
mundi, domus aſmodei. & taberna poteſt uocari domus
beelzebub, quia propter multitudinem epularum, ſibi cõ
uenit multitudo muſcarum. Sic domus in qua habitant
fideles, & cõueniunt deuoti, dicitur domus Dei. Non
*Gen. 28.* eſt hic aliud niſi domus Dei &c. Secundo in eccleſia cor
ſuum poſuit, id eſt amorem ſuum. Et ideo multum pro
malo habet quando aliquis aliqua illicita exercet ibi. Si
cut patet hic quando de templo uendentes & emẽtes eie
*Heſter* cit. Legitur in hiſtoriis quod Pompeius porticum tem
*15* pli Dei in ſtabulum equorum ſuorum conuertit, & vſq;
ad tempus illud ſemper fuit uictor hoſtium. nũquam po
ſtea pugnauit quin ſemper uinceretur. Tertio Deus i ec
cleſia poſuit oculos ſuos quibus uidet genuflexiones, &
eleemoſinarum largitiones, quibus etiam uidet orna-
mentorum pompas & uanitates. Amb. Qui in oratione
vult exaudiri amota a ſe põpa inclinare ſe debet, ut Dei
miſericordiam prouocet. Habitus nanque ſuperbus nec
impetrat, nec de ſe recta credi facit, & quanto magis mu
lier hominibus ſplendeſcere uidetur, tãto magis a Deo
deſpicitur. Legitur quòd cum Heſter regina ſe ornaſſet,
& depinxiſſet ut regi aſſuero placeret, ipſa econuerſo re-
gem in iram conuertit. ſed colore roſeo in pallorem cõ
uerſo, ipſum placauit. Sic & quando mulier vultum
ſuum pingit, Deum offendit. ſed quando de vultu ſuo
non



non curat, Deum placat. Quarto Deus in Eccleſia po-
ſuit aures ſuas, quibus audit orationes deuotorum. Au- *Eſa 38.*
diui orationem tuam, & lachrymas tuas uidi. Quibus *Exem-*
etiam audit uerba detractorum. Legitur de Sancto Six- *plum.*
to Ianueñ. Epiſcopo, quòd ſemel in Eccleſia conſiſtens,
in riſum maximum eſt prouocatus, aſſerens ſe uidiſſe dę
monem, qui uerba loquentium in eccleſia ſcribebat. Et
cũ carta deficeret, & ille dentibus eam elongare uellet,
carta ſubito fracta fuit. & ille cum capite ſuo ſic ád mu-
rum percuſſus, ut ſonitus colliſionis audiretur, & vulnus
capiti ſequeretur. Audit & illos clericos & monachos
qui negligenter cantãt, & pſalmos & uerſus & lectiones
multas omittunt. Legitur quòd quidam ſanctus mona- *Exem-*
chus uidit quendam dæmonem nomine. Titiuillum, per *plum.*
ſedes monachorum diſcurrentem, qui uidebatur aliqua
colligere, & in ſacculo recondere. Qui a ſancto uiro ad-
iuratus, dixit, ſe colligere omiſſiones pſalmorum, & quo
libet die mille uicibus ſaccum adimplebat. Vnde de hoc
quidam fecit huiuſmodi uerſus. Fragminia pſalmorum,
Titiuillus colligit horum. Quotidie mille uicibus ſe ſar
cinat ille. Secundo eccleſia conſtructa eſt ad adoran- *Secundo.*
dum. Deus enim orationes fidelium in Eccleſia oran-
tium, libentes exaudit. Vnde dicitur. Quicunque oraue- *2. Para. 6*
rit in loco iſto, exaudietur de habitaculo tuo. Dicit ta- *Triplici*
men Beda, quòd tribus de cauſis cõtingit orationes nõ *de cau*
exaudiri. Primo quando petimus indigna, id eſt, ea quæ *ſa oratio-*
non decet Deum dare, & nobis non expedit accipere, ut *nes non*
ſunt temporalia. Chryſo. Illa pete a Deo, quæ tibi expe- *exaudiun*
diunt accidere, & illum deceat dare. Si autem ſemper tu *tur,*
petis terrena, aut difficile impetras, aut forte non impe-
tras. Quomodo enim illa tibi præſtabit libenter, non
habenti, quæ ſi haberes admonet ut contemnas. Legi-
tur in fabulis poetarum, quòd Mida Rex, petiit ab Apol
line Deo ſuo, ut quicquid tangeret aurum fieret. Et con
ceſſum eſt ei. Cum ergo cibum & potum tangeret mani-
nibus uel labiis, ſtatim uertebatur in aurũ, & fame mor-
tuus eſt. Per quod datur intelligi quod auarus ſemper
diuitias

Universidad de Deusto Biblioteca



diuitias deſiderat, quæ tamen ſunt ſibi cauſa mortis. Iuxta illud. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationes & in laqueum diaboli, & in deſideria multa & nociua, quæ immergunt hominem in interitum, & perditionem. Et ſubditur. Quæ immergunt homines ad interitum. Secundo orationes non exaudiuntur quando petimus indigne, ideſt exiſtentes in aliquo crimine. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam. Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſiret oratio. Miſit maſſam plumbi in os amphoræ.i.animæ. & dixit, Hęc eſt iniquitas. Ex his habetur quod peccatum aſſimilatũ ſanguini, & nubi, & plumbo. Quia igitur peccatum eſt tanquam ſanguis, ideo orationem commaculat ut non audeat in coſpectu domini apparere. Quia etiam peccatum eſt tãquam nubes, ideo orationẽ obtenebrat, & ideo neſcit per uiam domini incedere. Quia etiam peccatum eſt tanquam plumbum, ideo orationem aggrauat, intantum ut non poſſit in cœlum aſcendere. Tertio orationes noſtræ non exaudiuntur, quando petitur pro indignis, id eſt pro peccatoribus, qui ſunt in propoſito peccandi. Ideo ſcimus quia peccatores Deus non audit. Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, nõ erit anima meam ad populum iſtum. Exemplum legitur in uitis patrum, quòd cum quidam grauiter tentaretur, & quidam ſanctus pater pro eo oraret, & tentatio non recederet, uidit ſanctus pater Deo ſibi reuelante, quòd ſpiritus fornicationis in diuerſis formis mulierum, coram illo fratre ludebat, & ille talibus applaudebat, nec in aliquo reſiſtebat. Vidit etiam ipſum Angelũ increpantem, quare non reſiſteret, & quare ſe non iuuarat. Tunc dixit pater illi fratri. Inueni cauſam quare orationes meę, quas pro te faciebã non exaudiũtur quia nõ es dignus. Oportet igitur q te adiuues, q corpus maceres, & tentationibus reſiſtas, quod cum ille feciſſet, ſanatus eſt.

*1.Thi.6.* *Eſa.1.* *Tren.1.* *Zac.5.* *Peccatũ ſanguini nubi & plũbo aſſimilatur.* *Ioã.9.* *Hier.15.* *Exemplum.*

Feria



*Feria quarta primæ hebdomadæ. Sermo primus. De mala hominum generatione: quomodo aliqui curioſi, quidam duri alÿ recidiuantes ſunt.*

ACceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & Phariſei dicentes: Magiſter uolumus a te ſignum uidere, Qui reſpondens ait illis, Generatio mala & adultera, ſignum quærit, &c. Semper a mundi principio fuit duplex generatio, ſcilicet malorum & bonorum. Et iſtę duę generationes adinuicem currẽt uſque ad diem iudicii. Poſt iudicium autem omnes boni erunt per ſe in cœlo: omnes mali per ſe erunt in inferno. Prima igitur generatio ſcilicet mala habet tres differentias hominum peruerſorum. Quidam enim ſunt curioſi ad ſciendum, & inquirendum. Alii ſunt duri ad conuertendum. Alii ſunt recidiuantes in peccatum. Primi ſcilicet curioſi ſunt illi, qui dixerunt. Magiſter uolumus a te ſignum uidere. Tales enim nolunt credere, nec ad Deum conuerti: niſi uideant mirabilia. Sed ſicut dicit Auguſt. Si quis adhuc prodigia ut credat inquirit, magnum prodigium eſt qui mundo credente non credit. In primitiua Eccleſia mirabilia frequentius fiebant quàm modo. Et hoc triplici de cauſa. Prima eſt: quia erat tunc eccleſia introducenda. ſed poſtquam eſt introducta, iam miracula non ſunt neceſſaria. Sicut cera filo imponitur, ut ipſum inducat ſeu introducat. & poſtquam filum introductum fuerit: cera neceſſaria non erit. Secundo quia Eccleſia tunc non erat in fide roborata. modo autem quia roborata eſt, mirabilia neceſſaria non ſunt. Et ponit Grego. exemplum de planta cui tandiu aquam infundimus, quo ad uſque ipſam in terra conualuiſſe uideamus. Et poſtquam radices firmauerit: inundatio neceſſaria non erit. Tertio quia Eccleſia modo eſt in meritis cumulanda. Sed ſicut dicit Grego. Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Secundi de genere

*Matt 12* *Generatio duplex à mundi exordio fuit.* *Quadrupliciter in primitiua Eccleſia miracula frequentius fiebant.* *Exemplũ.*

malo-

*Dura.* malorum ſunt duri qui nullo modo volũt conuerti; nec per efficaciam paſſionis dominicæ, nec per uerba diuinę ſapientiæ, nec per exempla ſanctitatis & vitæ. Non enim volunt conuerti per efficaciam dominicæ paſſionis: quod notatur cum dicitur: Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignũ Ionę prophetæ. Quaſi dicat, iſtud ſit uobis ſignum ut credatis. Sicut enim Ionas fuit in ventre cęti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic tribus diebus & tribus noctibus ſepultus ero: & poſtea reſurgam. Qui igitur ad memoriã dominicæ paſſionis nõ cõuertitur, uidetur quod eius cor ſit durius petris, quia in paſſione Chriſti ſciſſę ſunt. Eius conſcientia ſit fętidior monumentis, quia tũc aperta fuerunt: Eorum animæ ſunt miſerabiliores mortuis, quia tunc multa corpora ſurrexerunt. Sunt terrę inſenſibiliores: quia tunc terra contremuit. Secundo nolunt conuerti per verba diuinæ ſapientiæ & ſacrę ſcripturæ, & tamẽ Niniuitæ ad prædicationem Ionæ cõuerſi fuerunt. Ideo dicit: Viri Niniuitæ ſurgẽt in iudicio cum generatione iſta, & cõdemnabunt eam, operatione ſcilicet facti, quia illi crediderũt ſimplici prophetæ. Iſti autem nolũt credere domino prophetarũ. Tales hodie ſunt multi, qui nolunt conuerti ad prædicationem veritatis: ſed ipſa uerba Dei, aut faſtidiunt, iuxta illud. Omnem eſcam abhominata eſt anima eorum. *Pſ.106* Aut in memoriam non recondunt. *Aggei 1.* Qui mercedes congregauit, id eſt uerba Dei, quę ſunt merces uitę æternæ. miſit eas in ſacculum pertuſum, aut certè operibus complere contemnunt. *Iacob.1.* Eſtote factores uerbi, & non auditores tantum. fallentes voſmetipſos. Tertio nolunt conuerti per odorem ſanctitatis & vitę. Fama enim ſanctitatis Chriſti tanta fuit. quòd ad ſe omnes cõuertere debuit. Si enim fama ſapientiæ Salomonis: reginam auſtri ad ſe traxit, multo fortius fama Chriſti: qui fuit ſapientior, & ſanctior Salomone: omnes ad ſe trahere debuit. Ideo dicit. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condẽnabit eam: quia venit a finibus terræ audire ſapiẽtiam Sa-

lomonis,

Universidad de Deusto Biblioteca



lomonis, & ecce plùs quàm Salomon hic. Odor quidem famæ Chriſti aſſimilatur odori cedri, myrrhæ, & uineæ. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Ibidem. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Ibidem. Ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatem odoris. *Odor famæ Chriſti cui aſſimiletur. Ecc 24.* Odor autem cedri fugat ſerpentes. Odor myrrhæ fugat uermes. Odor uineę fugat bufones. In Chriſto autem fuit magna paupertas, magna humilitas, & maxima puritas. Odor igitur ſuę paupertatis, eſt ſicut odor cedri. & ideo debet fugare omnes ſerpentes. i. omnes motus auaritiæ. Sicut enim terrã comedit ſerpens, ſic auarus ſemper terrena concupiſcit. Sed odor paupertatis Chriſti, debet mutare eius animũ ſerpentinum, ut terrena nõ diligat, ſed cœleſtia concupiſcat. Paupertas etiam Chriſti apparuit in natiuitate: quia in præſepio reclinatus. In uita, quia nulla propria domo fuit dotatus. In morte, quia in alieno ſepulchro fuit ſepultus. Vulpes foueas habent, Chriſtus in morte non habuit foueam propriam, ſed alienam. *Matt.8.* Volucres cœli nidos: Chriſtus in natiuitate non habuit niſi præſepe aſperum. Filius autem hominis, non habet ubi caput ſuũ reclinet, id eſt domum propriam ad habitandum. Odor humilitatis, eſt tanquam odor myrrhæ, qui debet expellere uermes, id eſt motus ſuperbię. Non eſt enim aliquis uermis qui ita corrodat, ſicut ſuperbia, quæ quidẽ rodit in anima noſtra merita. Non te extolles in cogitatione *Ecc.6.* animæ tuæ uelut taurus, ne forte elidatur uirtus tua per ſtultitiam, & folia comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in heremo. Odor igitur humilitatis Chriſti, debet expellere iſtos uermes ſuperbiæ. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. *Matt.6.* Augu. O pellis morticina. quid tẽderis? o ſanies fętida quid inflaris? princeps tuus humilis, & tu ſuperbus? Odor ſuæ puritatis eſt ſicut odor uineę, qui expellit bufones, id eſt motus luxuriæ. Dicitur ad literam, quod de genitalibus hominis mortui, ſæpe naſcuntur bufones. Vnde in foueis ſæpe bufones inueniuntur. Puritas igitur Chriſti, debet expellere iſtos bufones diaboli. Chriſto enim

ſemper

Universidad de Deusto Biblioteca



ſemper puritatem dilexit. & in ortu ſuo quia de puriſſi-
*Matt. 5.* ma matre naſci uoluit, & in uita, quia ipſam ſeruauit pu-
ritatem & docuit. Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deũ
uidebunt. Et in morte, quia in lintheis puriſſimis cor-
*Sap. 8.* pus ſuum inuolui uoluit. & modo regnat in cœlo, quia
*Luc. 11.* non niſi in mundis corporibus requieſcit. In animas ſan-
ctas ſe transfert. Tertii de genere malorum ſunt illi qui
recidiuant ſæpe. Sæpe.n.contingit, quod homo ad pœni-
tentiam redit, & tunc immundus ſpiritus ab eo recedit.
Ille autem circuit per corda ſanctorum ſi forte in eis ha-
bitare poſſit. Et hoc eſt quod dicit: Cum immundus ſpi-
ritus exierit ad homine ambulat per loca inaquoſa, &c.
*Diabolus habitat ĩ corde umbroſo, uacuo, & humido.* Diabolus enim non habitat niſi in corde umbroſo & ua-
cuo & humido. Iuxta illud. Sub umbra eius dormit in
ſecreto calami, & in locis humentibus. Corda autem ſan-
ctorum non ſunt umbroſa, ſed fulgida claritate uirtu-
tum. Non ſunt uacua, ſed plena abundantia bonorũ ope-
rum. Non humida, ſed arida ab humore delitiarum. Et
*Iob. 40.* ideo redit ad primos unde exiuit. Sed tamen inuenit do-
mum cordis illorum vacuam, ſcopis mundatam & orna-
tam. Tria namque ſunt neceſſaria cuilibet pœnitenti, ſci-
*Tria pœnitenti ſunt neceſſaria* licet bonorum operum exercitatio, cordis purificatio, &
honeſta conuerſatio. Quando igitur quis habuerit iſta,
diabolus non inuenit, qua parte intrare poſſit. Sed ſi ali-
quod foramen inuenit, mox intrare conatur. Sæpe igi-
tur contingit, quod pœnitens domum conſcientiæ ſuæ
mundat ſcopa confeſſionis, & conuerſationem exterio-
rem, ornat moribus honeſtis. Sed tamen uacat ab ope-
ribus bonis. Et hoc eſt quod dicit: Inuenit eam uacan-
tem & ſcopis mundatam & ornatam. Et quia foramen
inuenit, ideo ſeptem ſpiritus, id eſt ſeptem peccata mor-
talia ſecum aſſumit, & in domum illius intrat, &
ſic homo periculoſiſſime recidiuat. Et
hoc eſt quod dicit: Et fiunt
nouiſſima hominis
illius peiora
prioribus.

Feria



*Feria quarta primæ hebdomalæ, ſermo ſecundus. De bona hominum generatione, quo ad ſancti- tatem, & quo ad dignitatem.*

QVicunque fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt. Superius dominus egit de generatione malorũ, hic agit de generatione bonorum. De qua duo oſtendũtur. Primo quantę ſint ſanctitatis, cum dicitur. Quicunque fecerit uoluntatem, &c. Secundo quantę ſint dignitatis, cũ ſubditur. Ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Sanctitas igitur illorum, qui ſunt boni, conſiſtit in eo, ꝙ Dei faciunt uoluntatem. Et ſicut in generatione malorum ſunt tres differentiæ, qui Dei reſiſtunt uoluntati. ſ. curioſi, duri, & recidiuantes, ſicut dictum eſt in ſermone ſuperiori. Sic in generatione bonorum ſunt quatuor dif-
*Bonorum quatuor differentiæ.* ferentiæ, qui Dei faciunt uoluntatem. Hanc aſſignat Apoſtolus dicens. Vt probetis, quæ ſit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Quod autem dicit beneplacens includit etiam placens. Sunt igitur, qui faciunt uoluntatem Dei bonam, & iſti ſunt boni. Alii qui faciunt uoluntatem, & placentem, & iſti ſunt meliores. Alii qui faciunt uoluntatem Dei beneplacentem, & iſti ſunt optimi. Alii qui faciunt Dei uoluntatem perfectam, & iſti ſunt peroptimi. Voluntas Dei bona conſiſtit in uitando
*Voluntas Dei bona in quo cõſiſtat.* prohibita, id eſt præcepta negatiua. Sicut non occides, non mæchaberis, non furtum facies, &c. Voluntas Dei placens conſiſtit in faciendo pręcepta affirmatiua. Sicut honora patrem & matrem. Eſtote miſericordes. Date
*Voluntas Dei placens.* & dabitur uobis. Et ad iſta implenda indiget quilibet timore, & amore. Nam timor inducit hominem ad uitandum mala. Per timorem domini declinat omnis ho-
*Prou. 14* mo malum. Amor enim incitat hominem ad ſeruandum Dei præcepta. Si diligitis me mandata mea ſer-
*Io. 14.* uate. Voluntas Dei beneplacens conſiſtit in conſeruando Dei conſilia, ſcilicet conſilium paupertatis, ca-

 ſtitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtitatis,& obedientiæ. Voluntas Dei perfecta conſiſtit in ſeruando ſupererogata. Sicut quando quis conſilio paupertatis ſuperaddit nihil habere ſeu conſeruare, relinquere ſuperflua & etiam neceſſaria. Conſilio caſtitatis ſupperaddit non tantum ſeruare caſtitatem continentiæ, ſed etiam uirginalem munditiam. Conſilio obedientiæ ſupperaddit ſeruare obedientiam non tãtum uſque ad damna rerum, ſed uſque ad mortem. Dignitas

*Dignitas bonorũ.*

autem huius generationis bonorum conſiſtit in hoc, ꝙ ſunt fratres, ſorores & matres Chriſti. Et iſtam dignitatem habet homo & ſeruando Dei uoluntatem, & habendo cum Chriſto eandem naturæ conformitatem. Nam ſeruando Dei uoluntatem efficitur homo frater, ſoror, & mater Chriſti. Tunc igitur homo eſt mater Chriſti, quando in cordibus aliorum Chriſtum generat. Talis mater erat, qui dicebat. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in uobis Chriſtus.

*Gal. 4.*

Tunc eſt frater & ſoror Chriſti quando facit cum Chriſto eiuſdem patris uoluntatem. Nam Chriſtus facit uoluntatem patris. Deſcendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meã, ſed uoluntatem eius, qui miſit me.

*Ioh. 6.*

Nos etiam petimus, ut Dei uoluntatem faciamus. Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

*Mat. 6.*

Secundo homo acquiſiuit iſtam dignitatem, ut ſcilicet uir dicatur frater Chriſti, & mulier ſoror Chriſti, propter eandem naturæ conformitatem, propter quod Chriſtus uocat ſuos fratres dicens, Narrabo nomen tuum fratrib. meis. Ex quo uidetur quod inter

*Inter Deum & hominẽ eſt maior fraternitas, quàm inter Deũ, & Angelum.*

Deum & homines eſt maior fraternitas & maior affinitas & maior conſanguinitas quam inter Deum & angelum. Eſt enim fraternitas maior, quod patet ex hoc qd fraternitas, quę cauſatur ex altero parentum eſt magna, quæ autem cauſatur ex utroque parentum eſt maior. Angelus eſt frater Chriſti tantum ex parte patris cœleſtis, qui eſt pater Chriſti, ſcilicet per æternam generationem, & angelorum ſcilicet per creationem. Homo uero eſt fratre Chriſti ex parte patris, ſicut & Angelus, & ex parte matris, quia uirgo beata eſt mater Chriſti & noſtra.





noſtra. Secundo inter Deum & hominem eſt maior affinitas, quàm inter Deum & Angelum. Affinitas enim quæ cauſatur dando tantum, aut recipiendo tantum, eſt magna. Sed quę contrahitur ex utroque modo, dando ſcilicet, & recipiendo eſt maior. Sed Deus filiam, ſcilicet imaginem ſuam & ſimilitudinem Angelo dedit, quãdo ipſum ad ſimilitudinem ſuam creauit. Homini uero & imaginem ſuam dedit, & inſuper ſororem noſtram, ſcilicet humanam naturam filio ſuo accepit. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. *Hier. 31*

Tertio inter Deum & hominem eſt maior conſanguinitas, quàm inter Deum & Angelum. Pertinere uni ex una linea, eſt magna conſanguinitas, ex duabus lineis eſt maior. Quando Deus Angelum ad imaginem ſuam creauit, tunc ipſum de progenie ſua quodam modo fecit. Hominem uero & de ſuo genere fecit. Iuxta illud. Ipſius enim genus ſummus. *Act. 7.*

Et inſuper de noſtro genere fecit. Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. *Ro. 3.*

Quia igitur inter Deum & hominem eſt tanta fraternitas, affinitas & conſanguinitas, ideo talis parentela erit homini ad magnam ſecuritatem in iudicio, & ad magnam fœlicitatem in regno. Primo quidem erit ei ad magnam ſecuritatem in iudicio. Valde enim homo iuſtus ſecurus eſſe poteſt in iudicio, qui fratrem ſuum iuſtum iudicem eſſe uidebit. Bernar. Puto quia iam ſpernere non poterit os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Demones quidem in iudicio uidebunt Chriſtum tanquam iudicẽ punientem, Angeli uidebunt ipſum tanquam dominum prȩſidentem. Sed homines uidebunt ipſum tanquã fratrem hominem de ſua progenie deſcendentẽ.

*Deus ab hominib. quo in iudicio uidebitur.*

Quia ſicut dicitur. Nuſquam Angelos apprehendit, ſemen Abrahæ apprehendit. *Heb. 2.*

Secundo iſta talis fraternitas & parentela, erit homini ad magnam fœlicitatem in regno. Legitur, ꝙ Ioſeph in conuiuio ſuo, dedit maiorem partem Beniamin, qui erat frater ſuus ex utroque parente, ꝗ cæteris, qui erant fratres ſui ex altera parentela. *Gen. 43*

Chriſtus enim Angelis, qui erant fratres ſui, ex parte patris cœleſtis

Universidad de Deusto Biblioteca



dat unam partem, ſcilicet refectionem in ſua deitate.
Homini uero dat duas partes, ſcilicet refectioné in ſua
deitate in qua reficitur anima. & refectionem in ſua hu-
manitate, in qua reficientur omnes quinque ſenſus cor-
poris. Nam uiſus reficitur in uidendo Chriſti faciem, ita
*Heſt. 5.* ut quilibet dicat, Valde mirabilis es domine, & facies
tua eſt plena gratiarum. Olfactus reficietur in ſentiédo
*Can. 1.* redolétiam Chriſti, ita ut quilibet dicat. Trahe me poſt
te. curr. in odo. unguen. tu. Os reficietur loquendo ore
*Pſ. 118.* ad os cum Chriſto, ita ut quilibet dicat, quã dulcia fau-
cibus meis elo. tua ſuper mel &c. Auditus reficietur in
audiendo dulciſſimam uocem Chriſti, ita ut quilibet di-
*Can. 2.* cat. Sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dul-
cis. Tactus reficietur in tangendo. & amplexando ue-
*Can. 3.* ſtigia Chriſti, ita ut quilibet dicat. Tenui eum nec di-
mittam.

*Feria quinta primæ hebdomadæ Sermo primus. In quo decimus Iudæis eorum oſtendit pertinatiam, nullo modo liberos eos eſſe demonſtras.*

*Io. 8.* DIcebat Ieſus ad eos qui crediderunt ei iudæos. Dũ
quadam uice dominus prædicaret, erant ibi diſci-
puli ſui, erant etiam ibi quidam de iudæis, de nouo con
uerſi. Dominus igitur direxit ſermones ſuos ad illos,
qui de nouo fuerant conuerſi dicens. Si uos manſeritis
in ſermone meo, &c. Quibus oſtendit quod ſi ſermo-
nem ſuum bene ſeruauerint tria bona inde conſequen-
*Qui ſeruare uerbum xp̃i tria bona conſequũtur.* tur. Primo quia erunt uere diſcipuli ſui. ideo dicit, ſi
manſe. in ſermone meo ue. diſcipuli mei eritis. Audi-
re enim libenter & retinere uerba Dei, indicat quod
homo ſit uere diſcipulus Dei. Qui ex Deo eſt, uerba Dei
audit. Secundo quia cognoſcent ueritatem Dei. Vnde
ſubdit: Et cognoſcetis ueritatem. Verbum Dei intelle-
*Io. 8.* ctum illuminat, ut quis ueritatem Dei cognoſcat. Pſal.
*Pſal. 110* Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Tertio quia libe-
rantur a ſeruitute peccati. ideo ſubdit, Et ueritas libera-
bit



bit nos. Verba enim Dei diligenter recondita faciunt
uitare peccata. In corde meo abſcondi eloquia tua ut
non pec. tibi. Iſta audientes qui erant ibi & qui nondum *Pſ. 118.*
erant conuerſi, grauiter tulerunt, maxime pro eo quod
dixerat. Et ueritas liberabit uos, putantes Chriſtum de
carnali liberatione dicere, & quod ipſi ſerui eſſent. Et
propter hoc inter ipſos Iudæos & Chriſtum, longa di-
ſputatio orta eſt, tota enim iſta diſputatio non eſt niſi
de libertate & ſeruitute. Iudæi enim uolebant oſtendere
ſe eſſe liberos, Chriſtus autem oſtendit eos eſſe ſeruos.
Oſtendunt igitur ſe eſſe liberos, quia habent triplicem
libertatem. Primo libertatem quæ cauſatur ex carnis *Iudæi triplici libertate ſe liberos oſtendũt*
propagatione, quia habent liberum patrem dicentes, Se
men Abrahæ ſumus, & infra, Pater noſter Abraham
eſt. Secundo dicunt ſe habere libertatem ex animi uir-
tute cum dicunt, & nemini ſeruiuimus unquam. ac ſi di-
cant, tantæ ſumus magnanimitatis, & uirtutis, quod
nullis nationibus unquam uoluimus ſeruire, nec ſubii-
ci, niſi Deo. Vbi dicit Glo. Mentiuntur, quia Ioſeph ſer-
uiuit Egypto, patres ſeruierunt in luto, iſti ſeruierunt
Cæſari in tributo. Tertio dicunt ſe habere libertatem,
quæ cauſatur ex diuina filiatione, & adoptione cum di-
cunt, nos ex fornicatione non ſumus nati, unum patrem
habemus Deum. Ex his igitur tribus uolunt oſtendere
ſe liberos eſſe. & quia ex libero patre nati ſunt, quia ha-
bent libertatem animi, & quia ſunt in Dei filios adopta
ti. Chriſtus autem oſtendit, quod nullam de iſtis liber-
tatem habent. Et primo oſtendit quod non habent li- *Abrahã tria opera cõmẽdabilia fecit. contra quæ Iudæi egerunt.*
bertatem illam, quæ cauſatur ex carnis propagatione,
quia licet Abrahã pater eorum fuit, ipſi tamen de eius
filiatione degenerant. eo quod ipſum in ſuis operibus
non imitantur. Abraham enim tria commẽdabilia fe-
cit. Vnum quãdo ad Dei præceptum filium ſuum immo
lare uoluit. Secundum quando Deo continue obediuit
dicenti ſibi. Exi de terra tua & de cognatione tua. Ter-
tiũ quia Deo credidit dicẽti ſibi, Semini tuo dabo terrã *Gen. 12.*
hãc Abrahã igitur ad Dei p̃ceptum filium ſuũ occidere

 uoluit

Universidad de Deusto
Biblioteca



voluit,ſermoni Dei obediuit,& ueritati Dei credidit.Iu
dæi ergo contra præceptum Dei volebant Chriſtum oc
cidere. Vnde ait,ſcio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæ
ritis me interficere.Sermoni Chriſti nolebant obedire.
Vnde ſubdit, quia ſermo meus non capit in vobis. glo.
interlin.Quia eſt ſicut hamus,qui dum capit capitur, &
veritati quam eis prædicabat nolebant credere. Vnde
ſubdit,Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ fa. Nunc au-
tem quæritis me interficere,hominem qui veritatem lo
quutus ſum vobis, quam audiui à Deo, hoc Abraham
non fecit. Secundo oſtendit quòd non habent illam li-
bertatem,quæ cauſatur ex animi virtute, quia ſunt ſer-
ui peccati.Vnde ait, qui facit peccatum ſeruus eſt pec-
cati.A quo quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt.&quia
*2.Pet.2.* ſerui ſunt.ideo ſunt exhæredandi. Vnde ſubdit. Seruus
non manet in domo in æternum. Iſtam autem libertatẽ
non poſſunt aſſequi niſi per filium. Vnde ſubdit.Si er-
go filius vos liberauerit,vere liberi eritis.Qua libertate
*Gal.4* Chriſtus vos liberauit. Tertio oſtendit quòd non ha-
bent illam libertatem quæ cauſatur ex diuina filiatio-
ne. Si enim Deus eſſet pater eorum,tunc Chriſtum di
ligerent tanquam filium ſuum. Vnde ait,Si Deus pa-
ter ueſter eſſet,vtique diligeretis me. Ego enim ex deo
proceſſi,& ueni,ſicut filius à patre, pe̓r æternam genera
*Pſal.2.* tionem.Dominus dixit ad me,filius meus es tu. Secũ-
do diligerent tanquam nuncium & legatum ſuum. Vn-
*Hier.49.* pe ſubdit. Neque à me ipſo ueni. Auditum audiui à
Deo, & legatus ad gentes miſſus ſum. Tertio dilige-
rent eum tanquam verbum ſuum, quia filius eſt ver-
bum patris. Vnde ſubdit. Quare loquelam non cogno
ſcitis?quaſi dicat, debetis me cognoſcere, quia ego lo-
quor uerba patris mei,cum ſim verbum patris mei. Ego
ex ore altiſſimi prodij. ſicut autem iudæi ex inuidia nõ
*Ezech.24.* poterant videre Chriſtum. iuxta illud. Grauis eſt no-
bis ad videndum. ſic ex inuidia non poterant eum ſuſti-
*Sap.2.* nere, uel eum audire. & ideo ſubdit, quia non poteſtis
audire ſermonem meum. Poſtquam Chriſtus oſten-
dit



dit quòd non habent iſtas tres libertates,quibus gloria-
bantur,nec libertatem originis,nec virtutis,nec diuinę
filiationis, conſequenter oſtendit quantum defecerũt,
quia de filiatione Dei tranſierunt in filiationem diaboli
& qui conſueuerant habere patrem cœleſtem Deũ,mo-
do habent patrem diabolum infernalem. Vnde ſubdit
Vos ex patre diabolo eſtis.quod autem diabolus ſit pa- *Iudæi in*
ter eorum oſtendit,quia ipſum in tribus imitantur. Ille *tribus*
enim eſt iniquus in deſiderando,crudelis in occidendo, *diabolũ*
& mendax in fallendo.Eodem modo ſe habent iudæi in *imitãtur.*
Chriſtum. Diabolus enim eſt iniquus in deſiderando
ſic & iudæi contra Chriſtum inique cogitando.Vnde di
cebat,deſideria patris veſtri vultis facere. Venite & co *Hier.18.*
gitemus contra iuſtum cogitationes.Secundo diabolus
eſt crudelis in occidendo. Eodem modo iudæi Chri-
ſtum occidere diſponebant. Vnde ſubdit,ille homici
da erat ab initio.vbi dicit Glo. Homicidam eſſe non ſo
lum qui ferro,ſed etiam qui verbo occidit, vt diabolus
primos parentes occidit. Vnde lingua eorum gladius
acutus. Tertio diabolus eſt mendax in fallendo. eo-
dem modo iudæi Chriſtum ſuis mendacijs infamabant.
vnde ſubdit.In veritate non ſtetit, quia veritas in eo nõ
eſt.cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia
mendax eſt pater eius.& ſic & iudæi ſuis mendacijs Chri
ſtum infamabant dicentes, ipſum eſſe peccatorem in cor
de.Noſcimus quia hic homo peccator eſt.ſeductorem in *Ioan.8.*
ore. Recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc vi-
uens &c.Et trãſgreſſorem in opere. Non eſt hic homo à *Mat.27.*
Deo qui ſabba.non cuſto. quia igitur iudæi contra
Chriſtum, ſic inique cogitabant, ſic crudeli- *Ioan.9.*
ter eum occidere diſponebant, ſic men-
daciter eum infamabant, ideo
ex patre diabolo
erant.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Eadem feria quinta primæ hebdomadæ. Sermo ſecundus: De obſeruatione uerbi Dei, eiuſdemque officia.*

Io. 8. SI manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eri
tis. & cognoſcetis ueritatem, ueritas liberabit uos.
Cum quidam ex iudęis ad fidem eſſent conuerſi,
dominus uolens eos in fide recepta confirmare, horta-
tur eos ut ſermonem ſuum diligenter obſeruarét, & tũc
erunt ueri ſui diſcipuli. In uerbis igitur præmiſſis duo
tanguntur. Primo enim dominus hortatur eos ad ſui
ſermonis obſeruantiam, cum dicit, Si manſeritis in ſer-
mone meo. Secundo huius obſeruantiæ ſermonis ponit
triplicem efficatiam cum dicit, Vere mei diſcipuli eritis.
Circa primum notandum quod utile eſt ualde ſermo-
*Verbum* nem Dei obſeruare. Nam ſicut dicit Ambr. ſuper beati
*Dei tripli* immaculati. Verbum dei habet triplicem uirtutem, ſci
*cem uir-* licet inflammatiuam, illuminatiuam & mundatiuam.
*tutem ha* Primo uirtutem inflammatiuam. ſi enim homo in amo
*bet.* re Dei eſt frigidus, uerbum Dei ipſum inflãmat cum ſit
*Hier.* 23. ignis. Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis ait domi
*Pſ.* 118. nus? Ignitum eloquium tuũ ue. & ſer. tu. di. illud. Omnis
*Pro.* 18. ſermo Dei ignitus. ſic inflammati erant qui dicebant.
*Luc.* 24. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis dum lo. no. in
*Pſ.* 118. uia. Secundo habet uirtutem illuminatiuam ſi enim ho
*Prou,* 6. mo eſt ignorans uel in fide dubius uerbum Dei ipſum il
luminat cum ſit lux. Lucerna ped. meis uerbum tuum.
Mandatum Dei lucerna eſt & lex lux. Tertio habet uir-
tutem mundatiuam. ſi homo aliquibus uitiis eſt infe-
*Eze.* 31. ctus, uerbum Dei ipſum mundat cum ſit aqua cœleſtis.
*Ioan.* 15. Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini
ab omnibus inquinamentis ueſtris. Iam uos mundi eſtis
propter ſermo. quem lo. ſum uobis. Sed ſi ſermo Dei ha
bet inflammare, illuminare & mundare, quare ergo illi
qui audiunt uerba Dei, non ſtatim inflammantur, illu-
minantur & mundantur? Ad quod dicendum, quod li-
cet



cet uerba Dei ſint ignis, tamen multi inflammari nõ poſ
ſunt, ex eo quod inter ſe & iuſtum ignem diuiſionem fa-
ciunt, & murum ferreum ponunt ipſum peccatum. Ec- *Eſa.* 59.
ce non eſt abbreuiata manus domini, ut ſaluare nequeat
ſed iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos & Deum ue-
ſtrũ, & peccata ueſtra abſconderunt faciem eius a uobis *Eſa.* 30.
ne exa. Erit a uobis hęc iniqtas ſicut interruptio cadẽs,
& requiſita in muro excelſo. Multi ẽt ſunt, quos licet uer
ba Dei ſicut lux habeant illuminare, tamen non illumi-
nantur, ex eo quod ad ipſum lumen non appropinquant
ſed nimis ſe elongant. Nam ſicut dicitur. Qui appropin- *Deut.* 33
quant pedibus eius. accipient de doctrina illius. Accedi *Pſa.* 33.
te ad eum & illumi. Multi ſunt quos licet uerba Dei ha-
beant mundare, cum ſint aqua cœleſtis, tamen non mũ-
dantur ex eo quod animus eorum conuerſus eſt in ter-
rãm. Nam ſicut dicit Aug. Talis eſt unuſquiſque, qualis
eſt dilectio ſua. Si terram diligis, terra es. Si Deum di-
ligis, Deus es. ſicut enim lateres aqua non lauantur, ſed
magis inquinantur, ſicut nec tales cum in terram ſint
conuerſi. Facti ſunt & abhominabiles, ſicut ea quæ dile- *Oſeæ.* 9.
xerunt. Secundo ponitur efficacia uerbi Dei quæ tri- *De effica*
plex eſt. Prima eſt quia uerba Dei faciunt hominem di- *tia uerbi.*
ſcipulum Chriſti. ideo ſubdit, Vere diſcipuli mei eritis.
Iſtud enim ſignum eſt quod homo ſit diſcipulus Chriſti,
quando uerbum Dei libenter audit. Qui ex Deo eſt, uer-
ba Dei audit. Aliud ſignum eſt quando diſcipulus Chri
ſti reſpuit omnem amorem illicitum, & appetit omnem
amorem diuinum. Amor autem illicitus triplex eſt, ſci- *Amor il-*
licet domeſticus, terrenus & carnalis. Domeſticus eſt *licitus tri*
quando quis in malo amat parentes ſuos. Carnalis eſt *plex eſt.*
quando quis amat ſuas animalitates, & carnalitates. *Luc.* 14.
Terrenus quando quis nimis amat mundana. Iſtos tres
amores, debet abiicere diſcipulus Chriſti. Si quis ve-
nit ad me & non odit patrem ſuum & matrem ſuam,
hoc refertur ad amorem domeſticum. Adhuc & ani-
mam ſuam, & hoc refertur ad amorem carnalem.
Et qui non renunciat omnibus quę poſſidet non po-
teſt

Universidad de Deusto Biblioteca



teſt meus eſſe diſcipulus,& hoc refertur ad amorem ter
renum . Debent autem diſcipuli Chriſti habere amo-
rem ſpiritualium & diuinum,quia conſiſtit in dilectione
Dei & proximi . In hoc cognoſcent omnes , quòd eſtis
*Ioan.13.* mei diſcipuli,ſi dilectionem habueritis ad inuicem.Secũ
da efficacia ſermonis Dei eſt,quia illi,qui verba Dei ob
ſeruant,veritatem Dei cognoſcunt.ideo ait. Et cogno-
ſcetis veritatem. Sicut dicit Aug. Veritas opponitur fal
*Veritas* ſitati,duplicati & vanitati.illud enim quod verũ eſt non
*cui oppo-* eſt falſum , non eſt duplex,non eſt uanum . Verba er
*natur.* go Dei faciunt nos agnoſcere de mundo veritatem , q̃a
faciunt nos cognoſcere,quod omnia mundana ſunt fal
ſa,duplicia & vana.Falſa quidem ſunt quia mundus pro
mittit in diuitijs ſanctitatem,& dat vacuitatem, ſicut pa
tet,in illo diuite,qui ad tantum vacuitatem deuenit, q̃
guttam aquæ habere non potuit.In delitijs promittit de
*Luc. 16.* lectationem,& dat amaritudinem. Fauus diſtillãs labia
meretricis,nouiſſima autẽ illius amara quaſi abſinthiũ.
*Prou. 5.* In honoribus promittit ſublimitatem , & dat deiectio-
nem ſubitam. Tenent tympanum & cytharam,& gaudẽt
ad ſonitum organi. Ducunt enim in bonis dies ſuos , &
*Iob. 10.* in puncto ad inferna deſcendunt.Eleuaſti me,& quaſi ſu
per uentum ponens alliſiſti me ualidè.Secundo ipſa mũ
*Iob. 30.* dana ſunt duplicia & mixta . In mundo enim nihil eſt
purum,ſed omnia ſunt mixta.Iſa. Vinum tuum eſt mix-
tũ aqua.Si q̃dẽ gaudiũ eſt mixtũ dolore,ſapiẽtia eſt mix
ta obliuione,ſanitas eſt mixta ægritudine , uita eſt cum
morte mixta . In præſenti enim vita iſta ſunt mixta ,
ſed in beata vita erunt pura,in in ferno erunt fœtulenta.
Deus enim ſeparabit à gaudio dolorem , à ſapientia
obliuionem , à ſanitate ægritudinem , à vita mortem .
Et omnes fęces , ſcilicet dolorem , obliuionem & in-
firmitatem , & mortem proijciet in infernum . Sanctis
autem remanebunt omnia puriſſima , ſcilicet gaudium
ſine dolore,ſapientia ſine obliuione,ſanitas ſine ægritu-
dine , vita ſine morte. Tertio ipſa mundana ſunt va-
na . Habent enim vananitatem ex parte principij, quia





ex nihilo ſunt.Ex parte medij, quia multiplici mutabili
tate ſunt ſubdita . Ex parte finis,quia cito ad nihilum
redigenda ſunt.Cuncta ſubiacent vanitati.hoc refertur
ad vanitatem ex parte medij.De terra facta ſunt.hoc re *Eccl. 3.*
fertur ad vanitatem ex parte principij . Et in terrã pari-
ter reuertentur.hoc refertur ad vanitatem ex parte finis.
Tertia efficacia verbi Dei,q̃a illi,qui ſeruant verba Dei
aſſequuntur plenam libertatem.Ideo ſubdit . Et veritas
liberabit vos.Tales enim habent libertatem animi in ar
guendo,& in non peccando.Ipſi enim libere arguunt vi *Eccl.48.*
tia potentum.In diebus ſuis non pertimuit principem, *Philoſo-*
& potentia nemo vicit illum.Hanc libertatem animi ha *phi liber*
buerunt etiam philoſophi.Vnde diogenes philoſophus, *tatẽ ani-*
cum Alexandrum argueret,& ille ſuam potentiam alle *mi habue*
garet,ſibi reſpondit diogenes.Potentia tua,& gloria tua *runt.*
aut eſt præterita,aut eſt futura,aut præſens. Præteritam
non timeo , quia iam non eſt. Futuram non pertimeſco,
quia dubia & incerta eſt. Præſentem parupendo , quia
momentanea & in ictu oculi annullanda eſt. Tales etiã
habent libertatem animi in non peccando,quia dedignã
tur ſe ſeruos eſſe peccati, Augu. Peccator eſt ſeruus tot
dominorum,quot uitiorum. Vnde etiam cum Alexãder
coram philoſopho ſupradicto dominatorem mũdi ſe eſ
ſe diceret. Ille ait. Nequaquam es dominus, ſed ſeruorũ
meorum es ſeruus.Superbia enim eſt ancilla mea & do-
mina tua.concupiſcentia carnis eſt ancilla mea & domi-
na tua . Iſta enim ſub pedibus teneo, & tibi dominan-
tur,& ideo es ſeruus ancillarum mearum. Cum igitur fa
muli Alexandri vellent in eum irruere . ait Alexander.
Videte ne quis eum contingat,quia ſeruus dei eſt, & ve-
ritatem dicit.

*Feria.6.primæ hebdo.40.ſermo primus , in quo diuerſitas & grauitas morbi atque curatio denotetur.*

ERat dies feſtus Iudæorum & aſcendit Ieſus Hiero-
ſolymam.Cum eſſet feſtum Penthecoſtes , dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad templum iuit. erat tunc iuxta templum quędam congregatio aquæ quæ dicebatur ꝓbatica piſcina. Dicebat aũt ꝓbatica a probaton, qđ eſt ouis, quia oues, quę Deo immolabantur ibidem lauabantur. Piſcina aũt per contrarium dicebatur, quia piſcib. carebat. Ibidem aũt erãt quinque porticus, in quib. iacebant multi ægroti, qui expectabant aquæ motum qui fiebat per angelum. Dñs igitur tanq̃ bonus filius, ſæpe ibat ad templum ut patrem honoraret, & eundi libenter ad eccleſiam exemplum daret. Tanquam prædicator ſolicitus, ſæpe ibat ad feſta ubi conueniebant multi ut multos lucrifaceret. Tanquã benignus medicus ſæpe infirmos uiſitabat, ut ipſos ſanaret. Sicut hic quia infirmos in porticibus iacentes, uiſitauit, ꝙ unum ſanauit. Alii autem forte de nouo uenerant. Iſte autem multo tempore fuerat ibi commoratus. Vel forte aliis expediebat, ut haberẽt illam infirmitatem corporis, ut ſanaretur infirmitas mẽtis in eis. Vel forte ſecundum Glo. unum ſanauit ut unitatem cõmendaret. Debet enim quilibet eſſe unitus cum Deo per fidem, cum proximo per charitatem. & ſibiipſi per cordis integritatem. Circa iſtos infirmos de quibus hic fit mentio duo ſunt uidenda. ſcilicet diuerſitas & grauitas morbi. & modus curandi. Diuerſitas & grauitas morbi notatur in hoc quod dicitur, quod ibi erat multitudo languentium magna: cœcorum, claudorum, & aridorum. Omne peccatum aut fit per inertiam, aut per ignorantiam, aut per infirmitatem humanam, aut per certam malitiam, aut per conſuetudinem longam. Illi qui peccant per inertiam & deſidiam ſunt languidi, & lanquent propter defectum & propter inopiam gratiæ. Pſ. Oculi mei languerunt præ inopia. Iſte languor quando eſt recens, cito poteſt curari. Sed quando homo longo tempore in deſidia perſeuerat, cum difficultate curatur. Languor prolixior grauat medicum. breuem languorem præcidit medicus. Illi qui peccant per ignorantiam intelliguntur per cœcos. Cui non præſto ſunt hęc, cœcus eſt, & manu tentans obliuionem, accipiens purgationes

*Quare ex oĩbus unum tã tum ſanauit, triplex rõ.*

*Primo.*

*Peccatũ quot modis ſit.*

*Ecc. 10.*

*2. Pet. 2*



tiones ueterum ſuorum delictorum. Illi qui peccãt per infirmitatem humanum intelliguntur per claudos, qui non habent firmum greſſum. Vſquequo claudicatis in duas partes. Illi qui peccant per malitiam intelliguntur per aridos. De quibus dicitur. Aruit tanquam teſta uirtus mea. Tales enim arefacti ſunt ab omni humore gratiæ & uoluntatis bonæ, ideo dicit, Aruit tan. te. uir. mea. Talis enim uix, aut nunquam ueniunt ad confeſſionem. ideo ſubdit. Et lingua mea adheſit faucibus meis. Tales etiam in ſuis malitiis ſæpe moriuntur. ideo ſubdit, Et in puluerem mortis deduxiſti me. Illi qui peccant per conſuetudinem inueteratam, intelliguntur per illum infirmum qui triginta octo annos in infirmitate ſua habebat. In quorum perſona dicit propheta. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Quid Iſrael quod in terra inimicorum es. Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in lacum inferni. Ideo autem potius ſanauit iſtum inueteratum, quam aliquem languidum, cœcum, claudum uel aridum. Ad innuendum quod ſi Deus aliquando iuſtificat hominem qui peccauit per conſuetudinem longam, non debet deſperare aliquis qui peccauit per deſidiam ut languidus, per ignorantiam ut cœcus, aut per infirmitatem humanam ut claudus aut per malitiam, ut aridus.

*3. Re. 18*

*Pſal. 21*

*Bar. 3.*

*Quare potius hunc ſanauerit Chriſtus*

Secundo ponitur modus curandi, qui erat per immerſionem in piſcinam, quia qui prius deſcendebat poſt motionem aquæ ſaluus fiebat. Iſtam autem uirtutem iſta piſcina a tribus habebat. Primo ab hoſtiis ſacratis quæ ibi lauabantur, & poſtea Deo ſacrificabantur. Secundo a ligno Crucis. Dicitur enim in hyſtoria Scholaſtica, quod regina Sabba, inuenit in domo ſaltus quoddam lignum, de quo dixit Salomoni, quod in illo ligno quidam ſuſpendendus erat, per cuius mortem regnum Iudæorum deleri debebat ideo Salomon illud lignum in profundum terrę, in uiſceribus abſcondi fecit. Poſtea uero ibi probatica piſcina facta

*Secundo.*

*Piſcina a tribus uirtu tem habebat.*

Universidad de Deusto Biblioteca



facta eſt. Tempore uero paſſionis Chriſti, prædictum
lignum ſuperenatauit, & illud Iudæi acceperunt, & cru
cem de eo parauerunt. Tertio habebat illam uirtutem
*Pnīa per* a motu Angeli deſcendentis. Per illam igitur piſcinam
*piſcinam* intelligitur pœnitentia, in qua lauantur omnia pecca-
*intelligi-* ta. Erit fons patens domui Dauid & habitantibus in
*tur.* Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.
*Zac. 13.* Iſte fons pœnitentiæ olim erat occultus, quia nullus tan
tam pœnitentiam facere poterat, quòd regnum cœleſte
acquireret. Sed modo omnibus eſt patens. Ideo dicitur.
*Qui lauā-* Erit fons patens. In iſto etiam fonte lauantur a neglige-
*tur in iſto* tia uiri actiui, qui intelliguntur per Dauid, qui interpre
*fonte.* tatur manu fortis. Lauātur etiam & uiri contemplatiui,
qui intelliguntur per habitantes in Hieruſalem. Omnes
enim tam actiui, quàm cōtemplatiui, ſæpe aliquas negli
gentias committunt, & ideo lauari indigent. In iſto etiā
fonte lauant peccatores omnia peccata, ſiue ſint carna-
lia ſiue ſpiritualia, ideo dicit. In ablutionem peccatorū,
*Quando* ſiue ſint corporalia, ideo dicit. Et menſtruatæ. Tunc
*pnīa eſt* autem iſte fons, & piſcina pœnitentiæ eſt uirtuoſa ad ſa-
*uirtuoſa.* nandum omnia peccata, quādo in ea inuenitur hoſtia ſa-
lutaris, lignum crucis, & motus Angeli deſcendentis, ut
ſupra dictum eſt. Per hoſtiam ſalutarē intelligitur mor-
*Ro. 12.* tificatio carnis. Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiā uiuen
tem, ſanctam, Deo placentem. Greg. Hoſtia quippe, & im
molatur & uiua eſt, quando homo ab hac uita non defi-
cit, & tamen ſe carnalibus deſideriis occidit, & ad illam
*Col. 3.* mortificationem nos monet Apoſtolus dicens. Mortifi-
cate membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram fornicatio-
nem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam
& auaritiam quæ eſt idolorum ſeruitus. Per lignum cru
*Nota de* cis ſignatur memoria paſſionis Chriſti, talis enim eſt in-
*paſſione* tantum uirtuoſa, ꝙ ſanat omnes infirmitates prædictas,
*Chriſti.* ſcilicet languidos, cæcos, claudos, & aridos, & inuetera-
tos. Sanat enim omnem deſidiam, & hoc ſignatur, ꝙ in
paſſione Chriſti terra mota fuit: quia meditatio paſſio-
nis Chriſti deſidioſos mouet ad ſollicitudinē, & feruo-
rem,



rem, quod ſignatum eſt, dicitur ꝙ elephantibus oſtende *1. Ma. 6.*
runt ſanguinem vuæ, & mori ad acuendum eos ad præ-
lium. Chriſtus enim vua eſt in torculari crucis compreſ
ſa. Vnde multum ſanguinis emanauit. Fuit & morum
quia in morte denigratus fuit. Huius igitur vuæ ſanguis,
debet nos acuere ut ſimus feruentes ad præliandum con
tra dæmones & peccata. Secundo paſſio Chriſti cęcos *Paſſio*
ſanat, id eſt peccata facta per ignorantiam, quod ſignatū *Chriſti*
eſt in longino, qui cū clare non uideret, gutta ſanguinis *cæcos ſa-*
Chriſti in eius oculos cecidit, & clare uidit ſtatim. Eſt *nat.*
enim ſanguis Chriſti collirium, quod ſanat omnem iufir
mitatem & cœcitatem oculorum. Collirio unge oculos *Apo. 3.*
tuos, ut uideas. Tertio ſanat claudos, id eſt peccata facta
per infirmitatem humanam, ſicut patet in Petro, qui ex
humano timore Chriſtum in ſua paſſione negauit, ſed
Chriſtus ipſum reſpexit, & eum ſanauit. Quarto ſanat
aridos, id eſt peccata, quę fiunt per malitiam, ſicut pa-
tet in latrone, qui erat a dextris eius, qui multa mala cō
miſit & tamē Chriſtus ſibi pepercit & regnum cœleſte ſi
bi dedit. Quinto ſanat peccata quę fiunt per conſuetu
dinem longam, in quibus homines putreſcunt. Hoc ſi-
gnatum eſt in paſſione Chriſti, quia multa corpora ſe-
pulta, & iam putrida ſurrexerunt. Per motum aquæ, *Quid per*
qui fiebat per Angelum, ſignatur motus animæ, quia ip *motū a-*
ſa anima miniſterio Angelorum, quātum ad omnes ſuas *ſignatur.*
potentias, ſcilicet memoriam, intelligentiam & uolunta
tem, debet in pœnitentia moueri. Memoria debet qui-
dem moueri ad recogitādum & dolendum de omnibus
peccatis ſuis. Recogitabo tibi omnes annos meos, ī ama *Eſa 38.*
ritudine animæ meę. De iſto motu dicitur. Ipſi uidentes *Pſ. 47.*
ſcilicet ſua peccata, ſic admirati ſunt, de Dei potentia, cū
turbati ſunt, per magnā contritionem, commoti ſunt,
ad ſe curandum per ſatisfactionem uerā, tremor appræ
hendit eos, propter pœnam æternā, cui ſe obligauerunt.
Intelligentia debet moueri ſapienter, & diſcrete ad con
fitendum, & cognoſcendum, & ad intelligendum circun
ſtātias peccatorum. De iſto motu poteſt intelligi, quod
dicitur

Universidad de Deusto Biblioteca

*Pœnitens* dicitur in pſal. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius &c.
*ebrio aſſi-* Sicut enim ebrius, illud quod bibit cum delectatione, po-
*milatur.* ſtea reiicit cum dolore, ſic & pœnitēs peccata quæ fecit
cum delectatione, debet uomere per confeſſionem & la-
*Prou. 30* borem. Verba cōgregantis ſilii uomentis. peccata enim
quæ peccator congregauit, mala operando debet uome-
re confitendo, & ſicut ebrius nullum tenet ſecretum. ſic
nec peccator debet ſacerdoti aliquod celare peccatum.
*Pſ. 95.* Voluntas debet moueri ad ſatisfaciendum. De illo motu
poteſt intelligi illud. Commoueatur a facie eius uniuer-
ſa terra. Terra eſt caro noſtra de terra formata a qua
*Rom. 6.* maxime ſatisfactio eſt aſſumēda, iuxta illud. Sicut exhi-
buiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati
ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra ueſtra, ſerui-
re iuſtitiæ in ſanctificationem &c. Et dicit uniuerſa: quia
omnia quæ ſunt in noſtro corpore debent ſatisfacere, ſci-
licet oculi lachrymando: aures uerba Dei diligenter au-
diendo, os Deum laudando & orando, manus eleemo-
ſynas largiendo, pedes ad eccleſiam properando.

*Eadem feria ſexta primæ hebdomadæ, ſermo ſecun-
dus. De quatuor medicinis ſpiritualibus,
quas à Deo peccatori exhibentur..*

SVrge tolle grabatum tuum & ambula. Peritus me-
dicus medicinas adhibet, prout infirmo expedire ui-
*Medicus* det, ſi enim uidet infirmum malis humoribus plenum,
*peritus,* dat ei medicinam purgatiuam, & ſi nimis uidet eum de-
*quid erga* bilitari, dat ei aliquam medicinam confortatiuam, & ſi
*infirmum* uidet in ipſo aliqua infirmitatis accidentia remanſiſſe,
*agat.* dat ei medicinam melioratiuam, quæ ipſi infirmo quo-
tidie ſanitatem augeat, donec ipſum priſtinæ ſanitati re-
ſtituat, & nihilominus, poſtquam fuerit reſtitutus dat ei
medicinam præſeruatiuam, quę ipſum a caſu & infirmi-
tate futura præſeruet, ne ipſum recidiuare contingat.
Iſtas quatuor medicinas ſpiritualiter loquendo, iſte me-
dicus ſpiritualiter iſti infirmo p quē peccator intelligit





exhibuiſſe uidetur. Primo enim exhibuit medicinā pur-
gatiuā. Iſta eſt contritio & confeſſio, quæ peccatore ab
omnibus humoribus corruptis, id eſt ab omnibus uitiis
& peccatis mundat & purgat. Iſtam medicinam exhibuit
cum eum a peccato ſurgere præcepit, dicens. Surge. i. a
peccato cōterēdo, & cōfitendo recede, homini enim ſtā-
ti nō dr̄ ſurge, ſed ſedenti & iacēti, ſedēs tñ cito ſurgit. ia
cens uero difficilius, ſancti aūt uiri ſtant ideo neceſſe nō
hñt ſurgere, debēt tñ uidere ne cadant. Qui ſe exiſtimat *1. Co. 10*
ſtare, uideat ne cadat. Peccatores aūt de nouo cadentes
ſedent, & iō de facili ſurgere poſſunt. Tales propheta al-
loquitur dicens. Surgite poſtquā ſederitis, qui manduca
tis panem doloris, quaſi dicat. Poſtquam ſediſtis in pec-
cato, ibidem aliquantulum ſedendo, ſurgite priuſquam
iaceatis in ipſo inueteraſcendo. nihilominus mãducetis
panem doloris, magnam cōtritionem habendo Illi enim
qui ſunt in peccatis inueterati iacent, & ideo difficilius
ſurgunt. De quorum numero erat iſte, qui triginta octo
annis infirmus iacuit, tales ſunt, qui a ſua iuuentute uſq;
in ſenectutem in peccatorum fœcibus requieſcunt. Quo
rum cor eſt pars diaboli & plenum uino corrupto malo
rum deſideriorum, nec aliquando uel raro efficitur uas
Dei, ut recipiat uinum gratiæ ſpiritualis. Fertilis fuit *Hier. 43.*
Moab, ſcilicet in malis operibus ab adoleſcentia ſua, &
requieuit in fœcibus ſuis, nec transfuſus eſt de uaſe in
uas. Secundo dedit ei medicinam confortatiuam, iſta
eſt ſpes ueniæ, quæ animam multum confortat. Iſta
exhibuit cum dixit, tolle grabatum tuum. Grabatum *Grabatū*
dicitur a graba, quod eſt caput, & ſignificat mentem, *unde dici-*
quę eſt animæ caput, Tunc igitur grabatum tollit, *tur.*
quando mentem noſtram ad Deum per ueram ſpem ue-
niæ erigimus, & iſta ſpes veniæ animam peccatoris mul-
tum confortat & firmat, cum ſit anchora Dei. Cum fu- *Heb. 6.*
gimus ad tenendam propoſitam nobis ſpem, quam ſicut
anchorā aīæ tenens tutam & firmam, multum confortat
cum ſit galea Dei. Induti lorica fidei & galeam, ſcilicet *Eph. 6.*
ſpem ſalutis aſſumite, multum delectat cum ſit nuncia

Universidad de Deusto Biblioteca



*Eccl. 2.* miſericordiæ Dei. Qui timetis dominum ſperate in il-
lum, & in oblectationem ueniet uobis miſericordia.
Tertio dedit ei medicinam melioratiuam, iſta eſt ſatiſ-
*Satisfa-* factio. iſtam exhibuit cum dixit, & ambula, ſcilicet ſa-
*ctionis* tisfaciendo de uirtute in uirtutem, de bono in melius
*Species* procedendo. Sunt autem tres ſpecies ſatisfactionis, ſci-
*tres sũt.* licet orationes, ieiunia, & eleemoſynæ. Sunt igitur quidã
qui ambulant, quidam qui ſubſiſtunt, quidam qui retro-
cedunt. Illi qui ambulant ſunt, qui de orationibus tran-
ſeunt ad ieiunia, de ieiunio ad eleemoſynas. Illi ſubſi-
ſtunt, qui tantum ſtant in uno, ſcilicet orando, uel in ie-
iunando, uel in eleemoſynas largiendo. Illi autem retro-
cedunt, qui omnia iſta dimittunt, & ad uomitum reuer-
tuntur. Quarto dedit ei medicinam præſeruatiuam, quæ
eſt conſeruare ab his, quæ ſunt, uel eſſe poſſunt occaſio
peccati. iſtam medicinam exhibuit cum ait: Ecce ſanus
factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.
ubi dominus monet, quod quilibet, qui ſanatur a peccato, ca-
ueat ſibi a recidiuo, cum ait, ecce ſanus factus es, iam no-
li peccare. Deinde ponit recidiuationis magnum pericu-
*Quõ fien-* lum cum ſubdit. Ne deterius tibi aliquid contingat. Vt
*dum, ut a* homo uero a recidiuo ſibi caueat, ne eſſe eſt ut duo fa-
*reciaiuo* ciat, ſcilicet ut carnem mortificet, & peccandi occaſio-
*caueatur.* nes uitet, debet ergo corpus ſuum mortificare. Iuxta il-
lud. Caſtigo corpus meum & in ſer. re. &c. Col. 3. Morti-
ficate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, non dicit,
quæ ſunt ſub terra, uel in terra, ſed ſuper terram. Mẽbra
quidem noſtra ſunt ſub terra in morte, & tunc non ſunt
apta ad mortificandum, ſed ad putrefactionem, in terra
ſunt in ſenectute, quãdo ſcilicet proſtrata ſunt ex debili-
tate. Vnde & ſenes dicere conſueuerunt, ego ſum in ter-
ra, & tunc non ſunt membra apta ad mortificationem,
ſed ad uegetationem. Super terram uero ſunt in iuuen-
tute. Vnde de talibus dicere cõſuetum eſt. Iſte eſt ſuper
ſe, & tunc mẽbra apta ſunt ad mortificationem, ne uitia
*Rom. 6.* in eis regnẽt. Non ergo regnet peccatum in ueſtro mor-
tali corpore, nec obediatis cõcupiſcentiis eius. Oportet
etiam



ẽt, quod ille, qui non vult recidiuare, occaſiones peccati ui-
tet, ſicut ſunt malæ ſocietates. Qui cũ ſapientibus gradit̃ *Pro. 13.*
ſapiens erit, amicus ſtultorũ, efficietur eis ſimilis. Sicut
ſunt malę cogitationes. Nunquid abſcondere põt homo
ignẽ in ſinu ſuo, ne veſtimenta illius ardeant? ſicut ſunt *Pro. 6.*
malę oportunitates, quia ſicut dr̃. Si ab imbecillitate ui- *Eccl. 19.*
riũ ueretur peccare, ſi inuenerit tẽpus malefaciendi ma-
lefaciat, ſicut ſunt impudici reſpectus, & laſciuæ confa-
bulationes cum mulieribus. Speciem mulieris multi ad- *Eccl. 9.*
mirati. reprobi facti ſunt, &c. Deinde ponit dominus, quã
periculoſa ſit recidiuatio in peccatum cum ait, ne dete-
rius aliquid tibi contingat, & iſtud periculum attendi- *Recidiua-*
tur. Primo ex parte Dei, quia recidiuans grauiter peccat *tio quan-*
propter ſuam ingratitudinem, & ideo a Deo grauius pu- *tũ ſit pe-*
nitur. Secundo ex parte diaboli, quia recidiuans fortius *riculoſa.*
a diabolo cuſtoditur, ſicut enim miles caſtrum, quod ſe-
mel perdidit, ſi poſtea illud recuperat fortius munit, &
cautius cuſtodit, ſic diabolus peccatorem recidiuantem
fortius munit, quia ſeptem ſpiritus nequiores ſe ibi po-
nit, ut patet Mat. 12. id eſt ad omnia ſeptem peccata mor-
talia ipſum trahit. Tertio ex parte hominis, quia recidi-
uans facilius poſtmodum in peccata labitur. nam poſt-
quam totiens recidiuare ſe conſpicit, iam ex quadã ma-
la conſuetudine peccare pro nihilo ducit. Impius cum *Pro. 18.*
in profundum uenerit peccatorum, cõtemnit, ſed ſeque-
tur eum ignominia, & opprobrium.

*Sabbato primæ hebdomadæ, ſermo primus. De gloria ſan-
ctorum, quæ ab amœnitate loci, a Dei maieſtate
à conſortij iocunditate & a proprij ſubiecti
glorificatione deſcribitur.*

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobũ & Ioãnem,
& duxit illos in montem excelſum ſeorſum,
& transfiguratus eſt ante eos. Iſta transfigura- *Mat. 17.*
tio ſignat gloriam beatorum. nam cum Petrus modicũ
guſtũ diuinæ dulcedinis prægustaſſet, tanta dulcedine eſt

 repletus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



repletus,ꝙ quodammodo factus eſt ebrius. Vnde dixit,
faciamus hic tria tabernacula,tibi unum , Moyſi unum,
*Luc.* 9. & Helyę unum neſciens quid diceret. Sicut dicitur. Nec
petiuit pro ſe,ut aliquod tabernaculum ſibi fieret, quia
beatum ſe putabat, ſi in talibus tabernaculis ianitor fie-
ri mereretur. Si ergo modicus guſtus,tantam fecit dulce-
dinem,quantam faciet plenitudo, quando ſcilicet imple-
bitur ſicut dicit propheta. Inebriabuntur ab ubertate do-
mus tuæ. Per illam igitur transfigurationem,ſanctorum
gloria ſignificatur,quæ a quatuor deſcribitur. Primo ab
amenitate loci . Secundo a maieſtate Dei . Tertio a io-
cunditate conſortii. Quarto a glorificatione proprii ſub
iecti. Amenitas autem loci oſtenditur in hoc,qđ dicitur
ꝙ iſta transfiguratio eſt facta in monte , nam in monte
*Quare in* herba uiridis apta paſcuis naſci conſueuit. In monte igi-
*mōte trāſ* tur cœleſti herba uiridis naſcitur, quæ ouibus Dei in pa-
*figuratus* ſcuis datur. Iuxta illud . Paſcam eas in montibus Iſrael
*eſt.* ibi requieſcent in herbis uirentibus. Iſta herba eſt Chri-
*Eze.* 18. ſtus iuxta illud. Germinet terra, id eſt beata uirgo. her-
*Gen.* 1. bam uirentem,id eſt Chriſtum Deum & hominem,& di-
*Quare* citur Chriſtus uiridis & non albus uel niger,quia color
*Chriſtus* albus uel niger ſunt colores extremi. color autem uiri-
*uiridis di* dis eſt color medius inter album & nigrum. natura au-
*catur.* tem non delectatur circa extrema : ſed circa media , &
ideo oculus non delectatur naturaliter circa colores ex
tremos , id eſt album & nigrum , ſed circa colores me-
*Eccl.* 40. dios, id eſt uiridem. iuxta illud . Gratiam & ſpeciem de
*Natura* ſiderabit oculus & ſuper hoc uirides ſationes. Natura igi
*diuina et* tur diuina & humana ſunt quaſi duo extrema , ſcilicet
*humana* album & nigrum, natura enim diuina habet excesſibile
*quaſi duo* claritatem, & ideo oculus noſter ad eam non poteſt per
*extrema* tingere . Solus habet immortalitatem & lucem habitat
*ſunt.* inacceſſibilem. Natura uerò humana habet de ſe quan-
dam obſcuritatem . oculus igitur humani intellectus in
naturam diuinam non poterat ſe eleuare propter nimiā
claritatem, nec in humana poterat inuenire refectiones
propter ſuam imperfectionem & obſcuritatem, ideo cō
iuncta



iuncta eſt natura diuina naturæ humanæ in unitate per-
ſonæ in Chriſto tanquam, ſcilicet color albus & niger,
& ſic ipſe Chrūs totus uiridis, id eſt amenus & delecta-
bilis eſt factus , ideo Chriſtus uocat ſe lignum uiride.
dicens, ſi in uiridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet. *Luc.* 23.
In monte igitur cœleſti inuenitur herba uiridis , id eſt
Chriſtus totus delectabilis , cuius uiſio eſt paſcua ouiſ,
quia paſcuntur & intus in contemplatione deitatis , &
extra in contemplatione humanitatis . Ingredietur & *Io.* 10.
egredietur , & paſcua inuenietur . In hoc etiam monte
cœleſti inueniantur roſæ martyrum , Violæ confeſſo-
rum, & Lilia uirginum Secundo deſcribitur iſta tranſ-
figuratio Chriſti a maieſtate Dei . In illa enim transfi
guratione tota diuina maieſtas , id eſt tota trinitas ap-
paruit, ſcilicet pater in uoce , filius in humanitate , &
ſpiritus ſanctus in nube , ſicut dicit glo. per quod da-
tur intelligi,quòd gloria ſanctorum conſiſtit in fruitio
ne beatæ trinitatis. Habet quidem homo tria taberna- *Taberna*
cula in anima , ubi non Moyſes,nec Helyas, ſed tantum *cula tria*
ipſa beata trinitas habitat, ſcilicet memoriam, intelli- *hēs hō in*
gentiam, & uoluntatem, nam filius habitat in taberna- *anima.*
culo intelligentiæ implendo ipſam Dei pleniſſima co-
gnitione , ſpiritus ſanctus habitat in tabernaculo uo-
luntatis, implendo ipſam Dei ſuauiſſimo amore , pa-
ter habitat in tabernaculo memoriæ inplendo ipſam
cogniti & dilecti perpetua retentione. De iſtis tribus
tabernaculis & manſionibus trinitatis dicitur. Ad eum *Io.* 14.
ueniemus & manſionem apud eum faciemus. Tertio
deſcribitur hæc transfiguratio a iocunditate conſor-
tii , quia ibi fuerunt Moyſes , Helyas , Petrus , Ia-
cobus , & Ioannes. In cœleſti enim gloria habebi- *Quare*
mus in ſocios omnes ſanctos ueteris , & noui teſta- *plures*
menti , ſancti autem ueteris teſtamenti diſtinguntur *fuerint ī*
ad duos ordines , ſcilicet in patriarchas, qui intelli *tranſfigu*
guntur per Moyſen , & in prophetas , qui intelliguntur *ratione.*
per Helyam. ſancti autem noui teſtamenti diſtinguntur

 in

Universidad de Deusto Biblioteca



In tres ordines, ſcilicet in martyres, qui intelliguntur
per Iacobum, qui interpretatur ſupplantator, in confeſ
ſores, qui fuerunt pleni ſapientia Dei, qui intelliguntur
per Pettum, qui interprætatur agnoſcens, & in uirgines
quæ intelliguntur per Ioannem, quia uirgo a Deo ele-
ctus. Vel poteſt dici quod Chriſtus uoluit habere teſti-
monium ſui aduentus ab illis, qui ſunt in cœlo, id eſt a
patre, quando dixit, hic eſt filius meus dilectus. Ab illis,
qui ſunt in mundo, id eſt a Petro Iacobo & Ioanne Ab
illis qui ſunt in terreſtri paradiſo, ſcilicet ab Helya, &
ab illis, qui ſunt in inferno ſiue in limbo, id eſt a Moy-
ſe, ut non tantum in ore duorum uel trium teſtium ſtet
omne uerbum, ſed in ore quattuor teſtiũ ſtet omne uer
*Quarto* bum. Quatuor deſcribitur hæc transfiguratio a glorifi-
catione ſubiecti, cum dicitur, reſplenduit ſicut ſol fa-
cies eius. ueſtimenta eius ſicut nix. In hoc ſignatur bea
titudo & gloria, quibus corpora ſanctorum induentur,
maxime autem per hoc, quòd facies eius reſplenduit ſi-
*4. dotes* cut ſol, notantur quatuor dotes quibus corpora ſancto-
*ſanctorũ.* rum dotabuntur. Sol enim habet immenſam clarita-
tem & per hoc ſignatur dos claritatis. Tunc iuſti fulge
*Mat. 13.* bunt ſicut ſol in regno patris eorum. Eſt etiam radius
ſolaris tantæ ſubtilitatis, quòd uitrum penetrat, & per
hoc oſtenditur dos ſubtilitatis, per quam nullum cor-
pus obſiſtet, ſicut patet quãdo Chriſtus poſt reſurrectio
nem ianuis clauſis intrauit. Eſt etiam ſol magnæ uelo
citatis, & per hoc notatur dos agilitatis, quia ſi-
cut ait Aug. Vbicũque uolet ſpiritus, illic erit
protinus & corpus. Eſt etiam ſol ſubſtan
tiæ incorruptibilis, & per hoc nota
tur dos impaſſibilitatis. Se-
*1. Cor. 5.* minatur ĩ ĩcorruptione
ſurget in incorru-
ptionem.





*Eodem ſabbato primæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſermo ſecun
dus. De Beata Virgine, quomodo Chriſtum genuit, dile-
xit, & in omnibus complacuit.*

HIc eſt filius meus dilectus in quo mihi bene com
placui. Chriſtus habet in cœlo patrem ſine ma-
tre, & in terra hẽt matrem ſine patre. Quãuis
aũt pater propoſitũ uerbum dixerit, nihilominus tamen
& matri conuenire põt, ut dicat. Hic eſt filius meus dile
ctus, prout igitur matri conuenit, tria de filio dixit. Pri-
mo, ꝙ ipſum tanquam uera mater filium genuit. cum di
xit, hic eſt filius meus. Secundo ꝙ ipſum ſingulari amo-
re dilexit, cum ait. Dilectus. Tertio ꝙ ſibi ſemper in om
nibus complacuit. cum ſubiunxit. In quo mihi bene com *Mariæ*
placui. Circa primum notandũ, ꝙ ipſa fuit Chtiſti uera *fuit tota*
mater & tota mater, aliæ matres, & ſi ſint ueræ matres, *mater &*
non ſunt totæ matres, quia pater in generatione filii, par *uera ma-*
tem hẽt. ipſa aũt tota mater fuit, quia tota ſubſtãtia cor *ter Chri-*
poris Chriſti de ſuis uiſceribus sũpta exiſtit. Ideo dicit. *ſti.*
Creauit dominus nouum ſuper terrã. fœmina circunda *Hier 31.*
bit uirum. Quod tribus modis exponi poteſt. Primo ſic, *Fœmina*
ſolet homo circundare, quod eſt ſuum proprium, nõ qđ *circunda*
eſt alienum. cæteræ matres puerum in utero non circun *bit uirũ*
dederunt, quia caro pueri nõ fuit tota propria ipſarũ, ſed *triplici-*
eſt ibi de alieno. ſ de ſemine paterno. ſola aũt uirgo Ma- *ter expo*
ria in utero circundedit filium ſuũ, quia in eius utero ni *nitur.*
hil de alieno fuit, ſed totũ uirginis exiſtit. Secundo põt
aliter ſic exponi, nam ſicut dicit Augu. cæteræ figuræ di
uerſis lineis claudũtur, ſola autem linea ſeu figura circu
laris, una tantum linea clauditur, caro autem cæterorũ
puerorũ, ex diuerſis lineis perficitur, q̃a ex ſemine utriuſ
que parentũ generatur, generatio aũt Chriſti dr̃ circũda
tio, quia facta eſt tãtũ de una linea, id eſt de carne uirgĩ
nea. Tertio exponitur ſic. Illud eſt circundatũ, qđ ex om
ni parte ẽ clauſum. nã ſi in aliqua parte apertum fuerit,
circundatio non erit. Beata igitur uirgo Chriſtum circũ

Universidad de Deusto Biblioteca



dedit, quia ante partum, & in partu, & poſt partũ clauſa permanſit. Secundo Beata Virgo ſingulari amore Chriſtum dilexit. Secũdum enim Ber. debemus diligere Deũ dulciter ne caro nos alliciat, fortiter ne aduerſitas mũdi nos frãgat, & ſapiẽter ne diaboli aſtucia nos decipiat.

*Q̃uo Deũ diligere tenentur.*

Iſtis tribus modis Beata Virgo Chriſtum dilexit. Primo dulciter eum dilexit. quia præ nimia dulcedine tota liquefacta fuit, ſicut enim aurũ liqueſcit ad ardorem ignis. ſic eius anima tota liquefacta fuit ad ardorẽ diuini amoris. Anima mea liquefacta eſt. Tam dulciter dilexit, ꝙ amor eiùs in ea extaſin faciebat. fecerat quidẽ amor extaſim in filio, quando in cruce exiſtens ſua vulnera obliuioni tradebat, & matris memor erat, ſic & extaſim fecerat in matre, quæ in medio interfectorum manebat, nec ipſos expaueſcebat. Secundo dilexit eum fortiter. nam tempore paſſionis Chriſti quidam fuerunt fortes in amore, ſed debiles in aſſociatione & fide, ſicut apoſtoli, qui ipſum uiuum dilexerunt, ſed tamen ab ipſo receſſerunt, & fidẽ perdiderunt. Alii fuerũt fortes in aſſociatione, & in amore, ſed tamen debiles in fide. ſicut deuotę mulieres, quę Chriſtum mortuum dilexerunt, & ab eius cruce non receſſerunt, ſed tamen fidem perdiderunt. Beata autem virgo fuit fortis in amore, quia filium ſemper dilexit, immo facilius fuiſſet ei mori, quàm ab eius dilectione ſeparari. Fortis eſt ut mors dilectio. fuit fortior in aſſociatione, quia iuxta crucem immobilis ſtetit. Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius &c. fuit fortiſſima in fide, quia fides in ipſa ſola remanſit, nec tempore paſſionis extingui potuit. ideo bene dicitur de ea. Non extinguetur in nocte, id eſt in tribulatione paſſionis eius lucerna eius, ideſt fides eius, quę totum mundum illuminat.

*Q̃uo Maria Xp̃m dilexit.* — *Can. 5.* — *Can 8.* — *Io. 2.* — *Pro. ult.*

Tertio dilexit eum ſapienter, quod patet per tria ſigna. Primum eſt quãtuncunque filius ſuus eſſet puer delicatus, tamen in his, quæ Dei erant, ſibi parcere nolebat, ſed ad feſtiuitates eum ducebat. Secundum eſt, quòd quantuncunque eum diligeret: tamen nunquam ſibi diſſuadere uoluit, qui in crucem aſcenderet, & mortem pro humano genere ſuſtineret.

*Maria ſapienter Chriſtũ dilexit per tria ſigna.*

ſtineret.



ſtineret. Tertium eſt, quod quamuis ſciret filium ſuũ in Cruce poſitum grauiſſimos dolores pati, tamen nunquam ſibi ſuaſit, ut de Cruce deſcenderet, & a doloribus ſibi parceret. ex quo inſtruuntur parentes, quod filios ſuos a pueritia bonis ſtudiis debent aſſueſacere, nec a bonis propoſitis, & operibus pœnitentiæ eos retrahere, nec ut pęnitentiam aſſumptam deſerant, debent eis pſuadere. Tertio Chriſtus matri ſemper complacuit. Ille filius matri complacet, qui de matre curam ſollicitam habet. Chriſtus curam de matre habuit in ſua infantia, quia ſigilla pudoris ſibi illibata ſeruauit. In ſua pueritia, quia in omnibus ſibi ſubditus fuit. Deſcendit & uenit Nazareth, & erat ſubditus illis. In ſua iuuẽtute, quia inuitatus ad nuptias, ad preces matris aquam in uinum mutauit. In ſua paſſione, quia de Cruce ipſam Ioanni commendauit. Poſt ſuam reſurrectionem, quia ſicut dicit ſedulius Chriſtus reſurgens, primo Marię apparuit. Poſt ſuam aſcenſionem, quia ad eius mortem uenit, in anima & in corpore ipſam aſſumpſit, & ad ſuæ maieſtatis dexteram collocauit.

*Tertio* — *Chriſtus curã ſemp de matre habuit.* — *Luc. 2.*

*Dominica ſecunda in quadrageſima. Sermo primus.*

*De Chananæa, quomodo captat beneuolentiam, miſeriam inſinuat, & miſericordiam implorat, de duritiis quas ei Chriſtus oſtendit, & de comitibus quos ſecum duxit, ut exaudiri mereretur.*

EGreſſus Ieſus ſeceſſit in partes tyri & ſydonis, & ecce mulier Chananæa a finibus illis egreſſa clamabat dicens: Miſerere mei fili David. Iſta mulier uolens filiæ ſuæ ſanitatem impetrare, ſapienter ſciuit allegare. Primo enim apud Chriſtum, captabat beneuolentiam in eo quod uocabat eum dominum, & filium Dauid. Et in hoc confitetur eum eſſe uerum Deum, inquantum uocat eum dñm. Et uerum

*Mat. 15.*

homi-

Univerſidad de Deusto Biblioteca



hominem, inquantnm dicit ipſum eſſe filium Dauid. Secundo inſinuat ſuam tribulationem, & miſeriam cum dicit, Filia mea male a demonio uexatur. Tertio implorat eius miſericordiam cum dicit, Miſerere mei.

*Duritias 4. Chriſtus Chananeæ oſtendit.*

Chriſtus autem quattuor magnas duritias oſtendit ſibi, nõ ut eam confunderet ſed ut eius fidem & conſtantiam probaret, Prima duritia fuit in hoc ꝙ nihil ſibi reſpondere uoluit, tanquam ſi eſſet excommunicata, uel Chriſti reſponſione indigna. Vnde dicitur quod nõ reſpondit ei uerbum. Secunda duritia fuit in hoc quod dixit, ipſam non eſſe de ouibus Iſrael. Vnde dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Oues autem Iſrael erant oues Dei. In hoc ergo quod dixit eam non eſſe de ouib. Iſrael, inſinuauit ipſam non eſſe de ouibus Dei, & per cõſequens relinquebatur quod eſſet de ouib. diaboli. Tertia duritia fuit in hoc quod ipſam canem appellauit. Non ſolum enim ipſam dixit non eſſe Dei ouem, ſed etiam eſſe canem. Quarta duritia fuit in hoc quod dixit, eam non eſſe dignam ueſci pane cum dixit Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Ecce quot, & quantas magnas duritias, Chriſtus ſibi oſtendit, ut eius conſtantiam probaret. Non eſt aliqua mulier ita patiens, nec ita ſancta, quæ ſi alicui quantumcunq; magno uiro loqueretur, & ipſe ſibi tanquam excommunicatæ loqui nollet. Et inſuper illam ouem diaboli diceret & canem appellaret, & indignam eam pane eſſe aſſereret, quæ non recederet turbata & ſcandalizata. Ipſa autem in omnibus conſtãs & patiens ſemper fuit.

*Qũo ad duritias ſingulas ſe habuerit Chananea.*

Nam quantum ad primam duritiam ſe habuit prudenter. quamuis enim a principio ire noluerit ad Petrum, nec ad Iacobum, nec ad Ioannem, nec ad aliquem alium diſcipulum, ſed ad ipſum Chriſtum. Tamen uidẽs quod Chriſtus ſibi reſpondere nolebat, prouidit ſibi, & ad diſcipulos fuit rogans eos, ut pro ipſa intercedere dignarentur. Tunc accedentes diſcipuli rogabant eum dicentes. Dimmitte eã, i. fac quod ipſa petit, & ſic recedet, quia clamat poſt nos. In hoc enim eam tenes, quia qđ

petit



petit non comples. Quantum ad ſecundam duritiam habuit ſe magnanimiter, nam dum diſcipuli pro ea rogarent, & ipſe diceret eam non eſſe de ouibus Dei, & cõſequenter de ouibus diaboli. Illa hoc audiens ſumpta fiducia protinus ad eum appropinquauit, & adorauit eum dicens, Domine adiuua me. Ac ſi dicat, Vſque modo fui ouis diaboli, modo uellem eſſe de ouibus Dei. Et in ſignum huius adoro uos, ſicut ouis paſtorem ſuum. Idcirco domine adiuua me, ſicut paſtor adiuuat ouem ſuam debilem & infirmam. Quantum ad tertiam duritiam ſe habuit humiliter, quia quando Chriſtus canem eam uocauit, ipſa hoc non negauit, ſed canem ſe eſſe, confeſſa fuit dicens, Etiam domine. Ac ſi dicat, Domine me uocas canem, canis tuus uolo eſſe. Domini autem canũ nõ expellunt eos, & ſi eos expellunt, per unam portam, per aliam reuertuntur. Si ego ſum canis, non debes me expellere a te. & ſi expuleris me, ad te protinus redibo. Quantum ad quartam duritiam ſe habuit ſapiẽter quãdo ei dixit, quod non erat digna comedere panem filiorum. Illa reſpondit ſapienter, Domine non peto panem ſed micam, quia illud quod peto eſt tibi parua mica, & maxime ſi ego ſum canis, ſicut me uocaſti. Et conſuetudo eſt quod domini dant canibus, & catellis ſuis ſaltem micas. Ergo da iſtam micam quam peto, id eſt filiæ meę curationem. Et reſpondit ei Ieſus, O mulier magna eſt fides tua. Iam non uoco te canem, ſed mulierem fidelẽ. Quia tanta eſt fides tua, quod me ſuperauit & uicit. Et ideo fiat tibi ſicut uis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora

*Optimã ſocietatẽ ſecũ Chananea duxit.*

Notandum eſt autem quod quando quis ad aliquam ſublimem perſonam gratiam aliquam petiturus accedit, illos ſecum in ſocietatem ducit, quos illius perſonæ amicos eſſe credit. Iſta igitur mulier ad Chriſtum uolens accedere & ſanitatem pro filia impetrare, illas uirtutes ſecum aſſumpſit, quas Chriſto magis gratas eſſe cognouit, ſ. patientiam, fidem, humilitatem, & perſeuerantem orationem. Patientia enim fuit ſoror Chriſti. Fides autem filia Chriſti. Humilitas eſt mater Chriſti. Et oratio

nuncius

Universidad de Deusto Biblioteca



nuncius fidelis ad Chriſtum. Primo igitur aſſumpſit pa
tientiam quæ fuit ſoror Chriſti, quia ipſum nunq̃ deſe-
ruit nec in uita, nec in morte ſed tanquam ſoror indiui-
*Eſa. 42.* dua ſemper eum aſſociauit. Tacui, ſemper ſilui, patiens
*Patiētia* fui &c. Iſta autem patientia in tribus iniuriis compro-
*in tribus* batur, ſ. uerborum, rerum & perſonæ. In his tribus pa-
*iniuriis* tientia iſtius mulieris probata fuit. Primo nanq; ſuſti-
*cōproba-* nuit iniuriam uerbo quando Chriſtus ipſam canem
*tur.* appellauit. Non eſt aliqua mulier ita patiens quod ſi ca
nis diceretur ab aliquo ſaltem reſponderet non eſt ueru
quod ſim canis, ſed bona domina de terra mea. Iſta au-
tem non tantum patienter portauit ꝙ Chriſtus eam ca-
nem uocauit, ſed etiam ſeipſam canem appellauit. Scie-
bat enim ꝙ Chriſtus dicebat hoc non cauſa iniurian-
di, ſed cauſa probandi. Secundo ſuſtinuit iniuriam in re
bus, quia oībus bonis expoliata fuit a iudæis. Vnde di-
cit Hylarius, ꝙ chananei terras in quib. iudæi ſunt, prius
coluerunt qui ultimo bello conſumpti, uel in loca uici-
na diſperſi, uel in ſeruitutem ſubiecti, nomen tñ ſuum
circunferunt. Ex illis ergo iſta chananea fuit, quę iudęis
admixta creditur cognouiſſe ex lege, Chriſtum ex ſemi
ne Dauid naſciturum eſſe. Illam iniuriam ſcilicet bo-
norum ſuorum ablationem libenter portabat. Tertio
ſuſtinuit iniuriam perſonalem ſed filiæ ſuę oppreſſionē,
quia a diabolo grauiter opprimebatur, quam oppreſſio
nem propriam reputabat. Vñ non dicebat. Dñe miſerere
filiæ meæ, ſed miſerere mei dñe. Iſtam aũt talem iniuriā
non libenter ſicut primam, nec patienter ſicut ſecundā,
ſed grauiter ferebat. Si Chriſtus canem eam uocauit, de
hoc habuit magnam lætitiam. Si homo bona ſua ra-
puit, & in ſeruitutem ipſam redegit, de hoc habuit patiē
tiam. Sed quod diabolus in domo ſua habitaret, de hoc
patientiam habere non poterat, & ideo ad Chriſtum cla
mabat, Miſerere mei &c. Hoc eſt contra multos, qui in
aduerſitatibus a Deo datis murmurant, & in perſecutio
nibus hominum blaſphemant. Sed ſi in domo animę ſuę
diabolus habitat, de hoc non curant, nec ad Deum cla-
mant.



mant. Secundo aſſumpſit fidem quæ eſt filia Chriſti, qa
ab ipſo in cordibus noſtris generatur. Habitare Chri- *Ephe. 3.*
ſtum per fidem in cordibus noſtris. Illam autem fidem *Fides ma*
iſta mulier habuit. Vnde dixit et Chriſtus: O mulier ma *gna quan*
gna eſt fides tua. Tuñc autem fides eſt magna, qñ eſt ope *do eſt.*
ribus coniuncta, charitati admixta, perſeuerans & firma.
Fides enim quæ eſt ſine operibus habet ocioſitatem. & ta
lis eſt fides maiorum Chriſtianorum. Fides ſine operib.
mortua eſt. Si uerò non eſt charitati adiuncta, habet in- *Iacob. 3.*
utilitatem. Si habuero fidem ita ut montes transferam, *1. Cor. 13*
charitatem non habuero nihil ſum. Et iſta eſt fides de-
monum qui ſunt extra ſtatum merendi, nec ulterius cha
ritatem habere poſſunt. De quorum fide dicitur. Tu cre- *Iac. 2.*
dis quia unus eſt Deus, & bene facis. & demones credũt
& contremiſcunt. Si aũt fides non eſt perſeuerans & fir-
ma, hẽt puſillanimitatē. Et iſta eſt fides debiliũ. De qua
dicit. Modice fidei quare dubitaſti. Ad tp̃s credunt & in *Matt. 8.*
tpe tētationis recedunt. His trib. modis fides iſtius mulie *Luc. 8.*
ris fuit magna. Fuit. n. operibus coniuncta, quia uacabat
operibus miſericordiæ tam corporalib. inquantum filię
infirmæ ſeruiebat; quā ſpiritualib. inquantum pro ipſā
orabat, fuit charitati admixta. Vera enim charitas aliena
incommoda reputat ſua. Vnde iſta mulier uexationem fi
liæ ſuę ſuā propriā reputabat. Fuit ēt perſeuerans & fir-
ma, qa ſæpe repulſa fuit, & tñ ꝑſeuerauit. Tertio aſſũpſit
humilitatē, q̃ fuit mater Chri. Dicit. n. Bern. quod beata
virgo, & ſi uirginitate placuit, tamen ex humilitate con- *Maria ex*
cepit, quantumcunque enim fuiſſet uirgo, ſi humilis *humilita*
non fuiſſet, Deum non concepiſſet, Et quia per humi- *te Chriſtũ*
litatem concepit, ideo humilitas quodãmodo mater fuit *concepit.*
Chriſti. Iſtam autem humilitatem, iſta mulier ſecum *Pſ. 101.*
habuit; & ideo exaudiri meruit. Iuxta illud. Reſpexit *Chanan.*
in orationem humilium. Humilitatem autem ſuam *tripflici-*
iſta mulier oſtendit exemplo, uerbo, & facto. Exem- *ter humi*
plo, quia Chriſtum adorauit. Verbo, quia ſe catũ- *litatem*
lam aſſeruit. Facto, quia inter iudæos in ſeruitute hu- *oſtendit.*
militer conuerſabatur quod fuit magnę virtutis, cũ iu-
dæi

Universidad de Deusto Biblioteca



dæi eſſent ſuperbi. Inter ſuperbos enim ſcire humili-
ter conuerſari magna uirtus eſt. Duo enim humiles &
manſueti poſſunt ad inuicem conuerſari. Vnus humilis
& vnus ſuperbus poſſunt adinuicem conuerſari. Vnus
humilis & vnus ſuperbus poſſunt adinuicem pacificari.
Duo autem ſuperbi, nunquam adinuicem pacificari poſ
ſunt nec conuenire. Videmus enim quod duo corpora
plana poſſunt adinuicem applicari. vnum autem corpus
ſphericum,& unum corpus cõcauum, recipit intra ſuam
concauitatem illius tumorem. Duo autem corpora ſphe
rica & tumida applicari non poſſunt niſi in puncto. eo-
dem modo duo homines humiles & manſueti poſſunt
adinuicem pacificari & lætari. Audiant manſueti & læ-
tentur. Chriſtus erat humilis. diſcipuli eius erant humi-
les,& iſta mulier erat humilis,ideo adinuicem bene cõ-
ueniebant.nam ipſa orabat. diſcipuli pro ea intercede-
bant. & Chriſtus eius preces exaudiebat. Vnus autem hu
milis & vnus ſuperbus, poſſunt ad inuicẽ pacificari.quia
humilis intra ſuam humilitatem recipit, & ſupportat il-
lius tumiditatem. Cum his qui oderũt pacem eram paci.
*Pſa.121* Eodem modo iſta mulier erat humilis,& iudæi ſuperbi,
qui ipſam ſubiugauerant in ſeruitutem,& tamen cum il
lis humiliter ſeruiebat,& ſciebat uiuere,& eorum ſuper
biam humiliter ſuppertare. Duo autem ſuperbi adinui-
cem pacificari non poſſunt, niſi in puncto. pungere qui-
dem ſe poſſunt, pacificari non poſſunt. Inter ſuperbos
*Prou.13* ſemper iurgia ſunt.

*De eadem Dominica ſecunda quadrageſimæ. Sermo ſecundus.
In quo oſtenditur Chriſti magna miſericordia, Chana-
neæ inſtans petitio: eius filiæ uexatio, & diſci-
pulorum magna compaſſio.*

ECce mulier Chananea a finibus ilis egreſſa cla.d.M.
fili Dauid. Si aliquibus uiris in exemplum propone-
rentur,ſancti qui præceſſerunt, forſitan ſe excuſarent &
dicerent



dicerent. non poſſumus ſanctos imitari, qui tot donis
ſpiritus ſancti præuenti fuerunt. Rurſus ſi proponerẽtur
fœminis in exemplum aliqui uiri fortiter Deo ſeruien-
tes:ſe excuſarent & dicerent, nos cum ſimus fragiles, ui
ros non poſſimus imitari. ablata eſt enim excuſatio in
iſta muliere chananea, tam uiris quam fœminis. Si ergo
non potes tu uir imitari ſanctos. vel tu fœmina non po-
tes imitari uiros, ſaltem uterque imitemini hanc mulie
rem,quæ tantæ fidei & orationis exiſtit apud Deum. In
præſenti euãgelio de quatuor pſonis fit mẽtio,ſ.de Chri
ſto,de muliere chananea,de filia a dæmonio male uexa
ta,& de diſcipulis pro ea orantibus. In Chriſto aũt com
mẽdatur magna miſeratio,in muliere inſtãs poſtulatio,
in filia,a demonio mala uexatio,in diſcipulis magna cõ
paſſio. Commendatur igitur in Chriſto magna miſera-
tio. ideo mulier quamuis ſciret Chriſtum habere omni- *Primo.*
potentiã,per quam filiam ſuam ſanare poſſet.habere ſa-
pientiam,per quam ſanare ſciret, non petit potentiam, *Miſeri-*
non ſapientiam, ſed tantum miſericordiam eius dicens, *ricordiã*
Miſerere mei domine fili Dauid. Licet enim Deus ante *petit cha*
incarnationem multum eſſet miſericors.tamen poſtquã *nanea.*
aſſumpſit carnem de Dauid, & factus eſt homo, tunc fa-
ctus eſt magis miſericors.licet Deus prius uideretur hu
mano generi durus,tamen in ipſa ſui incarnatione,oleo
ſpiritus ſancti ſic fuit unctus, quod factus eſt poſtmodũ
mitis, & manſuetus. Sicut enim accidit in corio duro,
& rigido,quod quãdo iniungitur flexibile & molle effi-
cit. Spiritus domini ſuper me, eo quod unxit me,ad an-
nunciandum manſuetis miſit me. Olim erant quatuor *Eſa. 61.*
dura & inflexibilia,ſ.cœlum,quod nullum hominem uo *Quatuor*
luit recipere. Angelus,qui nullius animã uolebat ad cę- *dura o-*
lum portare. Deus qui humanum genus ſibi nolebat re- *lim fue-*
conciliare,& mors,quæ bonos & malos ad infernum fe- *rant.*
ſtinabat deducere. Sed in Chriſti incarnationem in tan-
ta abundantia effuſa eſt unctio ſpiritus ſancti, quod iſta
quatuor dura,facta ſunt flexibilia, ſiquidẽ cęlum eſt un
ctum,& ſic factum eſt flexibile, quod omnes pœnitentes
ſuſci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſuſcipit. Angelus etiam unctus eſt, & ſic factus eſt manſuetus, ut animas omnium ſanctorum uirorum, ac ſanctarum mulierum deducat. Deus autem pater eſt unctus, & factus eſt intantum ad miſericordiam flexibilis, quod peccatorem penitentem ad miſericordiam recipit. Mors eſt uncta, & facta eſt manſueta, ita quod, modo a ſanctis deſideratur, & nulli ſancto uiro de cętero dominatur. Sed dicunt illud Phili. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Sciens ergo iſta mulier Chriſtũ in incarnatione fuiſſe unctum, & factum eſſe manſuetum, ideo ad memoriam

*Secundo.* hæc reduxit dicens. Miſerere mei domine fili Dauid. Secundo ponitur perſona mulieris chananeę, in qua fuit conſtans petitio, petiit enim utiliter, humiliter, feruenter, & ſapienter. Vtiliter quidem petiit, petendo, ſ. illud quod erat ſibi utile, & Deo acceptum, non enim petiit diuitias, licet omnibus bonis eſſet a iudæis expoliata. Non enim petiit uindictã, licet de terra ſua eſſet expulſa, non petiit libertatẽ, licet cum cæteris chananeis in ſeruitute eſſet a iudæis ſubiugata, ſed petiit demonis expulſionem a quo filia ſua tenebatur obſeſa. Sed multæ ſunt matres quæ plus curant filiis ſuis congregare diuitias, q̃ demonis expulſionem. tales multum flebunt, quando filios ſuos ad infernale patibulum duci uidebunt, & dici poterit eis. Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuper me, ſed ſuper filios ueſtros. Flebũt quidem ſuper Chriſtum, ut inducant eum ad compaſſionem. flebunt ſuper ipſas, quia non adhibuerunt circa filios ſuos debitam correctionem. Flebunt ſuper filios quos uidebunt traditos ad æternã damnationem. Sed primas lachrymas dominus remouet, ſcilicet ſuper eum plorent, quia non poſſunt eũ ad miſericordiam inclinare, alias duas cõcedit eis quod, ſ. plorent ſuper ſe, & ſuper filios ſuos. ac ſi dicat dominus. Nolite flere ſuper me, quia nunquam me ad miſericordiã inclinabitis, ſed flere ſuper uos, quia filios ueſtros nõ correxiſtis, & ſuper filios ueſtros quos in perpetuo tormento uidetis. Secundo petiit humiliter, & in tantum humiliauit ſe quod canem ſiue catulam ſe appellauit. Reſpexit

in oratio-



in orationẽ humiliũ. Humilitas. n. orõni coniuncta tria bona facit. Vnum eſt, quia ipſam in cœlum deducit. Secundum eſt, quia uſque ad Deum appropinquare facit, imo non cõſolatur, donec Deo appropinquat. Tertium eſt, quia niſi Deus concedat illud quod petiit, non recedit. Iſta tria tanguntur. Oro humiliantis ſe, nubes penetrat. ecce primum. & donec appropinquat non conſolatur. ecce ſecundum, & non diſcedit donec reſpiciat altiſſimus. ecce tertium.

*Humilitas orationi coniuncta tria bona facit.* *Eccl. 35.*

Tertio petiit feruenter, quod notatur in clamore, non enim clamabat tantum ore, ſed maximè corde, Iuxta illud. Clamavi in toto corde meo exaudi me domine. Et bene dixit in toto corde meo. cum enim in corde ſint duo, ſcilicet intellectus & affectus. illi clamant in toto corde. qui in oratione ſua attentionẽ ſuam habent & deuotionem, iuxta illud. Orabo ſpiritu orabo & mente. Alii clamant cum medio corde qui ſcilicet habent attentionem & nullam ſentiunt deuotionem. Diuiſum eſt cor eorum. Alii clamant cum nullo corde, qui, ſcilicet nullam habent attentionem nec deuotionem. Populus autem hic labiis me honorat cor autem eorum longe eſt a me.

*Pſ. 127.* *In corde ſunt duo.* *1. Co. 14* *Orantiũ uarij modi.* *Oſeæ. 10* *Mar. 7.*

Quarto petiit ſapienter, quia ſapienter ſciuit allegare dicens, Nam & catelli edunt de micis &c. Vnde Chriſtus reſpondit ei ut dicitur Marci. 7. Propter hunc ſermonem dixit. Vade, exiit demonium a filia tua. Allegauit & ſuperius Chriſti miſericordiam, cum dixit, Miſerere mei domine fili Dauid. Et ſuam miſeriam cum dixit, filia mea &c. Iſta duo multum inclinant Deum ad nos ſicut dicit propheta. Primo enim inclinat ipſum ad miſerendum ſua paterna miſericordia, ideo dicit quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dñs timentibus ſe. Secundo inclinat eum noſtra miſeria. ideo ſubditi, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Vbi ponit miſeriam quã habet homo ex parte principii, quia eſt ſicut figmentum de terra formatum. ideo dicit, qm̃ ipſe co. fig. nſm. Deinde ponit miſeriã q̃ habet ex parte finis, ibi futurus eſt puluis & cinis. ideo ſubdit. recordatus eſt qm̃

*Duo ad miſerendum Deũ inclinãt.*

Universidad de Deusto Biblioteca



pulnis ſumus. Tertio ponit miſeriam quam habet ex
parte medii.i. uitę. quia ad inſtar herbæ uel floris, ho-
mo in uita modo floreſcit in iuuentute, modo areſcit
in ſenectute.modo marceſcit & putreſcit in morte, ideo
*Tertio.* ſubiungit, homo ſicut fœnum dies &c. Tertio fit mentio
*Peccator* de filia male a demonio uexata. per hoc ſignatur pec-
*ſignatur* cator q aliqñ a demonio uexatur male, aliqñ peius, ali-
*p fil. Cha* qñ peſſime, male uexatur dum eſt inter proſpera & ad-
*nan. ue-* uerſa nam inter proſpera habet homo impatientiam in-
*xatam.* ter aduerſa habet impatientiam. Dicit enim Aug. q ho-
mo aliquando eſt bonus inter bona aliquãdo malus in-
ter mala. aliquando malus inter bona. Eſt enim aliquan-
do bonus inter bona, ſicut quando aliquis ſanctus uir
inter honores & diuitias conſtitutus, non dimittit ſuam
bonitatem, Deinde inter proſpera ſeruat temperantiã &
humilitatem, talis fuit Abraham, Iob, & Dauid. & alii
ſancti patres, qui de diuitiis pauperes ſuſtentabant, & in-
ter honores ſe non exaltabant, Vnde dicebat unus eorũ.
*Pſ. 130.* Domine non eſt exalta. cor meum. aliquando eſt bonus
inter mala, ſicut aliquãdo aliquis ſeruus Dei inter mala
aduerſa patitur, ſed inter hæc non frangitur, ſed ſicut au-
rum in igne recipit maiorem claritatem. ſic ſerui Dei
inter aduerſa maiorem acquirunt ſanctitatem. Aug.
Quod fornax auro, lima ferro, flagellum grano, hoc fa-
*Eccl. 2.* cit tribulatio uiro iuſto. In igne probatur aurum, & ar-
gentum. homines uero receptibiles, in camino humi-
liationis. Aliquando homo eſt malus inter mala, ſicut
quando aliquis peccator aliqua patitur aduerſa, & ta-
*Hier. 6.* men non emendatur, ſed peior efficitur. Fruſtra con-
flauit conflator, malitiæ enim eorum non ſunt conſum-
ptæ, argẽtum reprobum uocate eos, quia Deus proiecit
illos. Aliquando uerò homo eſt malus inter bona, ſicut
*Pſal. 2.* quando homo malus multa beneficia a Deo recipit &
non cognoſcit ſed potius intumeſcit. Prodiit quaſi ex
adipe iniquitas eorum. Iſti igitur qui uel habent impa-
tientiam in aduerſis, uel elationem in proſperis. male
a demonio uexantur, peius autem uexatur peccator in-





ter peccata. Nam ſicut colligitur ex dictis Salomonis, *Tria ho-*
Tria ſunt quæ homini non dant quietem in domo ſua, *mini non*
ſcilicet fumus ſtillicidium, & uxor mala. Per fumũ intel- *dãt quie-*
ligitur ſuperbia quæ aſcẽdit, Sed cito euaneſcit, & ſicut *tem.*
fumus oculos excæcat ſic ſuperbia mentem obſcurat,
per ſtillicidium intelligitur auaritia, quæ in corde hoĩs
multas anxietates & ſollicitudines ſtillat. Qui uolunt *1. Thi. 6.*
diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum dia-
boli, per malam uxorem intelligitur mala carnis concu-
piſcentia, quæ homines ſtimulat & inquietat. Male igi-
tur peccator uexatur, qui in peccato ſuperbiæ, uel auari-
tiæ, uel luxuriæ eſt, peſſimæ autem uexatur peccator cõ-
ſuetudine longa. tunc enim a diabolo tenetur & per di-
uerſa uita uexatur. Aug. in libro confeſ. Suſpirabam ad
te ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea noluntate,
uelle meum tenebat inimicus, & inde cathenam mihi fe-
cerat, & conſtrinxerat me. Quippe ex uoluntate peruer-
ſa perfecta eſt libido Et dum ſeruitur libidini, facta eſt
conſuetudo. & cum conſuetudini non reſiſtitur, facta
eſt neceſſitas. Quibus quaſi annulis ſibimet annexis
unam cathenam appellaui, tenebat me obſtructum du-
ra ſeruitus. Quarto fit mentio de diſcipulis in quibus *Quarto.*
fuit magna compaſſio, ideo rogabant pro ea dicentes,
Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ex quo docemur q
quando aliqui a Deo petere nolumus, & nos indignos
eſſe reputamus, ad ſanctos uiros accedere debemus.
Vt autem illorum orationes petenti proſint, quatuor *Oratio*
in ſe debet habere, prout oſtendit Dionyſius in eccleſia- *quatuor*
ſtica hierarchia. Primum eſt ut illud quod petit. de- *in ſe ha-*
ſideranter concupiſcat. Deſiderium pauperum exau- *bere dẽs*
dio. Augu. Seruat tibi dominus quo non cito vult da- *ut proſit.*
re, ut tu diſcas deſiderare. Secundum eſt, ut ſit in *Pſa. 8.*
ſtatu gratiæ, quia aliter Deus non exaudiret ſi in pec- *Hier. 1*
cato mortali eſſet. Si ſteterint Moyſes & Samuel co-
ram me, non eſt anima mea ad populum iſtum.
Tertium eſt ut ſe inſufficientem recognoſcat, & iſtum
ad quem accedit ſufficientem eſſe credat. Vnde ami-

Universidad de Deusto Biblioteca

cis. Iob qui non erant digni exaudiri precepit dominus
Iob ſeruus meus orabit pro uobis, faciem eius ſuſci-
piam. Quartum eſt ut iuſta petat. Chriſ. Illa petea
Iob. 42. Deo quæ & tibi expediant, illum, & deceat dare. Si au-
tem ei ſemper petas terrena, aut difficile impetras aut
forte non impetras. Quomodo enim illa tibi libenter
præſtabit non habenti, quę ſi haberes admonet te ut cō
temnas?

*Feria ſecunda ſecundæ hebdomadæ. Sermo primus. In quo declaratur, quædam pertinere ad Chriſtum ut filius Dei, quędam ut filius hominis, & quædam ad Iudæos. qui peccatores ſignant.*

Io. 8. EGO uado & quæretis me & in peccato ue-
ſtro moriemini. In iſto euangelio dominus po-
nit quædam uerba quæ pertinēt ad ipſum, in-
quantum eſt filius Dei, quædam quæ pertinēt ad ipſum
inquantum eſt filius hominis. & quædam quæ pertinent
ad iudęos, per quos peccatores intelliguntur. In quan-
tum ergo Chriſtus eſt filius Dei, tria ſe habere dicit,
ſcilicet cęleſtem originem. eſſentiam inuariabilem, &
æternitatem ſtabilem. Primo igitur habet cęleſtem
Primo. originem, quod oſtendit cum dicit, Ego de ſupernis
Chriſtus ſum. Habet quidem Chriſtus quoddam ſupremum, ſci-
tria ha- licet deitatem. quoddam infimum, ſcilicet humanita-
bet. tem quantum ad carnem, & quoddam medium, ſcilicet
animam rationabilem. Homo enim erat famelicus, ca-
ptiuus, & a Dei uiſione excluſus Quia igitur homo erat
famelicus, ideo Chriſtus dedit ſibi ſuum infimum, ſci-
licet ſuam carnem in refectione. Caro mea uere eſt ci-
Io. 6. bus, & ſanguis meus uere eſt potus. Quia uerò erat ca
ptiuus, dedit ei ſuum medium, id eſt anima in redēptio
Io. 10. nem. Animam meam pono pro ouibus meis. Quia au-
Io. 16. tem erat a Dei uiſione excluſus, dedit ei ſuum ſupre-
mum, id eſt diuinitatem in fruitionem. Hæc eſt uita
æterna,



æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum. Secun- Secundo.
do habet Chriſtus eſſentiam inuariabilem. ideo ſubdi- De eſſen
tur. Si enim non credideritis, quia ego ſum. Non dicit, tia inua-
quia ego fui uel ero, ſed ego ſum, ut oſtendat ſuam inua riabilis.
riabilem eſſentiam. Ego ſum qui ſum. Apud quem non Exo. 3.
eſt tranſmutatio nec uiciſſitudinis obumbratio. Omnis Iacob. 1.
ęnim creatura mutabilis eſt ex parte principii quia de ni
hilo facta eſt. Ex parte medij, quia multiplici uanitati
ſubiecta eſt. Et ex parte finis, quia in terram omnia
redigentur. Cuncta ſubiacent uanitati, quo ad me Ecc. 3.
dium. De terra facta ſunt omnia, quo ad principium.
Et in terram pariter reuertuntur, quo ad finem ulti-
mum. In Deo autem nulla eſt mutatio ſed ipſe manens
immobilis, omnia mouet. Boetius. Stabilis ipſe manens
dat cuncta moueri.

Tertio habet ęternitatem ſtabilem. Ideo dicit, Ego Tertio.
principium qui & loquor uobis. In hoc autem quod uo-
cat ſe principium oſtendit, quod habet cum patre coæ-
ternitatem & æqualitatem. Eternitatem autem oſten-
dit Augu. duplici exemplo. Primo exemplo ignis dicēs, Exem-
Da mihi ignem ſine ſplendore & credam patrem ſine fi- plum.
lio eſſe. Secundo exemplo imaginis & uirgulti dicens,
Ponamus aliquid natum ſuper aquam, ut uirgultum aut
herbam, nonne cum imagine ſua naſcuntur? Aequa Aequali-
litatem autem eius cum patre oſtendit Grego. dupliciter tas diui-
ratione dicens: Quid mirum ſi æqualis eſt patri qui na dupli
prior eſt matre. Chriſtum quoque Dei uirtutem, & citer oſtē
Dei ſapientiam eſſe apoſtolo atteſtante dicimus: quis ditur.
autem homo æquanimiter ferret ſi quis ei diceret. Ma-
ius quidem es, ſed ſapientia tua minor eſt te. Secun- Tria de
do inquantum fuit filius hominis tria de eo dicuntur, Xp̄o di-
ſcilicet quòd fuit ualde ſecurus, ualde ſanctus, ad pa- cūtur, ut
tiendum ualde ſpontaneus. Primo quidem fuit ual- filius ho-
de ſecurus, quod notatur cum dicitur: Qui me mi- minis.
ſit mecum eſt, non reliquit me ſolum. Homo enim in
nullo ſtatu eſt ſecurus, nec in uita, nec in morte:
nec poſt mortem. Nam in uita poteſt cadere. Qui

Universidad de Deusto Biblioteca



1.Co.10 ſtat uideat ne cadat. In morte diabolus nititur ipſum de
Gen. 3. cipere. Dictum fuit ſerpenti. Tu inſidiaberis calcaneo il
lius. Poſt mortem diabolus conatur laqueos apponere.
Pſ. 139. In uia hac qua ambulabã abſconde. ſuperbi laque. mihi.
Chriſtus autem fuit ualde ſecurus, quia pater eum nun-
*Pater nũquam ſilium reliquit.* quam reliquit, ſed ſemper ſecum fuit in uita, in morte, &
poſt mortem. Nam ſecum fuit in uita omnia opera fa-
ciendo. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Itẽ
ſi non facio opera patris mei, nolite mihi credere, ſi aũt
Ioan. 14. facio, & ſi non uultis mihi credere, operibus credite, ut
Ioan 10. cognoſcatis, quia ego in patre, & pater in me eſt. Fuit ſe-
Hier. 20. cum in morte, dæmones & omnes hoſtes debellãdo. Do
minus mecum eſt tanquam bellator fortis, iccirco, qui
perſequuntur me cadent & infirmi erunt. Fuit ſecum poſt
Pſ. 15. mortem ipſum reſuſcitando. Non derelinques animam
meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum uidere corru-
ptionem. Secundo Chriſtus fuit ualde ſanctus, cum uo-
luntatem Dei ſemper fecit. quod notatur cum dicitur,
Quia quæ placita ſunt ei facio ſemper. Nemo enim eſt,
qui & ſi aliquando beneplacita Dei faciat, qui ſemper fa
ciat. Nemo eſt, qui aliquando non omittat aliqua, uel
qui aliquando aliqua negligenter non faciat, uel qui ali
quando uenialia non committat, Chriſtus nihil unquã
Eſa. 5. omiſit. Quid eſt quod debuit facere uineę meæ & nõ fe
Pſ. 18. ci? Nihil unquam negligenter, ſed ſollicite fecit. Exulta
uit ut gygas ad currendam uiam. Nullum etiam peccatũ
1. Pet. 2. commiſit. Qui peccatum non fecit nec inuentus eſt do-
lus in ore eius. Tertio Chriſtus fuit uoluntarie paſſus,
quod notatur per hoc, ꝙ in ſuis prædicationibus, paſſio
nem ſuam manifeſtabat dicens. Cum exaltaueritis filiũ
hominis &c. Vocat autem exaltationem ſuam paſſionẽ,
*Chriſtus quare in aere uoluit in morte eleuari.* eo, ꝙ Chriſtus non ſub tecto uoluit pati, ſed in aere uo-
luit eleuari. Patiebatur enim non tantum, ut homines
redimeret, ſed etiam ut elementa purgaret. Infecta qui-
dem fuerat terra, ex innocentis ſanguinis effuſione. In-
fecta fuerat aqua, ex hoſtiarum idolatrarum oblatione.
Infectus fuerat aer, ex immolatorum thurificatione.

Infectus



Infectus ignis, ex ſacrificiorum concrematione. Sed
Chriſtus mũdauit terram, quando triginta tribus annis
ſuper eam ambulauit. Mundauit aquam, quando in flu-
mine Iordanis baptizari uoluit. Mundauit aerem, quan-
do in aere crucifixus fuit. Mundauit ignem, quando ſpi-
ritus ſanctus in ſpecie ignis deſcendit. Tertio Chriſtus
dixit quędam quæ ſpectant ad Iudęos, per quos intelli-
guntur peccatores. De quibus tria dixit. Primo ꝙ habẽt
uiam uitæ cõtrariam Chriſti, cum dicit. Quò ego uado,
uos non poteſtis uenire. Chriſtus enim ibat per uiam hu
militatis, & ipſi erant ſuperbi. Per uiam paupertatis, & ip
ſi erant auari. Per uiam puritatis, & ipſi erant immundi.
Sicut exaltantur cęli a terra, ſic exaltatæ ſunt uiæ meę a *Eſa. 55.*
uiis ueſtris, & cogi. meæ a cogi. ue. Secũdo dixit, ꝙ habi-
turi ſunt regionem infimam, cum ait. Vos deorſum e-
ſtis. Eſt enim poſt hanc uitam quidam locus ſuppremus,
ſcilicet cœlum, ad quem ituri ſunt uiri perfecti, quidam *Tria loca post hanc uitam.*
medius, ſcilicet purgatorium, ad quem ituri ſunt uiri im
perfecti, qui ſecum portauerunt lignum, fœnum, & ſtipu
lam. Quidam eſt locus infimus, ſcilicet infernus ad quẽ
ituri ſunt peccatores & mali. De quibus dicitur hic. Vos
de deorſum eſtis. &c. De hoc triplici loco dr̃. Calix in Pſ. 74.
manu domini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex
hoc in hoc, ueruntamen fex eius non eſt exinanita, bi-
bent omnes peccatores terræ. Calix plenus uino mero,
eſt regio beatorum, ubi pura gloria percipietur. Calix
plenus uino mixto, eſt regio purgandorũ, ubi poſt admi
xtionem pœnæ dabitur gloria. Calix plenus fęce eſt re-
gio damnandorum, ubi ira Dei uſque ad fęces bibetur.
Iuxta illud. Bibiſti de manu calicem iræ eius, & potaſti *Eſa. 5.*
uſque ad fęces. Tertio Chriſtus dixit de malis, ꝙ habẽt
mortem periculoſam cum ait. Moriemini in peccato ue-
ſtro Circa quod ſciendum, ꝙ aliud eſt mori pro peccato *Mori in peccato quid ſit.*
aliud mori peccato, & aliud mori in peccato. Pro pecca
to aũt non eſt mortuus niſi unus, ſcilicet Chriſtus, qui
pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Pro *1. Pet. 3.*
peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Peccato

G autem

Universidad de Deusto Biblioteca



aũt moriunt̃ uiri ſancti. Peccatis mortui, iuſte autẽ uiuamus. In peccato autem moriuntur ſcelerati. De quibus dicitur hic, Moriemini in peccato veſtro. *2. Pet. 3.*

*Eadem feria ſecunda ſecunda hebdomadæ. Sermo ſecundus. In quo denotatur, quod Chriſtus in cruce uoluit exaltari, ut nos doceret, ut ab hoſtibus conſeruaret, unde nos reuocaret, & unde recuperaret.*

CVm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Quia homo in terra iacebat, & ſurſum aſcendere non poterat, ideo Chriſtus ad terram uenit, ut aſcenſum homini præpararet, & ad cœlum per eum aſcendere poſſet. Si igitur Chriſtus in cœlo ſemper manſiſſet nimis fuiſſet in loco alto, nec homo ad ipſum ſe erigere potuiſſet. Si uero in terra ſtetiſſet, nimis fuiſſet in loco depreſſo. Ideo Chr̃s uoluit pati in loco medio, i. in aere, ut homo ad ipſum poſſet ad cœlum aſcendere. Et hoc eſt quod dicit exal. fi. ho. ſ. in aere ipſum crucifigendo, tunc cognoſcetis quia ego ſum, ſ. mediator, uos Deo reconciliando. Notandum aũt eſt ꝙ Chr̃s in cruce uoluit exaltari tanq̃ in cathedram, unde nos doceret, tanq̃ in ſpeculam, unde nos ab hoſtibus conſeruaret, tanq̃ in ſpectaculum, vnde nos reuocaret, tanquã in patibulũ, unde perditos recuperaret. Primo igitur exaltari uoluit in Cruce tanquam in cathedram, vnde nos doceret. Augu. ſuper Ioan. Lignum illud in quo fixa erant membra morientis, & cathedra fuit magiſtri docentis. Docuit autẽ Chriſtus de cathedra Crucis quatuor lectiones. Prima fuit lectio magnæ pietatis qñ, ſ. matrem Ioãni cõmendauit dicens. Ecce mater tua. per quod datur intelligi, ꝙ filii tantæ debent eſſe pietatis ad parentes, ꝙ non tm̃ in uita dẽnt eis curam agere: ſed etiam qñ moriuntur, debẽt pro eis orare. Secunda lectio eſt charitatis, qñ dixit. Pater dimitte illis: quia neſciunt quid faciunt. Ecce quanta charitas, quia illi eum occidebant, & ipſe pro ipſis orabat. Tertia lectio eſt magnæ compaſſionis quando dixit.

*Quare Chriſtus in Cruce exaltari uoluit.*

*Primo.*

*Chriſtus in cruce 4. docuit lectiones*

*Io. 19.*

*Luc. 23.*

xit.



xit. Deus meus ut quid dereliquiſti me. Ecce quanta cõpaſſio, quia dereliquerant eum noti & proximi, ſeu propinqui. Dereliquerant eum diſcipuli. derelictus uidebatur a patre, mater eum non dereliquerat, quę iuxta crucẽ ſemper ſtabat. Quarta lectio fuit magnæ deuotionis quando dixit. Pater in manus tuas com. ſpi. meum. Ecce quanta deuotio, quoniam totus vulneratus erat. Inter vulnera ſuæ animæ memor erat. Per quod datur intelligi, quod in articulo mortis exiſtens, omnia alia debet dimittere & curam ſuæ animæ debet habere. Secundo Chriſtus in Cruce exaltari uoluit tanquam in ſpeculam unde poſſit nos ab hoſtibus conſeruare. Solent homines ſpeculam erigere, & homines ſpeculatores ibi ponere, ut uiatoribus ibi clament ut ab hoſtibus ſe obſeruent. Ambulantibus uerò per uiam mundi multa pericula imminent tam a mundo, qui vult frangere per impatientiam, quàm a carne, ꝙ vult allicere per cõcupiſcentiã, quàm etiam a diabolo, qui vult decipere per aſtutiã. Ideo Chriſtus in ſpeculam crucis aſcendit, & clamat ne dimittamus nos a mundo frangi, nec a carne allici, nec a diabolo decipi. Clamauit aũt multipliciter in Cruce. Primo orationibus deuotis. Secundo lachrymis amaris. De his duobus habetur. Qui in diebus carnis ſuæ, præces ſupplicationeſq; ad Deum qui poſſit illum ſaluum facere a morte cũ clamore ualido & lachrymis offerẽs &c. Tertio clamauit ſang. &c. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem, melius loquẽtem quàm Abel. Quarto clamauit corde. Nam ipſum cor homini manifeſtauit quando latus ſuum aperiri uoluit & talis apertio fuit maxima amoris clamatio. Tertio aſcendit in cruce tanquam ad ſpectaculum, unde nos reuocaret, Quando enim aues ad dominos ſuos redire nolunt ad ſpectaculum aſcendere & oſtenſo aliquo fruſto carnis, aſſimilare, & ſic eas reuocare non ceſſant. Homo auis contumax a Deo auolauerat. Effraim quaſi auis auolauit. Ideo Chriſtus crucis ſpectaculum aſcendens, totum corpus ſuum cruentauit, ut ad ſe fugitiuos homines reuocaret.

*Matt. 27*

*Luc. 23.*

*Ambulãtium mũdi uiam, diuerſa pericula.*

*Chriſtus multipliciter clamauit in cruce.*

*Heb. 5.*

*Heb. 12.*

*Tertio.*

*Oſeæ. 9.*

Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed notãdum, ꝙ triplici de cauſa aues ad dominos ſuos
*Triplici* redire nolunt. Aut quando ſunt nimis repletæ, aut quan
*de cã ho-* do in deuorationem prædæ ſunt occupatæ, aut quando
*mines ad* non ſunt bene domeſticæ. Iſta triplici de cauſa homines
*Deũ non* ad Deum non redeunt, ſed potius fugiunt. Primo quan-
*redeunt.* do diuitiis ſunt repleti nimis. Incraſſatus eſt dilectus &
*Deut. 32* recalcitrauit, incraſſatus ĩpingnatus dilatatus, dereliq
factorem ſuum & re.a Deo ſa.ſuo. Secundo quando ſpur
ciitiis peccatorum ſunt dediti. Tales ſimiles ſunt coruo
quem Noe de arca emiſit, qui deuorationi cadauerũ ſe
dedit, & ideo ad arcam non rediit. Tertio quando non
ſunt bene domeſtici. Dicitur de leone, ꝙ quando coram
leone flagellatur canis, leo domeſticatur. Multo autem
fortius domeſticatur canis, ſi ante ipſum flagellaretur leo.
Pueri etiam uolentes domeſticare aues, & ad loquendum
docere, dant eis uinum bibere. Nullum eſt animal ita ſil
ueſtre, quod ex beneficiis nõ efficiatur manſuetum. & be
ne. Et tamen multi ſunt ita Silueſtres. quòd domeſticari
non poſſunt. Nec ex flagellatione leonis, ideſt Chriſti
nec ex potu ſui ſanguinis, nec ex collatis beneficiis. Qua
to aſcendit in cruce tanquam in paxillum, ut inde perdi-
*Antiqua* tos recuperaret. Conſuetudo fuit antiquitus, ꝙ res per
*cõſuetu-* ditæ, quando inueniebãtur, in paxillo ſuſpendebantur
*do.* Olim perditi erant Angeli quantum ad ſui numeri dimi
nutionem. Erant perditi actiui, quia non poterant face-
re aliqua meritoria opera. Erant perditi prælati, quia nõ
poterant ſubditos inſtruere, per aliquam ſalutiferam ex-
hortationem. Erant perditi contemplatiui, quia non po-
terant Deo uacare, per aliquam dulcem inſpirationem.
Sed iſta omnia, & quæ erant perdita per Chriſtum ſunt
inuenta, & in paxillo crucis ſuſpenſa. Et hoc eſt, quod di
*Eſa. 22.* citur. Figam illum paxillum in loco fideli, & ſuſpendam
ſuper illum omnem gloriam domus patris eius. Vaſorum
diuerſa genera. Omne uas paruulum a uaſis craterarum
uſque ad omne uas muſicorum. Et hoc quod dicitur.
Suſpendam ſuper illum omnem gloriam patris eius, re
fertur ad Angelos, qui ſunt gloria domus Dei. Hoc qd
dicitur,



dicitur. Omne uas paruulum, refertur ad ſubditos & a-
ctiuos. Hoc quod dicitur. A uaſis craterarum, refertur
ad prælatos, qui uino ſacræ ſcripturæ alios habent im-
buere. Hoc qđ dicitur. Vſque ad omne uas muſicorũ, re
fertur ad contẽplatiuos, qui habent in cordibus ſuis de-
cantare domino. Nolite inebriari uino in quo eſt luxu- *Ephe. 5.*
ria, ſed impleamini ſpiritu ſancto, loquentes uobiſmetip
ſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus cantan
tes & pſallentes in cordibus ueſtris domino.

*Feria tertia, ſecundæ hebdomadæ, ſermo primus, In quo tres regulæ prælatorum & tres ſubditorum a Chriſto datæ, ponuntur.*

SVper cathedram Moyſi ſederũt ſcribæ & phariſæi. *Mat. 23.*
Omnia ergo quæcunque dixerint uobis ſeruate &
facite. In præſenti uita dominus eſſe uoluit quoſ- *Regulas*
dã prælatos & quoſdam ſubditos. & utriſq; certas regu- *omnibus*
las dedit. Prælatis nanque dedit tres regulas. Prima eſt, *Chriſtus*
ut ſubditos uerbis & exemplis inſtruant. Secunda eſt, ꝙ *dedit.*
ſibi fortia & ſubditis leuiora imponant. Tertia eſt, ꝙ de
poteſtate ſibi collata non glorientur nec ſuperbiant. Cõ
tra primam regulam faciunt uerboſi. Contra ſecundã,
ſuperſtitioſi. Contra tertiã, ambitioſi prælati. Eſt igitur *Prima re-*
prima regula prælatorum, ut ſubditos uerbis & exẽplis *gula.*
inſtruant. Sed contra hanc regulam faciunt prælati uer-
boſi, qui bona multa dicunt, ſed nulla bona faciũt. quos
dominus repræhẽdit dicẽs. Super cathedram Moyſi &c.
Omnia ergo quæcunque &c. ſequitur. Secundum opera
eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Monet *Prælato-*
igitur ſubditos, ut quando ſunt aliqui prælati, qui habẽt *rũ malo-*
bona uerba, ſed mala opera, nõ deſpiciãt uerba propter *rum bona*
opera, ſed relinquant uitam & accipiant doctrinam. Et *uerba de-*
illud dicit Chryſ ſuper Mat. triplici exemplo dicẽs. Ecce *ſpici non*
uilis terra pretioſum aurum ducit. nunquid propter ui- *debẽt tri-*
lẽ terram, pretioſum aurum contemnitur? Aurum eligi *plici exẽ-*
tur, & terra relinquitur, ſic & nos doctrinam accipite, & *plo.*
mores

Universidad de Deusto Biblioteca



mores relinquite. Secundum exemplum ponit dicẽs. Nã & apibus herbæ non ſunt neceſſariæ, ſed flores colligũt, & herbas relinquunt. Sic & uos flores doctrinæ colligite, & conuerſationem relinquite. Poteſt addi tertiũ exẽplũ, quia ſpinæ lilia producunt, & tñ homo lilia odorat, & ſpinas vitat. Sic etiam quilibet debet uitare vitã ſpinoſam prælati, & accipere Dei doctrinam odoriferam. Primum exemplum pertinet ad prælatum immundum, qui eſt ſicut lutũ habẽs aurũ. Eſt enim lutum propter immundam vitã, & ideo de plateis cœleſtis Hieruſalẽ expurgabitur & in cloacã infernalẽ proiicietur. Vt lutũ platearum

Pſ. 17. delebo eos. In iſto luto, aurum inuenitur, quãdo doctrina ſana ab eo profertur. Verba enim Dei dicuntur aurũ, quia ſicut aurum eſt incorruptibile, ſic verba Dei conſeruãt hominem, a putrefactione peccati. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.

Pſa. 118 Secundum exẽplum pertinet ad prælatum ſuperbum. Eſt n. ſicut herba habens florem amenum. Sicut enim herba viret, & cito areſcit, ſic ſuperbus cito extollitur & ſubito deiicitur. Pſal. Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, ueſpere dec. indu. & areſ. Per mane intelligitur iuuẽtus, ſiue ſanitas, ſiue uita. Per ueſpere econuerſo intelligi poteſt ſenectus, uel infirmitas ſiue mors. Et huic triplici ſtatui reſpondent tria uerba quæ ſequũtur, ſcilicet decidat, induret, & areſcat. Eſt ergo ſenſus, ꝙ ſuperbus uiget in mane ſanitatis, ſed decidit in lutum in ueſpere infirmitatis. Floret in mane iuuentutis, ſed induratur in ueſpere ſenectutis. Viret in mane præſentis uitæ, ſed areſcit in ueſpere mortis. Iſta herba florem producit, quando prælatus ſuperbus uerba Dei ꝓponit. Et dicũtur uerba Dei flos, quia ſicut flos ꝓducit fructum, ſic uerba Dei faciũt hominem generare opus ſuum bonum. Voluntariè enim genuit nos uerbo ueritatis. Tertiũ exemplum pertinet ad prælatum auarum, quia eſt ſicut ſpina habens lilia.

*Diuitiæ ſpinæ uocantur.* Diuitiæ enim ſpinæ uocantur. ſicut habetur. Quod autem in ſpinis cecidit hi ſunt, qui audiunt & a ſolicitudinibus & diuitiis uoluptatibus uitæ euntes, ſuffocati ſunt.

*Luc.* 8.

Tunc



Tunc autem iſta ſpina producit lilium, quando prælatus auarus profert Dei uerbum. Et dicitur uerbum Dei liliũ, quia ſicut ad odorem lilii, ſerpentes fugiunt & homines attrahuntur, ſic homines ſerpentini, uerbum Dei faſtidiuntur. Omnem eſcam abhominata eſt anima eorum. *Pſ.* 106

Boni autem dulciter appetunt, quam dulcia faucibus meis eloquia tua. *Pſ.* 124

Secunda regula prælatorum eſt, ut ſibi fortia & ſubditis leuiora imponant. Contra iſtam regulam faciunt prælati ſuperſtitioſi, quos dominus reprę hendit dicens. Alligant onera grauia & importabilia & imponunt in humero hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Et iſtud eſt contra ſacerdotes, qui pœnitentias nimis graues imponunt. Quod tamen non debet fieri tribus de cauſis ſecundum Chryſoſto. Prima eſt propter maius periculum, quia ſæpe talis homo pœnitẽtiam ſibi datam proiicit, & tanquam deſperatus ad peccata redit. Et ponit exemplum dicens. Si enim pondus ſuper humeros adoleſcentis poſuerit, quòd non poſſit portare, neceſſe habet, ut aut pondus reiiciat, ut ſub põdere confringatur. Sic homini cui graue pondus pœnitentię ponis, neceſſe eſt, ut aut pœnitentiam deiiciat, aut ſuſcipiens dum ferre non poteſt ſcandalizetur, & amplius peccet. Secunda ratio eſt propter uitandum Dei iudicium. Vnde ſubditur. Denique fiet ramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam dare rationem, quàm propter crudelitatem. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Talis poterit dicere Deo. Domine *Iac.* 2.

ſicut feci aliis, facias mihi. Aliis fui miſericors, & tu eſto mihi miſericors. Iſtam allegationem facit propheta dicens. Non abſcondi miſericordiam tuam & ueritatem tuam a con. multo. Domine ne longe facias miſera. tuas a me. ac ſi dicat, ſicut aliis miſericordiam meam non abſcondi, ſic & tuam a me non abſcondes. Tertia ratio eſt propter liberalem dominum. Chryſoſtom. ubi pater familias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax, Si Deus eſt benignus,

ut

Universidad de Deusto Biblioteca



ut q̃d ſacerdos eius auſterus? Deus quidem adeò largus
eſt, ꝙ peccatum dimittit aliquando tribus ſyllabis, ſicut
patet quando Dauid dixit, Peccaui. Aliquando cum pau
*2. Re. 12* cis lachrymis, ſicut patet in Petro, qui egreſſus foras fle
*Mat. 26* uit amare. Aliquando cum ſolo propoſito cordis. Iuxta
*Mar. 14* illud prophetæ, Dixi, id eſt firmiter deliberaui. Confite
*Pſ. 31.* bor aduer. me iniuſti. meam domino, & tu remi. impieta
tem peccati mei. Tertia regula prælatorum eſt, ꝙ de ſua
poteſtate non ſuperbiant. Contra quam regulam faciunt
prælati ambitioſi, quos dominus reprehendit cum dixit
Omnia uerò opera faciunt, ut uideantur ab hominibus
*Vanæ glo* dilatant enim phylateria ſua &c. illud uitium uanæ glo
*riæ uitiũ* riæ uere prælatis eſt cõmune, & difficile poteſt uinci du
*prælatis* plici de cauſa ſicut dicit Chryſoſt. Prima cauſa eſt, quia
*eſt com-* omnia uitia habent bona cõtraria, per quæ uincuntur
*mune.* ſicut fornicatio uincitur per caſtitatem, ſuperbia per hu
militatem, iracundia per manſuetudinem, ſola autem
uana gloria non habet aliquod bonum per quod ſupere
tur. Secunda cauſa eſt, quam ibidem Chryſ. aſſignat, quia
ex omni re naſcitur, quod eã exterminat, ſicut ex ligno
naſcitur uermis, qui ipſum corrodit, ex ueſtiméto naſci
tur tinea, quæ ipſum exterminat, ex oleribus naſcitur
eruca, quæ olera corrumpit, ſic ex aliquo bono opere
naſcitur uana gloria, quæ ipſum opus inficit. Et quoniam
uana gloria de bono opere naſcitur, ideo non extingui
tur per bonum, ſed magis nutritur. Poſtea ſubdit Chry
ſoſt. Nullũ ergo remediũ poteſt eſſe contra uanam glo
riam, niſi oratio ſola, & adhuc ipſa uanitatem habebit
*Subdito-* niſi caute effuſa fuerit. Secundo Chriſtus ponit in euan
*rũ regulæ* gelio regulas ſubditorum, quæ ſunt tres. Prima eſt, ut
*tre.* ot non aſſumant officium docendi, unde ait. Vos autem
*Primà.* nolite uocari rabbi &c. Officium enim ſubditorum, non
eſt docere, ſed audire, ſicut enim in corpore aliud eſt of
ficium oculi, aliud auris, & aliud cęterorum membro
rum, ſic eccleſia aliud habet officium ad prælatos, aliud
ad ſubditos. Prælatus enim ad inſtar oculi habet illumi
nare, ſubditus uerò ad inſtar auris, habet audire, ſicut
ergo



ergo confuſio eſſet in corpore, ſi omnia membra eſſent
oculi, ſic confuſio eſſet in eccleſia, ſi omnes fideles uel
lent docere. Si dixerit auris, quoniam nõ ſum oculus, *1 Cor. 2.*
non ſum de corpore, nõ ideo non eſt de corpore. Si totũ
corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odo-
ratus. Secunda regula ſubditorum eſt, ut non appetant
eſſe filii terreni, ſed filii Dei, & ideo ſubdit, patrem no-
lite uocare uobis ſuper terram, unus enim eſt pater ue-
ſter, qui in cœlis eſt. Sunt enim tria ſigna, per quæ co-
gnoſcuntur filii Dei, & filii terreni. Primum eſt quia fi-
lii Dei reſpiciunt ad cœlum cœleſtia deſiderando dicen-
tes, Pater noſter, qui es in cœlis. Filii autem mundi, reſpi
ciunt ad terram, terrena deſiderando. Ipſi de mundo *1. Io. 4.*
ſunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos au-
dit. Iſto modo probat aquila pullos ſuos. nam illos
quos uidet reſpicere ad cœlos tanquam proprios nutrit,
illos autem quos uidet ad terram reſpicere, tanquam de
generes abiicit. Secũdum ſignum eſt, quia filii Dei ſunt
albi, per puritatem, filii autem terreni nigri ſunt per im
puritatem. Dicit enim glo. ſuper illud Pullis coruorum *Pſ. 106.*
inuocantibus eum, ꝙ pulli coruorum, quandiu habent
pennas albas, ſpaſcũtur a Deo, ſed poſtquam incipiunt ni
greſcere, paſcuntur a coruis, per quod datur intelligi, ꝙ
Deus paſcit illos tanquam filios, qui ſunt albi per mũdi
tiam, diabolus autem paſcit illos, qui ſunt nigri, per ma
litiam. Tertium ſignum eſt quia filii Dei parentes ſuos
honorant, & nutriunt, filii autem terreni, econuerſo eos
deſpiciunt. Legitur ꝙ cyconiæ parentes ſuos cum ſenue
rint, in nido collocant, & uſque ad mortem eos nutriũt.
Filii autem uiperarum, uentrem matris lacerant, & oc-
cidunt. Illi ergo ſunt filii Dei, qui parentes honorant &
fouent. Qui timent dominum, honorant parentes. Illi *Eccl. 3.*
autem qui eos deſpiciunt, non ſunt filii Dei, ſed uiperæ,
& ideo maledicti. Eſt maledictus a Deo, qui exaſperat *Eccl. 3.*
matrem. Tertia regula ſubditorum eſt, ꝙ nõ debet exal
tari, ſed humiliari, ideo ſubditur, qui autem ſe exalta-
uerit humiliabitur &c. Sunt enim quædam leuia, & quę-
dam

Universidad de Deusto Biblioteca



dam grauia, & quædam media, nam leuium eſt ſurſum
eleuari, & grauium eſt deiici deorſum. Humilitas enim
*Eccl.* 35. facit cor leue. & ideo ipſum eleuat, uſque ad cœlũ. Ora
tio humilitatis ſe nubes penetrat. Sũpbia uerò facit cor
graue, & ideo ipſum in profundum deiicit. Deiecisti eos
dum alleuarentur. Vnde dictum eſt lucifero dicenti. In
cœlum conſcendam. Verumtamen ad infernum detra
*Eſa.* 14. heris, in profundum laci. Anima uerò dũ eſt corpori ad
iuncta, licet de ſe habeat leuitatem, tamen a corpore ha
*Sap.* 9. bet grauitatem iuxta illud. Corpus quod corrumpitur
aggrauat animã, & ideo animæ ſanctorum, quamdiu
ſunt in hac uita, nec omnino eleuantur propter corporis
grauitatem, nec omnino in terra commorantur, cum
habeant cœleſtium deſideriorum auiditatem, ſed in me
dio commorantur, modo aſcendentes per contempla
tionem in cœlum, modo aſcendentes ad terram per ne
*Eze.* 8. ceſſariorum prouiſionem. Vnde dicitur. Eleuauit me ſpi
ritus inter terram & cœlum. Non dicit propheta. Poſuit
me in terram, quia ibi ſunt auari, nec dixit eleuauit me
in cœlum, quia ibi ſunt ſuperbi, ſed dixit eleuauit me in
ter cœlum & terram, quia ibi ſunt ſancti, prout ſunt in
hac uita corruptibili poſiti.

*Eadem feria tertia ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſermo ſecundus, De lata ſpatioſaque ſuperbiæ uia, Deque anguſta, arctaque humilitatis.*

QVi ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humilia
uerit exaltabitur. Poſtquam dominus ſcribas
& phariſeos, de ſuperbiæ ambitione repræhen
dit, conſequenter diſcipulos ad humilitatem re
ducit, quia ſicut dicit Chryſ. Infructuoſum uerbum eſt,
quo ſic alter confunditur, ut alter non erudiatur, nam
& Deus inquit, non propter malos caſtigationem ſuper
terram tranſmittit, ſed propter bonos, ſcit enim quia
malos flagella non corrigunt, ſed malos caſtigat, ut cor
rigat bonos, quia niſi bonus ammonitus fuerit, per negli
gentiam



gentiam euaneſcit. Ponit autem dominus in uerbis præ
dictis duas uias, & duos fines uiarum. Prima eſt uia
ſuperbiæ, quæ eſt lata, & ſpacioſa, & ducit ad perditio
nem. Secunda eſt uia humilitatis quæ eſt arcta & angu-
ſta, & ducit ad ſaluationem. Superbia autem eſt quod- *Species*
dam triuium, eo quod habet tres uias, i. tres ſpecies ſu- *tres.*
perbiæ. Prima eſt ſuperbia in affectu, & iſta ortum ha-
buit in cœlo. Secunda eſt in intellectu, quæ ortum ha-
buit in paradiſo. Tertia eſt in actu, & iſta eſt ſparſa per
totum mundum. Prima igitur, ſ. ſuperbia eſt in affectu,
quæ conſiſtit in appetitu excellentiæ, & iſtã habuit Lu-
cifer in cœlo, qui uoluit dominari, & uſq; ad cœlum ex-
altari. In cœlum conſcendam ſuper aſtra cœli exal. ſo. *Eſa.* 14.
meum &c. Et quia ſuperbia eſt naturæ cœleſtis, ex eo ꝙ
in cœlo orta fuit, ideo ſæpè uiros ſpirituales, & cœleſtes
inuadit, ſicut inuaſit apoſtolos. Intrauit autem cogita- *Luc.* 9.
tio in eos, quis eorum eſſet maior. Acceſſerunt ad Ie- *Mat.* 20.
ſum Iacobus, & Ioannes & dixerunt, Da nobis ut unus *Mar.* 10
ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam, ſedea-
mus in gloria tua. Secunda ſuperbia eſt in intellectu,
quæ conſiſtit in appetitu uanæ & mundanæ ſcientiæ, &
iſta ortum habuit in paradiſo, quando primi parentes
uoluerunt habere ſcientiam Dei. Eritis ſicut dii ſcientes *Gen.* 2.
bonum & malum. Iſta ſuperbia multos inuadit, quia
multi ſuperbi ſunt in ſuo ſenſu. Ideo dicitur. Super- *Tob.* 4.
biam nunquam in tuo ſenſu aut in tuo uerbo domina-
ri permittas. Ve qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris, & *Eſa.* 5.
coram uobiſmetipſis prudentes. tales non appetunt ſa
pientiam Dei, ſed mundi. Sapientes ſunt ut faciant
mala, bene autem facere neſcierunt. Sapientia carnis *Hier.* 4.
mors eſt.

Tertia ſuperbia eſt in actu, quæ conſiſtit in irrogatio- *Rom.* 8.
ne iniuriæ, & iſta ſparſa eſt in toto mundo, quia mali &
potentes bonos opprimunt, & perſequuntur. Opprima- *Sap.* 2.
mus pauperem iuſtum, & non parcamus uiduæ nec uete
rano, ſit aũt fortitudo nr̃a lex iuſtitiæ. Impius præualet *Abac.* 1.
aduerſus iuſtum quare reſpicis, ſuper inique agentes, &

Universidad de Deusto Biblioteca



taces deuorante impio iuſtioré ſe, & facies hominis qua ſi piſces maris? Sed nunc uideamus ad quos fines uiæ
*Superbia quo ducas.*
iſtæ perducunt. Prima eſt uia ſuperbiæ quæ perducit ad profunditatem infimam. unde dictum fuit lucifero dicenti, In cœlum aſcendam &c. Verumtamen ad infernum detraheris in profundũ laci. Legitur, ꝙ quidam dixit
*Nota contra ſuperbos.*
Alexandro ſuperbo. Quamuis leo ſit rex animalium, tamẽ fit ſæpe cibus formicarum, & arbor procera cito eradicatur, a uiolẽtia uẽtorum, ſic & tu quamuis ſis rex hominum, tñ cito eris cibus uermiũ, quãuis ſis altus, tamẽ cito eris depræſſus. Secunda ſuperbia ducit ad æternam ignorãtiam. Legitur, ꝙ Ariſt. poſt mortẽ ſuã cuidã diſcipulo ſuo apparuit dicens, ſe totam ſcientiam ſuam amiſiſſe, nec aliquid ſcire niſi pęnam ſuãm. Nec ratio, nec ſapi- *Eccl. 9.*
*Perſequẽtium uarietas, eorumque pœnæ.*
entia erũt apud inferos. Tertia ſuperbia perducit ad infernalem cruciationem. mali enim perſequuntur bonos in perſona, aliquando uſq; ad ſanguiné perſequendo, aliquando in terrena ſubſtantia bonis omnibus ſpoliando, aliquando in fama, falſa crimina imponendo. Sed illi qui in perſona uſque ad ſanguinem alios perſecuti ſunt, ſanguine iræ Dei inebriabuntur. *Apo. 16.* Sanguinem ſanctorum & prophetarum effuderunt, & ſanguinem dediſti eis bibere ut digni ſunt. *Apo. 14.* Hoc bibet de uino iræ Dei. Legitur, ꝙ Thamaris regina, caput Cyri regis in utrem ſanguine plenum miſit dicens, Satiare ſanguine, quem ſitiſti. Illi qui perſequuntur alios, in terrena ſubſtantia, in uentre ſcindentur, & in auro liquefacto concremabuntur. *Iob. 20.* Diuitias quas deuorauit euomet, & de uentre illius extrahet eas Deus.
*Nero ad uocatis.*
Legitur, ꝙ Nero imperator, qui fuit alienorum rerum raptor, uiſus eſt apud inferos balneare ſe in auro liquefacto, & cum uidiſſet cuneos aduocatorum, dixit eis, uenite ad me uenale genus hominum, & mecũ balneamini, quia uobis optimam partem reſeruaui. Illi qui perſequuntur alios in fama, falſa crimina imponendo, omnia ſua crimina in collo ſuo imponentur, & ab omnibus cognoſcentur. *Thren. 1.* Vigilaui iugum iniquitatum mearum, & in manu domini conuolutæ ſunt, & impoſitæ



collo meo. Reuelabo pudenda tua & oſtendam cunctis gentibus nuditatem tuam, & cunctis regnis ignominiam tua. *Can. 3.* Secunda uia eſt humilitas. Et per iſtam uiam iuit Chriſtus. Humiliauit ſemetipſum factus obediens uſque &c. *Phil. 2.* Iuit beata Virgo. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. *Luc. 1.* Iuerunt omnes ſancti, tam maiores, quàm minores. Omnis mons & collis humiliabitur. *Eſa. 40.* Finis autem uiæ huius humilitatis eſt, quia ducit ad gratiam in præſenti. Deus ſuperbis reſiſtit. humilibus autem dat gratiam. *Iac. 4.* Et ducit ad gloriam in futuro. Iob. Qui humiliatus fuerit erit in gloria.
*Humilitas quid mereatur*
Ipſa quidem humilitas meretur gratiæ impletionem, impletæ augmentationem augmentatæ conſeruationẽ, conſeruatæ glorificationem. Primo namque meretur gratiæ impletionem. Qui emittis fontes in cõuallibus, id eſt gratiam ſuã pręſtat humilibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ. *Pſ. 103.* Duo montes, ſunt duæ ſpecies ſuperbiæ. Quarum una naſcitur ex re temporali, alia ex re ſpirituali. Inter iſtos duos montes eſt uallis humilitatis, nõ declinans ad aliquam ſpeciem ſuperbiæ, & in iſto medio pertranſibunt aquæ gratiarum. Secundo humilitas meretur gratiæ impletæ augmentationem. Et hoc poteſt oſtẽdi per tria exempla. Primo ꝑ exemplum pupillæ. Quia ſecundum Gregor. Quanto pupilla eſt nigrior & minor, tanto eſt lucidor. Sic & homo, quãto eſt deſpectior corã Deo. Nigra ſum, ſcilicet reputatione mei, & ideo formoſa, in conſpectu Dei. *Can. 1.* Secundo per exemplum cauteſis, quæ quanto plus inclinatur, tanto magis accenditur. Sic & homo quanto plus coram ſe inclinatut, per humiliationem, tanto plus inflammatur in Dei charitate. Tertio exemplum aquę, quæ quanto plus deſcendit, tanto magis aſcendit. Auguſt. Deſcendite, ut aſcendatis ad Deum, cecidiſtis enim aſcendendo contra eum. Sic & homo quanto plus deſcẽdit per humilitatem, tanto plus aſcendit per gratiam. Tertio humilitas meretur gratiæ augmentatę conſeruationem. Et hoc oſtenditut per tria exempla. Primo per exemplum cineris. Sicut enim

Universidad de Deusto Biblioteca



cinis ignem conſeruat,ſic humilitas conſeruat gratiam
Eccl.10. ſpiritualem.Taliter conſeruanda docetur. Quid ſuper-
Gen.18. bis terra & cinis? Taliter conſeruabat,qui dicebat. Lo-
quar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis. Secun
do per exemplum arboris.Rami enim arboris,qui ſunt i
imo poſiti,ſunt ſecuri,ſed qui ſunt in alto,ſæpe frangun
tur a uiolentia uẽti.Ideo lucifer corruit,quia in imo ſta
re noluit.Tertio per exemplum pulueris Virtutes enim
ſine humilitate,ſunt ſicut puluis,ſed cũ humilitate, ſunt
ſicut terra firma & ſolida.Greg.Qui ſine humilitate uir
tutes congregat, quaſi qui puluerem ante uentum por-
tat. Quarto humilitas meretur gratiæ augmentatæ glo
rificationem.Et hoc oſtenditur per tria exempla.Primo
per exemplum turris dicens,Cogitas magnam fabricam
conſtruere in altitudine,de fundamẽto cogita humilita
tis.Qui enim uolet turrem conſtruere,per quam aſcẽdat
ad cœli celſitudinem, ponat pro fundamẽto humilitatẽ.
1.Co.3. Illud fundamentum ponit Apoſtolus dicẽs. Dei ædifica
tio eſtis,ut ſapiens architectus fundamentum poſui . Se
cundo per exemplum arboris.Vnde dicit,Arborem attẽ
dite,figit radicẽ in humili,uerticem tendit ad cœlum, ſi
ne radice auras petit,ruina eſt non incrementum. Qui
igitur figit radicem in imo humilitatis, facit fructum
4.Re.19 ſurſum cœleſtem ſacietatis, Quodcunque reliquum fue
rit de domo Iuda,mittet radicem deorſum, & faciet fru
ctum ſurſum. Tertio per exemplum ætatis. Vis magnus
eſſe, a minimo incipere. Homo enim prius eſt paruus,
& poſtmodum per ętatem creſcit, & fit magnus Ideo
1.Re.15 dicitur.Nonnè cum paruulus eſſes in oculis tuis ca
put factus es in tribubus Iſrael.Ideo dicitur.

Mat.16. Aduocãs Ieſus paruulum ſtatuit in me
dio eorum,& dixit.Quicũque hu
miliauerit ſe ſicut paruulus
iſte, hic maior eſt
in regno cœ.
lorum.





*Feria quarta ſecundæ hebdomadæ. Sermo primus.*
*In quo Chriſtus paſſionem ſuam prædicit, indi-*
*ſcretè petentes arguit, & indignatos di-*
*ſcipulos ad pacem reducit.*

ASCENDENS Ieſus Hieroſolymam,aſſumpſit duo Matt.20
decim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis: Ec-
ce aſcendimus Hieroſ.&c. Sæpe dominus paſ-
ſionem ſuam & reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis præ
dicebat, ſiue ut ex hoc ſe Deum eſſe oſtenderet, quia fu
tura præuidebat, ſiue ut diſcipulorum animos robora-
ret ne ſcilicet adueniente paſſionis tempore ſcandali-
zarentur. Quia ſicut dicit Greg. Minus enim iacula fe-
riunt,quæ præuidentur, ſiue ut paſſionem eius uidentes
reſurrectionem eius futuram ſperarent. In hoc ergo e-
uangelio dominus tria facit. Primo ſuam paſſionem p̃-
dicit,& hoc in principio huius euangelii. Secundo indi-
ſcretè petentes redarguit. Et iſta pars incipit ibi. Tunc
acceſ.ad eum mater filiorum Zebedei, &c. Tertio diſci-
pulos indignatos ad uiam pacis reducit,& iſta pars inci-
pit ibi. Et audientes decem indignati ſunt. Circa pri-
mum notandum, quòd licet modo non ſit tempus paſ-
ſionis,eccleſia tamen in hoc euangelio,de paſſione men *Quare de*
tionem facit, ut ad ſuſtinendam quadrageſimalem pœ- *paſſione*
nitentiam, fideles feruentius animentur. In hac enim *fit mẽtio.*
quadrage. fideles debent habere contritionem cordis, *In 40.qd*
confeſſionem oris,& ſatisfactionem operis. Et iſta ſa- *habere te*
tisfactio conſiſtit in tribus,ſcilicet in ieiunando,in oran *neamur.*
do, & in eleemoſynas largiendo. Memoria autem paſ
ſionis ad omnia iſta hominem inducit.

Primo inducit ad dolendum, & conterendum de
peccatis ſuis. Hoc ſignatum eſt in hoc, quòd in paſ-
ſione Chriſti petræ ſciſſæ ſunt. per quod datur intel-
ligi, quòd memoria paſſionis Chriſti, ſæpe corda lapi-
dea ad contritionem frangit.Legitur quòd eſt quoddam
genus lapidum adamantum, qui non poſſunt frangi,

Universidad de Deusto Biblioteca



nec per ignis combuſtionem, nec per mallei percuſſio-
nem, franguntur autem per ſanguinis calidi infuſionem.
Sic etiam multi ſunt, quos non frangit ad pœnitentiam,
nec martyrum tribulatio, nec iudiciorum Dei commi-
natio, frangit autem eos dominica paſſio. Secundo me
moria paſſionis Chriſti inducit hominem ad confiten-
dum. In huius ſignificationem, in paſsione Chriſti mo
numenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui
dormierant exierunt, & ſurrexerunt. Monumentum fœ-
tidum eſt cor noſtrum, in quo tot ſunt corpora mortua
quot ſunt peccata mortalia, & ideo monumentum tunc
aperitur, & mortui reſurgunt, quando peccator ad me-
moriam paſsionis Chriſti, os ſuum aperit & peccata ui-
Ephe. 5. cario domini dicit. Ideo dicitur. Surge qui dormis, &
exur. a mor. & il. te Chriſtus. Tertio inducit ad ieiunan-
dum, qui enim conſiderat, quòd Chriſtus ieiunauit & e-
*Chriſtus tribus uicib exuriuit.* ſuriuit, de facili ſua ieiunia ſuſtinebit. Chriſtum enim
tribus uicibus eſuriuit. Primo quando quadraginta die
bus, & noctibus ieiunauit, & tunc non habuit ad come-
dendum niſi lapides. Sicut habetur. Alia uice eſuriuit &
Matt. 4. ſitiuit, ſcilicet in paſsione quando dixit, Sitio, ut habe-
Ioan. 19. tur, & tunc non habuit ad comedendum niſi fel, & ad
bibendum acetum. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſi-
Pſ. 21. ti mea potauerunt me aceto. Alia uice eſuriuit, & tunc
Mat. 21. non habuit ad manducandum niſi folia fici. Sed Chri-
ſtus nec lapides uoluit comedere, nec folia manducare,
nec acetum bibere, quia ipſe non incorporat homines la
pideos, nec duros, & obſtinatos, nec habentes tantum fo
lia, ſcilicet uerboſos tantum, nec homines acetoſos per
odia & rancores amaros. Quarto inducit ad orandum.
Multum enim inducitur homo ad orandum, quando cō
ſiderat, quòd Chriſtus in cruce taliter orauit. Nam ora-
Luc. 23. uit uerbis pietatis. Dimitte illis non enim ſciunt, quid
Heb. 5. faciunt. Orauit lachrymis. In diebus carnis ſuæ, id eſt
paſsionis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad Deum, qui
poſſet illum ſaluum facere a morte, cum clamore uali-
do & lachrymis offerens. Orauit effuſione ſanguinis.





Acceſsiſtis ad ſanguinis effuſionem melius loquentem, Heb. 12.
quàm Abel: quia ſanguis Abel petebat uindictam, ſan-
guis uero Chriſti miſericordiam. Quinto inducit nos
ad eleemoſynarum largitionem. Nō enim debet homo
eſſe auarus, quando conſiderat, quòd Chriſtus in paſſio *Chriſtus*
ne ſua fuit tam largus. Ipſe quidem largus fuit in lar- *liberalis*
giendo, quia latroni paradiſum dedit. Largus in par- *in paſſio-*
cendo, quia perſecutoribus ſuis totaliter indulſit. Lar- *ne fuit.*
gus in redimendo, quia non guttam, ſed totum ſangui-
nem pro nobis dedit & effudit Secundo indiſcretè petē-
tes redarguit. Iac. & Io. mediante matre petierunt, ꝙ
unus ſederet ad dexteram, & alius ad ſiniſtram. Non
enim hoc petere uoluerunt per ſe, quia petere prima, ta
men pro aliquo ignorante, tollerabile eſt. Ipſo uero ſciē
te & conſentiente, reprehenſibile eſt, pro ſe uero uere-
cundum & uituperabile. Dominus autem uolens ipſam
reprehendere, non reſpondit matri, ſed filiis. Tum
quia ſciebat, quòd iſta petitio a filiis procedebat. Tum
quia fœmina erat, ad innuendum, quòd non eſt honor
homini, contendere cum muliere. Tum quia erat uetu-
la, & pium eſt mulieres uetulas conſolari, nec eas obiur
gare. Tum quia erat amica, & ideo noluit eam repre-
hendere, ſed ſibi deferre. Tum quia erat mater, & ipſe
ſciebat, quòd quęlibet mater naturaliter amat filios
ſuos, & bonum ipſorum deſiderat. Reſpondit autem do *Chriſti*
minus eis ualde modeſtè & diſcretè, quia non dixit da- *reſpōſio.*
bo, quia ex hoc alii fuiſſent indignati. Nec dixit non
dabo, quia ex hoc iſti fuiſſent confuſi, ſed ſuam reſpon-
ſionem temperauit dicens. Dabo uobis & non dabo.
Non enim dabo ex eo, quòd eſtis mei propinqui, dabo
autem ſi fueritis meriti, & ideo dixit. Poteſtis bibere ca
licem, ſcilicet paſſionis, quem ego bibiturus ſum? Di-
xerunt: Poſſumus. Nam Ioannes bibit, quia fuit uirgis
flagellatus, in oleo aduſtus, ueneno potatus, in exilium
relegatus. Iacobus bibit, qui fuit capite truncatus. Eo-
rum autem petitio quodammodo uerificata eſt, quia ad
dexteram & ad ſiniſtram ſunt ambo. habent enim pluſ-

Universidad de Deusto Biblioteca



*Quid ꝑ dexterã Chriſti; & ſiniſt. intelligitur.*

quam petierunt. Per ſiniſtram uita præſens. Per dexterã autem, uita beata deſignatur. Sedent igitur hi duo Apoſtoli a ſiniſtris Dei, quia corpus beati Iacobi, & ſepulchrum beati Ioannis in multa gloria habentur. Sedent a dextris Dei, quia eorum animæ beatificantur. Vel poteſt dici, ꝙ dextera Chriſti eſt oriens, ſiniſtra eſt occidens. Sedet igitur Ioannes a dextris, quia eius monumẽtum eſt ex parte orientis. Sedet Iacobus a ſiniſtris, quia eius corpus eſt ex parte occidentis. Vel poteſt dici, ꝙ per dexteram intelligi poteſt, Chriſti deitas, per ſiniſtram eius humanitas. Per beatam igitur reſurrectionem, ibi Apoſtoli & alii ſancti ſedẽt ad dexteram, quia eorum animæ beatificantur in contemplatione diuinitatis. Sedebunt ad ſiniſtram Dei, quia eorum uiſus corporalis, beatificabitur in uiſione humanitatis Chriſti. Tertio Chriſtus diſcipulos indignatos ad pacem reduxit, eos ad humilitatem deducendo, & ſeipſum in exemplo prębendo. Sciebat enim, ꝙ humilitas eſt cauſa pacis, ſicut è conuerſo ſuperbia eſt diuiſionis. iuxta illud. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, qui autem omnia agunt cum conſilio, reguntur ſapientia. uidemus enim, ꝙ duo corpora plana, poſſunt adinuicem applicari. corpus autem ſphericum, & concauum, poſſunt adinuicem conuenire, quia concauum recipit ſphericum intra ſuam concauitatem, duo autem ſpherica non poſſunt applicari, niſi in puncto. Eodem modo duo homines plani & manſueti, uiuunt pacificè & iocundè. Audiant manſueti & letentur, unus enim ſuperbus, & unus manſuetus conuenire poſſunt, quia manſuetus intra concauitatem ſuæ humilitatis, recipit tumorem illius elationis. Cum his, qui oderunt pa. eram paci. &c. Duo autem ſuperbi, non poſſunt conuenire, nec applicari niſi in puncto, pungere quidem ſe poſſunt, pacificari uerò non poſſunt, & ideo bene dicit Salomon. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.

*Humilitas eſt pacis cauſa*
*Pro. 13.*
Pſa. 33.
*Pſ. 129.*





*Eadem feria quarta ſecunda hebdomada 40. Sermo ſecundus. In quo oſtenditur in hac uita tres eſſe calices: ſimiliter & in alta: & qui in eis bibant.*

POteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, &c. Iſti duo Apoſtoli in petitione iſta, non fuerunt bene diſcreti, quia uoluerũt metere antequam ſeminarent, coronam percipere, antequam decertaſſent, brauium habere, antequam cucurriſſent, & ideo Chriſtus eos reprehendens dicit. Neſcitis quid petatis. poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? hoc eſt. poteſtis pati pro nomine meo, ſicut ego paſſurus ſum pro veſtra ſalute? Appellatur autem paſſio Chriſti calix, quia calix dicitur a calore: Vel ſecundum Iſid. dicitur a calon quod eſt lignum, erat enim calix antiquitus, quoddam uas ligneum, in quo infirmis medicina propinabatur, quę medicina erat amara, & calida, & ſanatiua. quia paſſio Chriſti fuit ꝓpinata in ligno crucis cũ amaritudine doloris, cum feruore amoris, & cum effectu noſtræ curationis. Notandum autem ꝙ Deus habet tres calices in pręſenti. & tres in futuro. Primus calix præſens eſt plenus balſamo. Secundus eſt plenus abſinthio Tertius eſt plenus ſanguine rubicundo. Primus calix in præſenti eſt plenus balſamo. Eſt enim calix gratiæ innocentiæ Secundus calix eſt pœnitentiæ. Tertius calix eſt paſſionis dominicæ. In primo calice qui eſt plenus balſamo ſpiritus ſancti & gratiæ, bibit Chriſtus qui ſpiritu ſancto plenus fuit, de cuius plenitudine accipiũt oẽs. bibit virgo Maria, quia Dei gratia fuit plena, biberunt omnes ſancti Apoſtoli, in Penthe qui ſpiritu ſancto fuerunt repleti, biberũt oẽs iuſti qui hñt grãm Dei. Sũt aũt ſigna ꝑ q̃ cognoſcit̃ q̃ñ aliquis ĩ iſto calice biberit. & ex iſta potatione tria ſequunt̃. Primũ eſt mundanæ ſitis extinctio. Qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum. qui aũt biberit aquam quam ego dabo ei non ſitiet in ęternum. Chryſ. Vere

*Calix: quare Chriſti paſſio nocetur.*
*Deus habet tres Calices: in præſenti: & tres in futuro*
*De primo Calice: qui bibant.*
*Effectus primi calicis.*
*Io. 4.*

Universidad de Deusto Biblioteca



non habet ſuper terram quod amet, qui donum cæleſte
in ueritate guſtauerit Aug. Qui biberit de fluuio paradi
ſi, cuius gutta eſt maior oceano, reſtat ut in eo ſitis mun
di huius penitus extincta ſit. Vocat Aug. fluuium paradi
ſi amorem ſpũs ſancti, oceanum autem uocat collatio-
né omnium amorum mundanorum, quando igitur una
gutta amoris ſpiritus ſancti, in cor hominis uenit, totam
collationem amorum mundanorum extinguit. Secun-
dum eſt mente in cœleſtibus habitatio, qui enim calice
ſpiritus ſancti bibit, frequenter in cœlum per deſideria
Io. 14. ſalit. Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalien
Pſ. 4. tis, id eſt ſalire facientis, in uitam æternam, taliter fa-
ciebat qui dicebat. Noſtra conueſatio in cœlis eſt. Ter
tium eſt mentis exultatio. Sicut enim ſupra nubes ſem
per eſt ſerenum, infra uero nubes turbulentia, & impetus
uentorum, ſic in cordibus ſanctorum uirorum ſemper
eſt ſerenitas, & iocunditas cordis, in cordibus uero ter-
renorum, ſemper turbulentia cogitationis, & nullam io-
Pſ. 103. cunditatem facit ſpiritus ſanctus. Vinum lætificet cor ho
Pro 40. minis. Secura mens iuge conuiuium. Secundus calix eſt
De ſecũ- plenus abſinthio, & iſte calix eſt pœnitentiæ, in quo ca
do calice lice biberunt apoſtoli poſt Chriſti paſſionem, bibit Ma
qui bibẽt. ria Magdalena, biberunt omnes pœnitentes, ſi enim il-
le, qui biberat in calice balſami diuinæ gratiæ, perdide-
rit ipſam gratiam, accedat ad hunc calicem & bibat de
abſintio amaræ pœnitentiæ, & quanto fuerit amarior,
tanto erit uirtuoſior. Chryſ. Aſpera medicina melius
curat, ubi morbus curabilis eſt, quàm leuis. Iſtud au-
tem abſinthium amaræ pænitentiæ debet dulcorari per
Mat. 3. ſpem cœleſtis gloriæ. Agite pœnitentiam, appropinqua
bit enim regnum cœlorum. Ecce promiſſum premium.
Et dixit agite, non dicite. Quod eſt contra prædicatores
uerboſos, qui dicunt, & non faciunt. Nec dixit cogitate,
ſed agite. Quod eſt contra illos, qui habent multa bona
propoſita, ſed nõ complent per bona opera, nec dixit fu
gite, ſed agite. Quod eſt contra hypocritas & oſtenta-
tores, qui fingunt ſe habere exterius pellem ouinam, &
intus



intus habent uoluntatem lupinam. Nec dixit agetis in
futuro, ſed agite in præſenti, quod eſt cõtra procraſtina
tores, cum tamen dicatur. Ne tardes conuerti ad domi- Eccl. 5.
num, & ne differas de die in diẽ, & ſequitur ſuperior au-
ctoritas. Appropinquabit enim regnum cælorum, Ma- Liberali-
gna liberalitas Dei, quia regnum cœlorum nobis appro tas Dei.
pinquare facit. Maior quia ipſum regnum nobis tribuit. Luc. 12.
Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ue-
ſtro dare uobis regnum. Maxima, quia ipſum regnũ in-
tra nos eſt. Regnum cœlorum intra uos eſt. Tertius ca Luc. 17.
lix eſt plenus ſanguine. & iſte eſt calix dominicæ paſsio De tert.
nis, in iſto calice bibit ipſe Chriſtus, ſicut ipſe dicit hic. calice qũ
Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Bibe- bibet.
runt omnes martyres. Hi ſunt qui uenerunt ex magna Apo. 7.
tri. & la. ſto. ſuas in ſan. agni. Omnis autem alius ſan-
guis habet inficere. Solus uero ſanguis Chriſti habet de
albare. & ideo habet naturam lactis. Nec mirũ, ſi enim
lac eſt ſanguis bis coctus, ſ. in uenis, & in mammillis, &
uirtute illius duplicis decoctionis conuertitur in albedi-
nem, multo fortius ſanguinis Chr̃i dealbare habebit, q
non tñ bis ſed ter fuit excoctus, ſ. igne amoris. Maiorem Ioan. 15.
hac dilectionem nemo habet, ut animã ſuam ponat quis
pro amicis ſuis. Amor enim ignis eſt. Iuxta illud. Ignem Luc. 14.
ueni mittere in terram. ignem paſſionis. Igne me exami Pſ. 16.
naſti, ſicut examinatur argentum. Item oſſa mea ſicut Pſ. 101.
cremium aruerunt. Cremium eſt lardum in ſartagine
aduſtum & aridum, de quo omnis pinguedo exiuit. Cor
pus ergo Chriſti fuit cremium, quia in ſartagine crucis
ſic fuit igne paſſionis aduſtũ, quod totus ſanguis de eo
exiuit, & in cruce ſicut lignum aridum remãſit. Fuit ẽt
coctus igne doloris. O uos omnes qui tranſitis per uiã, Thre 1.
attendite & uidete ſi eſt dolor &c. Dolor enim Chriſti Doloris
fuit magnus intenſiue. quia intenſum dolorem in cruce Chriſti
ſenſit. & propter loci neruoſitatem, quiá pedes & manus magnitu-
ſunt neruoſæ, & propter totius corporis ponderoſitatẽ. do.
Fuit etiam magnus oſtenſiue. illum enim magnum fuiſſe
dolorem oſtendit Chriſtus, qui in Cruce fleuit ut habet
Oſten-

Oſtendit ſol,qui lucem ſuam ſubtraxit , oſtendit terra
quæ contremuit. Fuit etiam magnus extenſiue, quia ab
inſtanti ſuæ conceptionis,vſque ad vltimam horam ſuæ
paſſionis ſe extendit,mox enim vt conceptus fuit , ſuam
paſſionem præuidit , & ſemper in imaginatione habuit,
& ideo nunquam vnum diem , nec vnam noctem in to-
ta uita ſua ſine dolore pertranſiuit . Defecit in dolo-
*Tres Calices poſt hanc uitam.* vita mea, & anni mei in gemi. Habet etiam Deus tres
calices poſt hanc vitam , quorum primus eſt plenus vi-
no mero . Secundus vino mixto . Tertius fęce . De
his tribus calicib. dicitur . Calix in manu domini vi-
*Pſ. 74.* ri meri, quantum ad primum,plenus mixto ſcilicet quan-
tum ad ſecundum. Veruntamen fex eius non eſt exina-
nita : ibi omnes peccatores terrę . quantum ad tertium.
*Animarum differentia.* Quædam animæ ſunt quæ ſtatim euolant,quædam quæ
aliqua purganda ſecum portant , quædam quæ in mor-
tali peccato decedunt. Iſtæ igitur primus calix Dei, eſt
plenus mero : Et iſte calix eſt cœlum, vbi eſt pura glo-
ria ſanctorum . in hoc calice bibunt animæ ſanctorum
quæ ſtatim euolant. quia gloriam meram accipiunt, ta-
*Can. 5.* libus dicit Deus illud . Bibite amici mei & inebriamini
chariſſimi,ſancti enim prout ſunt in præſenti uita, ſunt
Deo chariſſimi . prout ſunt in patria cũ animabus , ſunt
Deo amici. prout uerò erunt cum corporibus,erũt Deo
chariſſimi. Sancti ergo qui ſunt Deo chariſſimi, de hoc
vino mero quendam guſtum recipiunt, dum ſunt in hac
vita aliquem guſtũ diuinæ dulcedinis hauriũt.prout ſunt
amici bibunt,quia eorum animę ex viſione diuinitatis
ſuas delectationes accipiunt . prout uerò erunt chariſſi-
mi in corpore & anima glorificati, ebrij erunt, ebrietas
enim non cauſatur ex vino ſemel guſtato,ſed ex frequen-
ti actu bibendi,tunc enim ſancti bibent,quia delectatio-
nem ſuam haurient ex contemplatione diuinitatis,tunc
*Purgatoriũ quare calix dicitur.* rebibent quia delectationem ſuam percipient ex viſione
humanitatis . Secundus calix eſt plenus vino mixto. &
iſte calix eſt purgatorium . in iſto purgatorio ſeu calice
bibunt animæ quæ portant ſecum cremabilia & purgan-
da:



da,habent quidem gloriam ſed eam percipiunt cum ad-
mixtione præcedentis pęnæ . Vinum tuum mixtum eſt
aqua. Ipſe ſaluus erit. Ecce uinum purum. ſic tamé quaſi *Eſa. 1.*
per ignẽ. Ecce mixtio aquæ. Vel pôt dici, ꝙ locus purga- *1. Cor. 3*
torius dr̃ calix uini mixti,quia ibi multiplex mixtio repe
ritur. Eſt enim mixta pœna cum gr̃a. ſecuritas cũ timore
ſunt.n. de gloria ſecuri habenda, ſed ſemper timẽt ne ni-
mis differãtur a gloria. Eſt ibi cõſolatio cũ deſolatione.
habent.n. conſolationẽ de tali ſecuritate, de angelorum
viſione,ſed hñt deſolationẽ de pęnę acerbitate,& de dę
monũ vicinitate. Tertius calix plenus eſt fęce. & iſte ca-
lix eſt infernus, in quo bibent animæ immortali decedẽ
tes. In inferno quidẽ ſunt fęces oĩum elementorum & *Infernus*
oĩum rerũ . poſt reſurrectionẽ enim purgabuntur oĩa ele *calix di-*
menta. nã ab aere remouebitur oĩs turbulentia nubiũ,& *citur.*
tota turbulentia tanquã fex proiicietur in cloacã infer-
nalẽ,& remanebit aer clariſſimus ſicut criſtallus,ſimili
tera terra remouebitur oĩs impuritas,& proiicietur tã-
quã fex in cloacã infernalem,&remanebit terra fulgida
ſicut aurũ. Vidi cœlũ nouũ quo ad renouationẽ aeris,& *Apo. 21*
terrã nouã quo ad renouationẽ terræ. ſimiliter renoua-
bĩt mare,quia tota tẽpeſtuoſitas a mari auferetur, & in
infernũ proiicietur,& remanebit mare trãquillũ, & ful-
gidũ ſicut vitrũ. Vidi tãquã mare vitreũ . Similiter ab i- *Apo. 15.*
gne auferet̃ & diuidetur calor a luce,& totus calor trãſi
bit ad regionẽ dãnatorum,vt amplius cruciẽtur, & tota
lux trãſibit in regionẽ beatorũ, vt amplius iocundẽtur.
Vox domini intercidentis.i. diuidentis flammã ignis.ſ.a *Pſ. 28.*
luce,in inferno ẽt erunt fęces aliarũ rerum . Sunt enim *Sex quæ*
ſex quę in hac uita appetuntur ab hominibus quę hñt fę *appetũt*
ces ſuas ſcilicet pulchritudo,ſanitas,gaudium, vita, lux *homines*
& diuitiæ. Fex autem pulchritudinis eſt fęditas , & tur- *in hac ui*
pitudo , fex ſanitatis eſt infirmitas , fex gaudii , eſt do- *ta.*
lor & triſtitia . Fex vitæ eſt mors , fex lucis eſt tenebra ,
fex diuitiarum eſt paupertas, iuxta hominum opinionẽ.
Deus igitur poſt reſurrectiouem , leuabit uinum de fę-
ce,& totum uinum purum. ſ. pulchritudinem, ſanitatem,
gau-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



gaudium, uitā, lucem, & diuitias, ponet in calice, in & cel-
lario beatorum. fœces autem, ſ. turpitudinem, infirmita-
tem, doloré, mortem, tenebras, & paupertatem, in cloa-
Eſa. 51. cam proiiciet infernalem. Bibiſti de manu domini cali-
cem iræ eius, uſque ad fundum, calicis ſoporis, bibiſti &
potaſti uſque ad fęces.

*Feria quinta ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. De triplici homini ſtatu, in uita. ſ. in morte, & poſt mortem.*

Luc. 16. HOmo quidã erat diues & induebatur purpura
& byſſo: Secundum beatum Aug. Status homi-
nis triplex conſideratur, ſ. in uita, in morte &
Status ho- poſt mortem. Quantum ad hunc triplicem ſtatum, de-
minis tri- ſcribitur hic diues & pauper. Status enim diuitis in ui-
plex. ta, fuit in magnis diuitiis, quia erat diues, in magnis ho-
noribus, quia induebatur purpura & byſſo, in magnis
delitiis, quia æpulabatur quotidie ſplendide. Non autē
reprehēditur ex eo ꝙ diues erat, ſed quia circa diuitias
Diues 3. tripliciter peccabat. Primo eas auare retinendo, quia ni-
circa diui- hil pauperi dare uolebat. Hoc eſt enim proprium auari,
tias pec- ut omnia ſibi bona retineat, & nihil alteri tribuat, unde
cabat. in perſona auari dicitur. Inueni requiem mihi & nunc
Eccl. 11. manducabo de bonis meis ſolus. Non fuit talis Ale-
Nota. de xander, qui nihil habere uolebat quod ſuis militibus di-
Alex. uidere non poterat. Vnde cum ſemel per quandam ſil-
uam pergeret, & ipſe cū exercitu ſuo ferè ſiti deficeret,
quidam pro magno munere ciphū aquæ ſibi dedit, quē
ille fundi mandauit, noluit enim ſolus bibere ex quo
aliis non potuit cōmunicare. Secundo eas uane expende-
bat in ueſtibus curioſis, & delicatis epulis, debemus qui-
dem bona temporalia utiliter expendere, cum ſint non
noſtra, ſed a Deo ad diſpenſandum nobis cōmiſſa, ipſis
pauperibus, quod enim non ſunt noſtra propria, patet in
morte, quia nobiſcum eas portare non poſſumus. Quā n.
canis duos homines ſequitur; cuius ſit ignorantur, ſed
quando



quando homines ab inuicem ſeparantur, tunc canis do-
minum ſuum ſequitur, ſic quaſi duæ perſonæ ſunt ho-
mo & mundus, & cuius ſunt diuitiæ hominis, uel mun-
di, in vita non apparet. ſed in morte, diuitiæ remanent in
mundo, & homo nudus recedit de mundo: Et propte-
rea dicitur. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,
nudus reuertar illuc. Tertio ipſas diuitias nimis aman- Iob. 1.
do. Nimis enim iſte diues diuitias ſuas amabat, & cor
ſuum in eis poſuerat, contra illud. Diuitiæ ſi affluant
nolite cor apponere, & merito non debemus cor appo- Pſal. 61.
nere, quia amantes ſe immergunt in interitum. Et ideo
nos eas potius mergere debemus, ſicut fecit Socrates 1. Thi. 6.
Thebanus, qui ſicut refert Hiero. Collecto magno auri Socrates
pondere proiecit in mare dicens. Abite malæ cupidita- ſpuit di-
tes in profundum ego uos mergam, ne ipſe mergar à uo- uitias.
bis. Secundus ſtatus eius fuit in honoribus, quia indue-
batur purpura & byſſo ad oſtentationem, & vanam glo- Secūdus.
riam. Homo quidem per peccatum fuit vulneratus, ex-
cæcatus & in furto deprehēſus & ideo quando Deus ue-
ſtes ſibi dedit tanquam vulnerato ligaturam adhibuit,
tanquam excœcato, uelamen apposuit, & tanquam furi
cauterium impreſſit. Tale igitur eſt de pulchritudine ue-
ſtium gloriari, quale eēt ſi aliquis vulneratus gloriare-
tur de eo, quod habet ligaturam ſericam, vel exc̨ca-
tus de eo ꝙ habet velamen deauratum, vel fur de eo ꝙ
habet velamen pulchrum cauterium. vnde qui gloriat̄ Tertius.
in veſte ſimilis eſt furi qui cauterio gloriatur. Ter- Epulæ
tio fuit in delitijs, quia epulabatur quotidie ſplēdidè. fa- unde.
ciebat enim cōuiuia lauta. Vnde dicitur epulabatur, nā Prou. 21
epulæ ab epulentia ſunt dictæ, & talia ducunt hominē Pro. 23.
ad inopiam. Qui diligit epulas in egeſtate erit. Conui-
uia continua. Vnde dicitur quotidie, & talia ducunt ad
intemperantiam. Noli eſſe in conuiuiis potatorum &c̨.
Conuiuia delicata. Vnde dicitur ſplendidè, & talia du-
cunt ad luxuriam. Greg. Pœnæ ſemper, epulas comita- Status
tur voluptas. Status autem mendici erat econuerſo, il- pauperis
le enim fuit in diuitiarum vbertate, iſte in extrema pau-
pertate,

pertate, ille purpura & byſſo indutus. iſte uelceribus cir-
cundatus, ille abundabat delitiis, iſte indigebat mici.
*Pauper* Iſte pauper ſecũdnm Greg. tria magna incõmoda pati-
*3. mag.* baẽ, ſ. paupertatem, infirmitatem, & grauem tentationẽ.
*incommo* Magnas enim tentationes patiebatur cum uideret ſe nõ
*da patie* habere panem, neque ſalutem, & diuitem, & tantam uo-
*batur.* luptatem, & tamẽ quodlibet iſtorum ſibi ad pœnam ſuf-
ficiebat, ſcilicet aut paupertas ſine infirmitate, aut in-
firmitas ſine paupertate, aut tentatio ſine utroque, ſed
*Lazarus* Deus ad probationem hæc ſibi dedit, erat quidem Laza-
rus aurum Dei, margarita Dei, & ſtella Dei. Vt igitur
probaretur, poſitum eſt illud aurum in camino pauper-
tatis, & non potuit corrumpi, poſita eſt iſta margarita
ĩ ſterqlinio ulceroſę infirmitatis & nõ potuit infici. Po-
ſita eſt iſta ſtella in nebula tentationis & non potuit ob-
ſcurari, ſed modo extractum eſt aurum de camino, & po-
ſitum eſt in cœleſti theſauro. Leuata eſt Margarita de
ſterquilino & poſita in regali ornamento, purgata eſt
ſtella ab omni nebula tentationum & refulget nobis in
*Secundo* exemplum. Secundo deſcribitur ſtatus iſtorum in mor-
te, quia uterque mortuus, quia uterq; de mundo raptus,
ſed differenter. nam diues mortuus eſt morte culpæ,
qua ſeparatur anima a Deo, poſtmodum mortuus eſt
morte naturæ, qua ſeparatur anima a corpore ſuo, tan-
dem morte gehennæ qua ſeparatur anima a Dei uiſione
& beatorum conſortio. Lazarus mortuus eſt unica mor-
te, ſ. morte naturæ uterque etiam fuit de mundo raptus
ſed differenter, quia Lazarus in ſinum Abrahæ ab ange-
lis fuit deportatus. iſta portatio facta eſt propter cuſto-
*Pſ. 90.* diam. Angelis ſuis Deus mandauit de te ut cuſto. &c.
Propter reuerentiam ſicut epiſcopi in manibus portan-
tur, quando intronizatur. propter letitiam. Chry. Suf-
ficiebat ad portandum unus angelus pauperem, ſed pro-
pterea plures ueniunt, ut chorum lętum faciant. Diues
autem tanquam parochianus diaboli, ad cimiterium in-
*Hier. 21* fernale fuit deductus. Tali ſepultura ſepeliuntur uſura-
rii & impii. de qua ſepultura dicitur. Sepultura aſini ſe-
pelietur



pelietur putrefactus & proiectus extra portas hieruſalẽ *Sepultu-*
Sepultura aſini talis eſt, quod pelle excoriatur, & ipſa *ra aſini*
pellis à ſuo domino poſſidetur, carnes uerò eius à cani- *qualis ſit*
bus lacerantur, oſſa autem pluuiis & grandinibus expo
nuntur, ſic etiam quando aliquis diues moritur parẽtes
ſui eũ in omnibus ſua expoliãt, uermes carnes eius lace
rant, grandines infernales animam eius cruciant, quæ
quidem anima naturam oſſis habet, quia conſumi nõ po
terit. Cum morietur homo hæreditabit ſerpentes, ſcili- *Eccl. 10.*
cet infernales quo ad animã, & beſtias ideo parentes ua
ſtantes terram id eſt ſubſtantiã. beſtia enim quaſi uaſtia
dicitur & uermes, ſcilicet corrodentes carnem propriã. *Tertio.*
Tertio deſcribitur ſtatus iſtorum poſt mortem, quia pau
per in ſinu Abrahæ, locus ſuperior inferni habens ali-
quam lucem, qui dicitur ſinus propter tranquilitatem, ſi
cut ſinum maris dicimus aliquẽ locum à uentis quietum
diues uero fuit in tormentis diuerſis, ſicut fuerat in di
uerſis peccatis. Nam ſicut dicitur. Per quæ peccat quis
per hæc torquetur. Peccauerat quidem iſte diues in di *Sap. 11.*
uitiarũ ubertate. ideo punitur in extrema paupertate. nã *Quot mo*
non petebat balſamum neque ſitulam aquæ, nec manũ *dis diues*
plenam aqua, ſed tanquam minimum digitum in aqua *peccaue-*
intingi, & tum non potuit obtinere, quia ſicut dicitur. Iu *rat.*
dicium ſine miſericordia fiet ei qui nõ fecerit miſericor- *Iac. 2.*
diam. Vocat autem extremum digiti Lazari modicum
ſuffragium meriti ſui. & vocabat guttam aquæ modicũ
quid refrigerantis miſericordiæ. Secundo peccauerat in
veſtium uarietate. ideo punitur pœnarum diuerſitate.
Habuerat enim duo mutatoria ueſtium, ſcilicet purpu
ram & byſſum. & ideo modo habet duo mutatoria pęna
rum de quibus dicitur. Ad calorem nimium trãſeat ab
aquis niuium. qui enim induebatur purpura quæ habet
colorem igneũ modo induitur veſte ignea. & qui indue- *Iob. 24.*
batur byſſo, quæ habet colorem niuium ſeu candidum,
modo induitur ueſtimẽto niuis. Quando igitur diues eſt
in igne ardentiſſimmo, tunc indutus eſt purpura, quãdo
eſt in niue frigdiiſſima. tunc indutus eſt byſſo candida,

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertio peccauerat peccato gulæ. Ideo ponitur aduſtio- ne linguæ. Non eſt autem dicendum q diues iſte habu[...] linguã corporalem, ſed dicitur cruciari in lingua. id e[ſt] in anima quæ pro peccato linguæ torquebatur. Tripli- ter enim peccauerat lingua. Primo pauperem irride[n]- do. Secundo nimis voluptuoſe edendo. Tertio inter con- uiuas detractiones ipſam laxando. Petrus Rauen. Lin- gua magis ardet quæ pauperi inſultauit, & nunc degu- ſtat cruciatus, quia precioſos cibos & odorata pocu[la] deguſtauit. Tertio peccauerat in lingua inter conui[uas] ad detractiones ipſam laxando. Chriſo. Qui in conuiu[io] do magis in loquacitate peccauerat, in lingua atroc[ius] ardebat. Multi ſunt etiam qui pro iſto triplici peccat[o] linguæ punientur, & qui de pauperibus, deriſiones fa- ciunt, & laute & voluptuose comedunt, & bonis detra- here non deſiſtunt.

*Lingua diuitis tripliciter peccauerat*

*Eadem feria quinta, ſecundæ hebdomadæ. Sermo ſecun- dus. In quo oſtẽditur quintuplex de cauſa pœ- nam diuitis multiplicatam.*

MOrtus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Poſtquam dominus deſcripſit diuitis vitam, ſub- iunxit eius pœnam, ut omnes conſiderantes pœnam non imitentur vitam. Pœna autem huius diuitis au- getur ex multis. Primo ex ratione loci in quo poſitus fuit, quia ſepultus in inferno. Ibi enim ſepulturam ha- bent ſuperbi, luxurioſi, & auari. De ſepulturis enim talium dicitur. Ibi aſſur & omnis multitudo eius in cir- cuitu illius ſepulchra eorũ. Ibi moſoch & omnis multi- tudo eius in circuitu eius, ſepulcra illius, qui deſcende- runt ad infernum cum armis ſuis. Ibi elam & omnis multitudo eius per gyrum ſepulchri ſui, qui deſcende- runt ad terram vltimam. Ponuntur autem hic tres dæ- mones principales, ſcilicet Aſſur, Moſoch, & Elam id eſt Mammona. Aſmodens. Lucifer. Aſſur interpretatur di- ues, & ſignificat mammonam, qui eſt demon ſuper aua- ros.

*Pœna diuitis ex multis augetur. primo.*

*Eze. 32.*



ros. Iſte hẽt ſepulchrũ altiſſimum in inferno, & in circui- tu eius ſunt ſepulchra oĩum auarorũ. Moſoch interp̃ta- tur Captura & ſignificat Aſmodeũ. i. dæmonem qui eſt ſuper luxurioſos quos ipſe capit & illaquæat. Ipſe. n. in inferno ſepulchrum maximũ habet & circuitu eius ſunt ſepulchra oĩum luxurioſorum. Elam interpretatur ſup luminare, & ſignificat luciferum qui eſt ſuper ſuperbos qui volunt aliis eminere. Iſte hẽt in inferno ſepulchrum altiſſimum, & in circuitu eius ſunt ſepulchra omniũ ſu- perborũ. Et quia diues fuit auarus, luxurioſus, & ſupbus ideo merito in inferno habet hæc tria ſepulchra. Nam triſtatur & plorat cum auaris, fetet & luget cũ luxurio- ſis, deſperat & dolet cũ ſuperbis. Secundo augetur eius pœna ratione beatæ uiſionis q̃ perdidit. quod notatur cum dicit. Vidit Abraham & lazarum in ſinu eius. Plus enim aĩa eius cruciabatur, ex eo q amiſerat viſionẽ bea torũ, q̃ ex eo q ſuſtinebat ſupplicia tormẽtorum. Chriſ. ſuper illud. Inter nos & uos chaos firmatum eſt. dicit ſic. Videre poſſumus tranſire nõ poſſumus, & nos videmus qđ fugimus, & uos uidetis quod p̃didiſtis, & nr̃a gaudia accumulant vr̃a tormenta, & vr̃a tormenta accumulant nr̃a gaudia. Sicut aũt dicit Greg. uſq; ad iudicium boni malos, & mali bonos uident. Poſtmodũ autẽ mali non uidebunt bonos Boni aũt ſemper uidebunt malos, ut ſic ſemper eorum gaudia creſcant, quia mala conſpiciunt quæ miſericorditer euaſerunt. Ex illa uiſione quinque colliguntur. Vnum eſt quod poſt hanc uitã boni cogno- ſcẽt bonos, quia Abraham cognouit Lazarum, & Laza rus cognouit Abraham. Secundum eſt quod mali co- gnoſcent malos, quia diues ſciens quod fratres ſuos co- gnoſceret, ſi in infernum deſcenderent, & ex hoc pœna eius augeretur, nolebat quod illuc uenirent. Tertium eſt, quod boni cognoſcent malos, quia Abraham & La zarus diuitem cognouerunt. Quartum eſt quod mali cognoſcent bonos, quia diues cognouit Abraham & La- zarum. Quintum eſt quod poſt hanc uitam non ſolum cognoſcemus illos, quos in hac vita uidimus, ſed etiam

quos nunquam uidimus. Nam diues cognouit La-
zarum quem in hac uita uiderat. Abraham cogno-
uit Lazarum & diuitem, quos nunquam in hac uita
uiderat.

*Tertio.* Tertio augetur pœna eius ratione doloris ſenſibilis
quem incurrit. Ideo dicitur. Eleuans autem diuoculos
ſuos cum eſſet in tormentis. Dicitur autem tormentum
quaſi torquens mētem torquebatur autem de gloria La-
zari quam uidebat, de ſua pęna ſenſibili quam incurre-
*Pſ.12.* rat, & de impoſſibilitate remedij pro quo deſperabat.
Pſalmus. Peccator uidebit, ſcilicet gloriam ſanctorum,
& iraſcetur, dentibus ſuis fremet & ta. propter crucia-
tum quē ſentit deſiderium peccatorum peribit, quia ul-
tra ſpem non habent. Propter iſta tormenta ſepultus
*Infernus* fuiſſe dicitur in inferno ſecundum glo. in profunditate
*quid.* pœnæ. Eſt enim infernus quaſi quidam puteus habens
*Pſ.69.* ſuperficiem in qua ſunt peccatores maiores, habens pro-
fundum in qua ſunt peccatores maximi. Pſalmus. Non
me demergat tempeſtas aquæ, quo ad illos qui ſunt in
medio, neque abſorbeat me profundum, quo ad illos q
ſunt in fundo, neque urgeat ſuper me puteus os ſuum,
quo ad illos qui ſunt in ſupficie, & licet ſint in ſuperfi-
cie tantum nunquam inde exibunt, quia puteus urget &
claudit os ſuum.

Quarto augetur eius pœna ex ratione medii, quod
habere non potuit. Petierat quidem ut ad ſe Laza-
rus mitteretur, & cum extremo digito in aqua made-
facto lingua eius refrigeraretur. Sed ad primum re-
ſpondit Abraham, quod uenire non poterat dicens. In-
ter nos & uos chaos magnum firmatum eſt. Secun-
dum beatum Ambro. illud chaos meritorum ſignificat
differentiam. Vnde ait, Inter diui. & pau cha. mag. fir-
eſt. quia poſt mortem imutari merita non poſſunt. Se-
cundum Theophilum chaos magnum ſignificat diſtan-
tiam iuſtorum & peccatorum. Nam ſicut effectus eorū
fuerunt uarii, ſic manſiones eorum non modicum diffe-
runt. Vel illud chaos poteſt eſſe diſtantia inter lucem
& te-

Universidad de Deusto Biblioteca



& tenebras, quoniam boni ſunt in luce, & mali in tene- *2. Cor. 6.*
bris. Quæ ſocietas lucis ad tenebras? Ad ſecundum re
ſpondit dicens. Fili recordare quia rece. bo. in vi. tu. Ac
ſi dicat. Cum bene tibi erat, noluiſti Lazaro dare micā,
& ideo non recipies guttam ab eo. Mille anni ſunt, &
amplius quod diues petiit vnam guttam, & adhuc habe
re non potuit, nec in perpetuum habebit. Non enim eſt
aliquis ita miſer, quod aliquid recuperare non poſſit,
aut precio, aut mutuo, aut mendicando, aut laboran
do. Sed damnati nullum refrigerium, nullum bonum
recuperare poterunt, nec precio, quia precium gloriæ
ſunt ipſa bona opera, quæ ibi fieri non poſſunt. Ve *Io. 9.*
nit nox quando nemo poteſt operari. Nec mutuo,
quia ſancti de ſuis meritis nihil eis mutuabunt. Vnde
cum fatuæ virgines à prudentibus oleum peterent, re- *Mat. 25.*
ſponderunt eis. Nec fortè non ſufficiat nobis & vobis. *Prou. 40*
Nec mendicando, quia nullas poterunt inuenire elee-
moſynas. Propter frigus piger arare noluit, mendi-
dicabit æſtate, & non dabitur ei. Nec operando, quia ha *Matt. 22*
bebunt manus ligatas, & ideo non poterunt operari. Li- *Quinto.*
gatis manibus & cæ.

Quinto augetur eius pœna ex ratione fratrum ſuo-
rum, quos in inferno expectabat. Ideo dicebat. Rogo
ergo te pater vt mittas Lazarum in domo patris mei.
Iſta autem petitio fuit ex parte iniqua, ex parte fatua, &
ex parte prouida.

Iniqua fuit, quia Lazarum quem uiderat miſerum, *Diuitis*
iterum volebat ad miſeriā deſtinare. Fleuit dominus ſu *petitio*
per Lazarum, quem ſuſcitauit, ex eo quod ipſum (ſicut *qualis*
dicit Hiero.) ad huius mundi miſeriā iterum reuocabat. *fuerit.*
Secundo iſta petitio fuit fatua, ex eo quod plus mortuis
quam ſcripturis credendum eſſe putabat. Quod autem
ſit fatuum aſſerere, dicit Chryſoſt. triplici ratione. Pri- *Scriptu-*
mo quia Lazarus reſurrexit, & multi cum ipſo ſurrexe- *ris eſt ma*
runt, & tamen iudæi credere noluerunt, immo ipſum La *gis quàm*
zarum occidere voluerunt. Secundo quia ſcripturę ſunt *mortuis*
a Deo, quia quod dicunt ſcripturæ dicit Deus. Iō magis *credēdū.*

Universidad de Deusto Biblioteca



credendum eſt ſcripturæ, quàm alicui homini uiuo, uel mortuo. Tertio qui eſſet conſuetudo, ꝙ mortui reſurgerent, & homines eis crederét, diabolus aliquos fantaſtice reſuſcitare poſſet, qui multa falſa dicerent. Tertio iſta petitio fuit prouida. Sciebat enim, quod ex damnatione fratrum, creſceret eius ſuppliciũ, & ideo pro eis de faciebat, ſi hoc impediebat. Rogabat autem ut ad fratres ſuos Lazarus mitteretur, qa ſciebat eos eſſe adhuc in mundo, ex eo, ꝙ non uidebat eos in ſinu Abrahæ cum Lazaro, nec ſecum in inferno. Præter autem iſtum modum ſciendi, Auguſt. libro de cura pro mortuis agenda, ponit alios tres modos, quibus mortui ea quæ in mundo fiunt, ſcire poſſunt. Primo alijs animabus, (quæ de mundo ueniunt) ea referentibus. Sic fortè Abraham ſciuit ſtatum Lazari & diuitis, ipſo Lazaro indicante. Secundo ſcire poſſunt ab Angelis, qui præſentes ſunt omnibus, quæ aguntur. Tertio poſſunt ſcire non ſolum præſentia, ſed etiam præterita, & futura, ſpiritu Dei reuelante.

*Mortui ea quæ ĩ mundo fiunt ſcire poſſũt.*

*Feria ſexta ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus, in quo moraliter atque miſtice euange. exponitur.*

*Mat. 21.*

HOmo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam &cæ. Exponendo iſtud Euangelium literaliter ſicut exponunt gloſę. Dicendum eſt, ꝙ iſte paterfamilias eſt dominus ſabaot, qui plantauit uineam, id eſt plebem iudaicã. De qua dicitur. Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt. Iſtã uineã tranſtulit dominus de Aegypto, & in terrã promiſſionis plãtauit. ps. vineã de Aegypto tranſtuliſti eieciſti gentes & plan. eam. Sepe eam circũdedit, quia cuſtodia Angelorũ eam muniuit. Sed propter eorum obſtinatam malitiam ipſa cuſtodia Angelica eos deſeruit. Iuxta illud. Curauimus Babilonem & non eſt curata, derelinquamus eam. Et uocat ipſam plebem iudaicam Babiloniam, propter confuſionem earum. Vbi dicit glo. Quædam, quòd auditæ ſunt uoces Angelorũ in

*Eſa. 5.*

*Hier. 5.*



in aere dicentium. Tranſeamus ab his ſedibus. Torcular in ea fodit, quando legem ſibi dedit, quæ multis præceptis eos torquebat. Turrem ædificauit, quando templũ erexit. Locauit eam agricolis. Iſti agricolæ ſunt operarii. De quibus dicitur de illo patrefamilias, qui operarios in uineam ſuam conduxit. Poſt multum temporis miſit ſeruos, id eſt prophetas ad recipiendum fructum bonorum operum. Sed agricolæ alios ſecauerunt, ut Iſa. alios excerebrauerunt, ut Eze. alium occiderunt, ut Hierem. alium lapidauerunt, ut Zacha. Tandem miſit filium ſuum, & illum extra vineam eiecerunt, quia extra ciuitatem ipſum crucifixerunt, & occiderunt. Poſtea Chriſtus interrogauit eos, dicens. Cum igitur dominus uineæ uenerit, quid faciet agricolis ſuis? Inter eos erant quidam ſimplices, & boni, qui dixerunt. Malos male perdet &cę. Erant etiam quidam ſapientes, qui iſtã parabolam intellexerunt, ꝙ ſcilicet deberent Chriſtum occidere. Propter quod dominus uolebat uineam ſuam gẽtibus locari. Et ideo reſponderunt ut habetur. Abſit, ꝙ ſcilicet Chriſtum occidant, uel uineam perdant. Qđ autem hoc facturi erant, oſtendit dominus per prophetam. Lapidẽ quem reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli. Ad literam lapis iſte fuit lapis quidã paratus pro ædificatione templi, qui tamen nuſquã congrue locari poterat, ſed conſumato opere poſitus eſt ſurſum in angulo, ita congrue, ꝙ omnes mirarentur. Iſte lapis eſt Chriſtus, qui fuit à iudæis reprobatus, ſed à Deo in caput in anguli poſitus, quia à Deo caput eccleſiæ eſt cõſtitutus, & ideo inquit. Tolletur a vobis regnũ Dei, id eſt ipſe Chriſtus qui dicit de ſeipſo. Regnum Dei intra uos eſt, & dabitur gentibus, id eſt illis, qui recipient fidẽ eius. Vel regnum Dei, id eſt ſacra ſcriptura & cognitio unius Dei. Vel regnum Dei ad literam, id eſt regnũ cęlorum quod a Iudæis eſt ablatum, & gentibus traditum eſt. Venient ab oriente & occidente & recumbent cũ Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni eiicientur in tenebras. Poſtea ſubdit. Qui ceciderit

*Mat. 20.*

*Luc. 20.*

*Pſa. 228*

*Luc. 13.*

*Mat. 8.*

Universidad de Deusto Biblioteca



rit ſuper lapidem iuſtum, confringetur, ſuper quem uero ceciderit conteret eum. Secuudum glo. Ille qui credit, & tamen peccat, cadit ſuper lapidem, & non conteritur, ſed confringitur quia ad pœnitentiam reſeruatur, ſed quando quis eſt infidelis, ſicut erãt iudæi, lapis ſuper eũ cadit, & conterit, quia nunquam poteſt ad pœnitentiam reſurgere, quandiu non habuerit fidem. Vel tũc aliquis ſuper lapidem cadit, quando quis peccat, quandiu eſt in præſenti vita, cilicet tamen non conteritur, quia reſurge-
*Fortiter quis cadit dupliciter.* re poteſt. Secundum autem Chriſo illud quod cadit fortiter cadit propter duas cauſas, aut propter pódus ſuum aut propter altitudinem nimiam. Sic quidam grauiter cadunt, aut quia graue peccatum cõmittunt, aut quia ſunt in magnitudine ſtatus, & tamen quia adhuc in uita præſenti ſunt, licet ſuper lapidem cadant, reſurgere tamen poſſunt, ſed in iudicio poſt hanc vitam lapis diuinæ ſententiæ ſuper eos cadet, & tunc nunquam reſurgent. quoniam mali in corruptionibus deteriores fiunt. Ideo pha-
*Chriſto miſtico.* riſæi, & principes ſacerdotum indignati, voluerunt ipſum tenere (ſed timore populi, quia ſicut prophetam eum habebant) non fuerunt auſi. Myſtice autem uinea iſta eſt eccleſia, in qua tot ſunt palmites, quod differentiæ hominum.

Sunt autem quidam palmites, qui uiti adherent, ſed
*Io. 15.* non fructificant. Iſti ſunt qui habẽt fidem, ſed non opera. de quibus dicitur. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, ſ. a conſortio beatorum. Alii palmites ſunt, qui nec uiti adherent, quia ſunt præciſi
*Hebr. 11* nec fructificant. Iſti ſunt hæretici, qui à Chriſto ſunt
*Io. 15.* per fidem preciſi, & ideo nullum bonum facere poſſunt ſicut dicitur. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. de talibus dicitur. Si quis in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardent. Alii palmites ſunt qui uiti adherent, & fructum faciunt, de quibus ibidem dicitur. Qui manet in me & ego in eo hic fert fructum,

Sepes quam circa iſtam vineam, ſcilicet Deus poſuit, ſignat



ſignat cuſtodiam angelorum, qua Deus eccleſiam ipſam muniuit. ipſi enim Angeli dei, ſunt milites Dei, eccleſiam cuſtodientes. De quibus dicitur. Nunquid eſt numerus militum eius? Sicut autem videmus quod in cu *Iob. 25.*
ria terreſtris regis ſunt quidam milites, qui ſemper regem aſſociant, & coram illo decantant. Alij qui hoſtes expugnant, Alii qui caſtra, & ciuitates regni cuſtodiunt. Sic in curia regis cœleſtis, ſunt quidam angeli, qui ipſum aſſociant regem & ad eius honorem decantant, ſicut, cherubin & ſeraphin, Clamabant al- *Eſa. 6.*
ter ad alterum, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus ſabaoth Deus exercituum. Cum me laudarent *Iob. 36.*
aſtra matutina iubilarent & omnes filij Dei. Alii ſunt qui contra hoſtes Dei, id eſt dæmones præliantur, ſicut virtutes & poteſtates. Factum eſt prælium magnum *Apoc. 20*
in cœlo Michael & Angeli eius præli. cum dracone. Et alii ſunt qui cuſtodiunt prouintias, ſicut principatus. Alii ſunt qui cuſtodiunt ciuitates, & loca ſpiritualia, ſicut Archangeli, Alij perſonas ſingulares, ſicut Angeli. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota *Eſa. 26.*
die, & nocte non tacebunt. Torcular quod fodit, ſignat crucem in qua Chriſtus manibus iudæorum, ſic fuit calcatus & compreſſus, quod totus ſanguis de ejus corpore exiuit. Chriſtus enim eſt uua nata de iſta uite uirginea, quæ dicit. Ego quaſi uitis fructificaui *Eccl. 24.*
ſuauitatem odoris. Iſta uua fuit alba in natiuitate, quia Chriſtus ſine omni peccato fuit conceptus, & natus, in cruce autem facta eſt rubea propter ſanguinis aſperſionem, unde Angeli admirantes dixerunt. Quare ru- *Eſa. 53.*
brum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Poſt mortem autem iſta uua remanſit nigra. Sed factus eſt niger quaſi ſaccus ci- *Apo. 20.*
licinus.

*Fideles p. proſpera et aduerſa impugnantur.* Turris iſtius vineæ eſt ipſa fides, de qua eccleſia ſe defendit aduerſus hoſtes, ipſi enim fideles impugnantur nunc per proſpera, modo per aduerſa. Per proſpera impugnant caro, mundus, & diabolus, nam caro nititur trahere

Universidad de Deusto
Biblioteca



trahere ad delectabilia. mundus ad terrenas diuitias. dia
bolus ad ſublimes honores, ſed iſtis reſiſtit fides, quæ cō
tra delectabilia aſſumit carnis aſperitatem. contra diui-
*Heb. 11.* tias uoluntariam paupertatem, cōtra honores humilita
tem. Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium fi
liæ Pharaonis. Ecce quomodo per fidem contempſit ho
nores magis eligens affligi cum populo Dei, quã tēpora
lis peccati habere iocunditatē. Ecce per fidem uicit car-
nis moleſtiam, & aſperitatē, maiores diuitias exiſtimãs
theſauro Aegyptiorũ, improperium Chriſti. Ecce quia p
fidem deſpexit diuitias, de hac ēt turri fidei, fideles ſe de
fendunt contra aduerſa, ſiue ſint aduerſa immiſſa à Deo
*Matt. 8.* ſiue a diabolo, ſiue à mũdo. Omnis qui audit uerba mea,
& facit ea, aſſimilabitur uiro ſapienti, qui ædificauit do
mum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & uenerũt
flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illã,
& non cecidit, fundata enim erat ſupra petrã. Iſtud fun-
damentum precioſum eſt fides Xpi. Fundamentum enim
aliud nemo pōt ponere præter id quod poſitũ eſt. qđ eſt
*1. Co. 13* Chriſtus Ieſus qui enim ſic eſt in Chriſto fundatus, non
timet pluuiam id eſt aduerſitatem de cœlo deſcendentē
nec timet flumina. i. perſecutionē à terrenis tirannis ir-
ruentem, nec timet ventum, id eſt tentationem à dæmo-
nibus (qui ſunt in aere) uenientem.

*Eadem feria ſexta ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ.*
*Sermo ſecundus. In quo ſeptem dubia ſu-*
*per Euange. enucleantur.*

HOmo erat paterfamilias qui plantauit vineam, id
eſt quamlibet animam fidelem quam paterfami-
*Primo.* lias id eſt Deus in corpore plantauit, & ipſam Angeli-
*Deus di-* cæ curæ deputauit, & quam ſæpe muniuit, quæ debet
*citur pa-* plantari, & fodi, & ſuo tempore vindemiari. Circa
*terfami-* iſtam igitur uineam, ſeptem per ordinem uidenda ſunt.
*lias, &* Primo quare Deus paterfamilias dicitur. ad quod dicē-
*quare.* dum, quia tres familias poſſidere dicitur ſeu cognoſci-
tur.



tur. Vna ex in hoc mundo. ſ. cōgregatio omnium electo
rum. Alia eſt in purgatorio. Tertia eſt in cęlo. Illi autē,
qui ſunt in inferno nō ſunt de familia Dei, ſed de familia
diaboli, illud repræſentat ſacerdos, qui de corpore Chri
ſti facit tres partes, ad innuendum, ꝙ corpus Chriſti mi
ſticum in tres partes eſt diuiſum. Illa enim pars quam ſa *Hoſtiæ*
cerdos in calicem abſcondit, & in uino cōſecrato infun *diuiſio*
dit, ſignat illam partem quæ eſt in cælo, quæ ab omni *quid ſi-*
bus pœnalitatibus abſconditur, & torrente diuinæ uolũ *gnificat.*
tatis potatur, & inebriatur. Aliç autem duæ partes, ſi-
gnant illam, quæ eſt in mundo, & illã quæ eſt in purga-
torio, quia ille adhuc diuino amore fruuntur. Secundo *Aĩa ui-*
uidendum eſt quare anima uinea dicatur. ad quod dicen *nea qua-*
dum eſt, ꝙ ſecundum Chriſ. ſuper Mat. Sicut de uinea na *re dicitur*
ſcuntur gemmæ, & ex gemmis flores, & de floribus uuę,
& de uuis uinum elicitur. ſic de anima uiri iuſti naſcunt
bonæ cogitationes, tanquã gemmæ, ſicut enim gemmæ
ſunt principium omnium fructuũ, ſic cogitiones bonæ
ſunt principia bonorũ operum, priuſquã enim homo ali
qđ boni faciat, illud cogitatione pertractat, & tñ illud
principiũ hr̃e nõ poſſumus à nobis, ſed à Deo. Nõ ꝙ ſuf- *2. Cor. 3.*
ficiẽtes ſimus cogitare aliquid boni à nobis, quaſi ex no
bis, & ſicut ex gemmis naſcuntur flores, ſic de bonis co-
gitationibus, bonæ uoluntates, quæ ſic ſunt apud dñm
ſuaues, quẽadmodũ odoriferi flores, & ſicut ex floribus
naſcuntur uuæ, ſicut de bonis uolũtatibus naſcuntur bo
næ opationes. Flores mei fructus honoris & honeſtatis. *Eccl. 24.*
Iſta autem duo, ſcilicet bonas cogitationes, & bona ope
ra à nobis ſimiliter habere non poſſumus, ſed à Deo.
Deus eſt, qui operat in nobis uelle & perficere pro ſua *Phil. 2.*
uoluntate. Sicut autem de uuis uinum elicitur, ſic ex bo-
nis operibus etiam in præſenti magnum gaudium gene
ratur. Vnde ſuper illud pſal. In cuſtodiendis retributio *Aĩam in*
multa. dicit Glo. non tantum pro eis in futuro reddetur *corpore*
præmium, ſed ēt in eorũ cuſtodia magnũ eſt gaudiũ. Ter *plãtauit*
tio uidendum eſt quare Deus iſtã uineã. i. animã in cor- *Deus ꝓ*
pore humano plãtauit. Ad hoc dicẽdum, ꝙ fecit ꝓꝓ tres *tres cau.*

Universidad de Deusto Biblioteca



cauſas. Prima eſt, ut opera ſua Deus perficeret, fecit qui
dē creaturā purè ſpiritualē, ſicut Angelum, purè corpo-
ralē, ſicut lapidē, uel lignū, & ideo nè in Dei opere uni-
uerſo remaneret aliquid incōpletū, oportuit, ꝙ Deus fa
ceret tertiam creaturā. ſ. corporalem & ſpiritualē, & idō
ipſam aīam corpori adiunxit. Secūda cā eſt, ut aīa in cor
pore & per corpus multa merita acquireret. Quædam
enim ſunt in quibus aīa ſine corpore pōt mereri, ſicut in
diligendo Deū, & in cognoſcendo Deum, & in comme-
morando Deū, & in meditando de Deo. immo ſæpè aīa
in talibus à corpore impeditur. Corpus, quod corrūpi-
Sap. 9. tur aggrauat animā & deprimit terrena inhabitatio ſen
ſum multa cogitantem. Alia quædam ſunt in quibus ani
ma nō poteſt mereri, niſi in corpore & per corpus, ſicut
in ieiunando, & peregrinationes faciendo, & martyriū
ſuſtinendo. Tertia cauſa eſt, ut maiorem gloriam perci-
peret. ſi eñ anima fuiſſet à corpore ſeparata, fuiſſet glo-
rificata tantum in contemplatione diuinitatis, nunc au-
tem homo glorificatur in anima in contemplatione diui
nitatis, & in corpore ī uiſione humaninitatis. Quarto ui
Sepes ui- dendum eſt, quæ ſit ſepes huius vineæ. ad quod dicendū
neæ q̄ ſit. ꝙ ſepes huius uineæ eſt cuſtodia Angelorū quęlibet e-
nim anima habet vnum Angelum ad ſui cuſtodiam de-
putatum, & hoc in quintuplici ſtatu ſuo. ſ. dum eſt in ute
ro nè ſuffocetur à diabol , dum eſt egreſſa ab vtero, nè à
primo baptiſmo impediatur, dum eſt viuens in mundo,
nè ad peccata pertrahatur, dum eſt in morte, nè de fide
tētetur, uel à cōfeſſione impediatur. dū recedit poſt mor
tem, nē diaboli laqueis capiatur. Iſtæ ſunt quinque uiæ
quas anima facit in quibus Angeli eā cuſtodiunt. pſal.
Angelis ſuis Deus manda. de te, vt cuſto. &c. Quinto ui-
dendum eſt qualiter iſta uinea ſit putanda. Ad quod di-
cendum, quòd ſicut dicit Ambroſius. Vinea præciſa fru-
ctificat, ſemiputata frondeſcit, neglecta luxuriat. Vinea
igitur animæ noſtræ ab omnibus vitiis reciſa fructificat
bona opera. Omnem, qui fert fructum purgabit eum,
Ioan. 5. vt fructum plus afferat. Vinea ſemiputata, id eſt anima
negli-



negligenter, & ſemiplene purgata frondeſcit, quia talis
habet multa folia uerborum & paucos fructus operum,
& ideo tales à Deo ſunt maledicti. Sicut patet in ficul-
nea, quæ habebat tantum folia, cui dominus maledixit.
Vinea ergo neglecta, id eſt anima nullis uitiis purgata. ī
palmites luxuriat, & ideo non profert uuas dulces, id eſt Mar. 2.
opera Deo grata, ſed labruſcas, id eſt opera Deo odio- Mat. 21.
ſa. Expectauimus, ut faceret uuas, & fecit labruſcas. In ta
lem uineam ſæpe aſcendunt uepres concupiſcentiæ car
nalis. Non putabitur & non fodietur, & aſcendent ſuper
eam uepres & ſpinæ. Sexto uidendum eſt qualiter iſta ui
nea ſit fodienda. Et dicendum quod iſtius uineæ qua- Eſa. 5.
tuor ſunt foſſores, ſcilicet pudor, dolor, timor, & amor. Eſa. 5.
Primus foſſor eſt pudor qui habet terram duram cor
dis mollificare. Debet enim peccator erubeſcere de ſe- Vinea
ipſo. Quem ergo fructum habuiſtis, tunc in illis in qui- foſſores
bus nunc erubeſcitis. Talis autē pudor cor durum emol quatuor
lit. Deus emolliuit cor meum & omnipotens turbauit Ro. 6.
me. Secundus foſſor eſt dolor, qui cor mollitum ſcin-
dit vomero contritionis. Scindite corda ueſtra, & nō
ueſtimenta ueſtra. Tertius foſſor eſt timor, qui omnes la Io. 23.
pides, id eſt peccata omnia, quæ in corde ſciſſo inuenit
habet extra proiicere. Timor domini expellit peccatū.
Quartus foſſor eſt amor Dei, qui omnes palmites infru- Ioel. 2.
ctuoſos ad radicem uitis ſubortos, id eſt omnes amores
mundanos habet euellere, & eradicare. Auguſtinus.
Qui biberit de flumio paradiſi, cuius gutta maior eſt o- Eccle. 1.
ceano, reſtat ut in eo ſitis mundi penitus extincta ſit. Se
ptimo uidendum eſt de uindemiatione iſtius uineæ. Ad
quod dicendum, quòd iſta uinea uindemiatur in morte, Vinea in
& iudicio, quando ſcilicet Deo de omnibus operibus no morte, &
ſtris rationem reddemus. Sed multi erunt, qui non da iudicio uī
bunt Deo uuas dulces, id eſt opera Deo ſuauia, ſed demiatur
uuas felleas, id eſt peccata uenenata. Vua eorum fel- Deut. 31
lis, & bo. amariſſi. De talibus dicitur confuſi ſunt agri- Hier. 14
coli operuerunt capita ſua. Hodie quidem ſunt tres
mali vindemiatores qui vineam iſtam uindemiant, ſci-
licet

Universidad de Deusto
Biblioteca



licet auaritia, luxuria, & ſuperbia. De quibus dici-
tur. Vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viã.
exterminauit eam aper de ſilua, ſingularis ferus depa-
ſtus eſt eã. Ambulantes per uiam ſunt auari, qui non ceſ
ſant diſcurrere. Aper de ſilua eſt porcus ſilueſtris, &
ſignificat luxurioſum, qui efficitur porcinus, & immun
dus. Singularis ferus eſt ſuperbus, qui vult eſſe ſin-
gularis, & nullum ſuper ſe vult habere. Et eſt ferus,
id eſt crudelis, quia vult omnes opprimere. Iſti omnes
iſtam vineam ſic vindemiant, q Chriſtus vix aliquos ra
Mi.h.7. cemos.i.aliquos pauperes, & ſimplices poteſt habere. Ve
mihi quoniam factus ſum ſicut qui colligit in autumno
racemos uindemiæ.

*Sabbato ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ. Ser.no primus*
*De peccatoris auerſione. eiuſdem conuerſione, Dei-*
*que benigna receptione.*

Luc.15. HOmo quidam habuit duos filios, & dixit adole-
ſcentior ex illis pa. In iſto Euangelio fit mẽ-
tio de filio prodigo auerſo. & poſtmodum con-
uerſo, & de patre benigno. Et ideo tria ſunt notanda.
Primo peccatoris auerſio cum dicitur. Peregrè profe-
ctus eſt in regionem longinquam. Secundo peccatoris
conuerſio cum dicitur. In ſe reuerſus. Tertio Dei be-
nigna receptio, cum dicitur. Vidit illum pater & miſeri
*Primo.* cordia motus eſt. Circa primum notandum q peccator
*Peccator* à Deo ſe auertens, tres miſerias incurrit. Prima eſt quia
*tres miſe* ſe à Deo elongat. Vnde dicitur, quòd profectus eſt in
*rias incur* regionem longinquam. Longe a pec. &cæ. Longe eſt
*rit.* dominus ab ipſis, & tamen in veritate ſe Deus non elon
Pſ.118. gat ab homine, licet ita videatur. ſed homo ſe elongat
*Prou.15* à Deo, ſicut ponit exemplum Dionyſius dicens, q ſi na-
uis impinguat in petram, nõ elongatur petra à naui, ſed
nauis à petra quanto autem peccator magis ſe elongat
à Deo, tanto magis appropinquat ad Deum. Sicut ho-
mo



mo volens ſe elongare ab oriente, appropinquat ad oc-
cidentem, & ſi elongat ſe ab auſtro, appropinquat ad aq
lonem. In Deo enim quaſi oriens, & occidens ſunt eius
miſericordia & iuſtitia, auſter & aquilo ſunt eius gratia
& potentia. Qui igitur ſe elongat à miſericordia Dei
præueniente appropinquat ad iuſtitiam vlciſcentem. Et
qui elongat ſe ab eius gratia ſubſequente, appropinquat
ad eius potentiam punientem. Sicut patet de Iona, qui
fugere voluit Deum præcipientem, & inuenit Deum pu-
nientem. Secunda miſeria peccatoris eſt, quia omnia bo
na ſua diſſipat. Vnde dicitur, Diſſipauit ſubſtantiam
ſuam uiuendo luxurioſe. quamuis enim cætera peccata
omnia bona conſumant, præcipue tamen luxuria diſſipat *Luxuria*
omnia bona temporalia, corporalia, naturalia, ſpiritua *diſſipat*
lia, & gratuita. Diſſipat quidem corporalia bona, quia *omnia bo*
ipſum corpus deducit ad conſumptionem. Qui forni- *na.*
catur in corpus ſuum peccat ſcilicet, in ſui corporis con 1.Co. 6.
ſumptionem. Diſſipat bona ſua naturalia, quia memo
riam hebetat vt nihil ſpirituale poſſit reminiſci. Ratio-
nem obnubilat, ut nihil ſpirituale poſſit intelligere. A-
nimalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus ſancti. Diſ 1.Cor.2
ſipat etiam bona gratuita. Chriſoſt. Nulla res ſic præci-
dit virtutem ſicut corporalis voluptas. Diſſipat bona tẽ
poralia, quia deducit hominem ad paupertatem. Qui
nutrit ſcortum, perdit ſubſtantiam ſuam. Tertia mi- *Pro. 29.*
ſeria eſt, quia peccator famem tolerat. Ideo dicitur,
quia cœpit egere. Nulla enim ſatietas eſt in deliciis,
diuitiis, nec in honoribus. Vnde dicitur quòd tria ſun Pro. 30.
inſatiabilia, ſcilicet infernus, terra ſitiens, & ignis. Per
infernum ſignificatur ſuperbus, quia ſicut infernus non
ſatiatur animabus, ſic & ſuperbus non ſatiatur honori-
bus. Per terram ſignificatur auarus. quia ſicut terra
ſitiens non ſatiatur aqua, ſic nec auarus pecunia. Per
ignem ſignificatur carnalis concupiſcentia. quia ſicut i-
gnis non ſatiatur lignis, ſic nec concupiſcentia delecta-
tionibus prauis. Secundo ponitur peccatoris conuer-
ſio. Ad cuius conuerſionem tria tanguntur. Primum
eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt ſtatus ſui recognitio cum dicitur. In ſe reuerſus dixit. Debet autem peccator pœnitens quatuor recognoſcere ſicut dicit Gre. vbi fuit, ubi eſt vbi erit, & ubi nō eſt. Vbi fuit, quoniam in peccato, & ibi debet dolere. Scito quia malum eſt & amarum, reliquiſſe te dominum Deū tuū. Vbi erit, quia in iudicio, & ideo debet timere. pſalmus. A iudiciis enim tuis timui. Vbi eſt quia in miſeria, & ideo debet gemere & erubeſcere pſalm. Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt. Bern. Agnoſce ubi es, & ingemiſce. Vbi non eſt quia non in loco proprio, ſcilicet gloria ad quam ex ſua creatione fuerat ordinatus, & ideo debet ſuſpirare, & illā cū deſiderio petere pſalm. Vnam petii à domino hanc requiram, vt inhabitē in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Secundum eſt oris confeſſio, quod notatur cum dicitur. Pater peccaui in cœlū idest coram Angelis & ſanctis Dei, & coram te, id eſt te qui es ſciente & uidente. Quia igitur peccaui coram te qui es iudex meus, multū debeo erubeſcere & timere. Boetius. Magna eſt uobis ſi diſſimulare nō uultis indicta neceſſitas probitatis, cū omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Quia peccaui coram Angelis dei, qui ſunt cuſtodes mei, debeo multum dolere, quia inquantū in me fuit, eos contriſtaui. Angeli pacis flebunt amare. Quia peccaui corā ſanctis & curia cœleſti, qui ſuis meritis me nutriunt, debeo multum dolere & flere, quia ipſam nutricem meam contriſtaui. Contriſtatis nutricem ueſtram Hieruſalem. Tertium eſt ſatisfactio, quod notatur cum dicitur. Fac me ſicut unum de mercenariis tuis. Quaſi dicat, paratus ſum amodo ſatisfacere ſpe mercedis æternæ. Eſt autem differentia inter ſeruum, mercenarium & filium. Seruus eſt, qui ſolo timore abſtinet à peccato. Mercennarius eſt qui intuitu mercedis ſeruit, & cauet offenſam. Filius eſt, qui ſolo amore ſeruit & uitat offenſam. Iſte igitur primo erat ſeruus, qui vni ciuium, id eſt dęmoni adhærebat, & quando porcos paſcebat, id eſt brutales motus ſatiabat, ſed poſtea factus mercennarius, qn̄ ſpe mercedis uitæ æterne Deo uoluit ſeruire.

*Peccator 4. dēt recognoſcē-re.*

*Hier. 2.*

*Eſa. 32.*

*Bar. 4.*

Sed



Sed pater cœleſtis eum filium fecit, quando ad ſuam hæreditatem eum recepit. Ecce quanta benignitas Dei, qui peccatorem de ſeruitute diaboli extrahit, ipſum tanquā mercennarium ſpes mercedis æternæ facit ſeruire ſibi, & tandem tanquam filium ad æternam hæreditatem eum recepit.

Tertio ponitur benigna Dei receptio. Recepit enim eum uelociter, dulciter, honorabiliter, & lætanter. Velociter quidem eum recepit. Vnde dicitur. Et accurrens &c. Semper enim Deus promptus eſt in miſerando, tardus in puniendo. quòd autem ſit tardius in puniendo dicitur. Cum audiſſet vocem Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem &c. Ecce quia vadens ad puniendum tranſgreſſionem non currebat; ſed deambulabat, id eſt lento paſſu incedebat. Et non ibit impulſus ab aura, ſed contra auram, quando ad puniendum uadit, ſua miſericordia ſibi reſiſtit. Et non iuit in meri die ſtatim, ſcilicet quando Adam peccauit, ſed expectauit vſque poſt meridiem. Vadens uerò ad miſerandum, dicitur quod currebat. Nam ſicut dicit Chryſoſto. Illud quod homo contra naturam facit, pigre facit.

*Deus ad miſericordiā pronior, quā ad iuſtitiam.*

*Gen. 3.*

Quia uerò Deo ē contra naturam ſuam punire, ideo ad puniendum eſt tardus. Quia ſecundum ſuam naturam eſt miſereri ſemper & parcere, ideo ad parcendum & miſerandum eſt promptus.

Secundo recepit eum dulciter, quòd notatur cum dicitur. Cecidit ſuper collum eius. Facit Deus erga peccatorem ad ſimilitudinem vulturis, quia primo cadauer a longe uidet, deinde aduolat, poſtea incumbit ſuper eum. tandem ſibi incorporat. Sic etiam dominus hic facit, quia cum adhuc longe eſſet, eum oculis miſericordiæ uidit, deinde accurrens alis miſericordiæ & uirtutis, ad eum uolauit. Poſtea collum eius ſuperincumbit, & incidit, & tandem eum deoſculans, & reconcilians, ipſum ſibi tanquam membrum ſuum incorporauit.

Universidad de Deusto Biblioteca



Tertio recepit eum honorabiliter, quia fecit eum indui
ſtol; prima.id eſt innocētia quam in baptiſmo induerat
ſed per peccatum eam perdiderat,per pœnitētiam uero
eam recuperauerat. Sed quia non ſufficit habere inno-
centiam niſi fiat bona opera, non ſufficit abſtinentia a
malo niſi fiat quod bonum eſt. Ideo ſubditur. Et date
annulum in manu eius. id eſt gratiam operandi. Gratia
enim Dei eſt annulus ſiue ſignaculum quo ſignantur ſer
ui Dei a ſeruis diaboli. De quo ſigno dicitur. Firmum
2. Thi. 2. fundamentum Dei ſtat habens ſignaculum hoc. Cogno-
uit dominus qui ſunt eius. Sed quia in operando multa
aduerſa incurrunt, ideo indigent forti patientia. Et hoc
eſt quod dicitur. Et calciamentum in pedes eius. Cal-
ciamenta enim pedes eius muniunt, contra duritiam
uiæ, & ideo ſignificant conſtantiam contra aduerſa.
Quarto ipſum recepit gratanter. Vnde dicit, Mandu-
cemus & epulemur. In cōuerſione enim peccatoris ma-
gnum eſt gaudiū, iuxta illud. Gaudium eſt angelis Dei
Luc. 15. ſuper uno peccatore pęnitentiā agente &c. Nam gaudet
Deus, angeli, & omnes ſancti. Ideo dicitur. In lætitia
Eſa. 51. ægredimini, ſcilicet de peccatis, & in pace deducemini.
id eſt ad pœnitentiam. Montes, id eſt altitudo & ſublimi-
tas perſonarum, & colles, id eſt altitudo angelorum can-
tabunt coram uobis laudem, & omnis lingua regionis,
id eſt collegium omnium ſanctorum plaudēt manibus.

*Eodem ſabbato ſecundæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſe-
cundus. De Beata Virgine. In quo oſtenditur eius ma-
terna erga filium dilectio, Chriſti cum matre in-
diuiſibilis habitatio, & ex parte utriuſque
omnium bonorum communicatio.*

FIli tu ſemper mecum es & omnia mea tua ſunt
Quamuis iſta uerba dixerit pater filio, qui ſe-
cum remanſerat ut ipſum placaret, poſſunt ta-
men eſſe uerba uirginis loquentis ad filium & dicentis,
Fili tu ſemper mecum es &c. In quibus uerbis tria nota-
tur.



tur. Primum eſt ex parte uirginis materna dilectio, cum
uocat eum filium dicens, fili. Secundum eſt ex parte
Chriſti cum matre indiuiſibilis habitatio, cum ſubditur
Tu ſemper mecū es. Tertium eſt ex parte utriuſque om
nium bonorum cōicatio, cum ſubditur, Omnia mea
tua ſunt. Circa primum notandum, quod beata uirgo
fuit uera mater Chriſti, & non tantum uera mater, ſed *Primum*
etiam fuit ſtudioſa & pia mater. Vera quidē mater fuit, *Maria*
quia materiam carnis ſibi dedit, conuenientem locū in *quō ma*
utero ſibi tribuit, & conueniens nutrimentum ſibi mini *ter Chri-*
ſtrauit. Iſta enim tria faciunt ueram matrem. In uentre *ſti fuit.*
matris meæ figuratus ſū caro, ecce quia Chriſtus in ute *Sap. 7.*
ro locum conuenientem a matre habuit, decem men-
ſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine
hominis, ecce quia Chriſtus materiā corporis uirgine
totā ſumpſit, & ideo dicitur, Ex ſemine hominis ideſt ex
ſanguine hominis. Alii enim homines formātur ex ſemi
ne hominum. Chriſtus uero ex ſemine, id eſt ex sāguine
hominis, id eſt uirginis. Et ſequitur delectamēto ſomnii
conuenientis. Ecce quia accepit conueniens nutrimen-
tum quo in utero nutriebatur & delectabatur. Secundo
fuit ſollicita & ſtudioſa mater. Adeo quidem ſtudioſa
fuit, quod ſicut dicit Bern. omnia opera miſericordię cir
ca perſonam filii exhibuit. Ipſum enim indumento car-
nis induit, ipſum in hoſpitio uteri ſui nouem menſibus
tenuit, ipſum lacte uirgineo nutriuit, & potauit, ipſum
per infantilem ætatem infirmum fouit, ipſum in carcere
crucis poſitum uiſitauit, eius ſepulturæ interfuit. Tertio
fuit mater pia. Fons enim pietatis nouem menſibus in
utero ſuo habitauit, & ideo tota pietate reſplenduit.
Ideo ſimilatur aurorę, ſoli, & lunę, armatæque aciei, &
maris ſtellæ. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora *Maria*
conſur. pul. ut luna ele. ut ſol, ter. ut ca. aci. or. Aſſimila- *quibus aſ*
tur enim aurorę, quia eius miſericordia omnibus eſt ne *ſimilatur*
ceſſaria. Sicut enim aurora eſt media inter noctem, & *Can. 5.*
diem, ſic & ipſa eſt mediatrix inter Deum & hominem.
Aſſimilatur lunę, quia eius miſericordia omnibus eſt ui

Universidad de Deusto Biblioteca



cinior. Sicut enim luna præ cæteris planetis, terræ ma-
gis eſt uicina, ſic & ipſa præ cæteris ſanctis peccatori-
bus, eſt magis propinqua. Aſſimilatur ſoli, quia eius mi-
ſericordia oı̄bus eſt cōior. Sicut enim ſol lucē ſuam, &
calorē oı̄bus tribuit, ſic & ipſa lucē & calorē eius miſeri-
cordia oı̄bus expendit. Aſſimilatur armatæ aciei, quia
eius miſericordia oı̄bus eſt potētior. Quia ipſa hoſtes. ſ.
dæmones conterit, & expellit, & eis terribilis exiſtit. Ni-
hilominus aſſimilatur ſtellæ maris, quia eius miſericor-
dia eſt omnibus diuturnior. Sicut enim cæteri ſtellis oc-
cidentibus, ſtella maris nō occidit, ſic cæteris ſanctis nō
exaudientibus, Maria tamen non deſerit. Secundo ponit
ex parte Chriſti indiuiſibilis cū matre habitatio, cū dr̄.
*Secundū.* Tu ſemper mecū es. Chriſtus enim ſemper cū mr̄e fuit, in
triplici ſtatu ſuo. ſ. dū eſſet in matris utero, dū uiueret in
mundo, & dū receſſit de mūdo. Nam dum eſſet in utero
matris, ipſam ſanctificauit, dū uiueret in mūdo ipſam ab
oı̄ peccato cōſeruauit dū receſſit de mūdo ipſam glorio-
ſam totā & luminoſam fecit. Primo igitur ipſam ſancti-
*Tres cōce* ficauit. Tres quidē ſunt cōceptiones & natiuitates. Vna
*ptiōes, & natiuita* qua quis ſine peccato concipitur, & ſine peccato naſcit.
*tes.* Et hoc modo nō eſt conceptus & natus ſine peccato, niſi
ſolus Chriſtus q fuit conceptus, & natus ſine pc̄tō. Alia
eſt qua quis cū peccato cōcipitur, & cū peccato naſcit, et
iſta ē cōceprio nr̄a, & natiuitas noſtra, quia cū peccato
cōcipimur, & cum peccato naſcimur. Alia eſt media qua
qs cū peccato cōcipitur, & ſine peccato naſcitur. Et ſecū-
dū Bern̄. talis fuit cōceptio, & natiuitas beatæ Virginis.
*Iob. 3.* Fuit. n. (ut aſſerit in Epiſtola ad canonicos Lugdun̄.) cū
peccato originali cōcepta, & ſine peccato nata, qa a ſpū
ſancto fuit ſanctificata, & ab oı̄ pc̄tō mundata. Et ideo ſe-
cundū Bern̄. fuit ante ſancta q̄ nata. Iſta triplex differen-
tia tangitur. Vbi loquitur de nocte originalis culpæ. Pe-
reat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictū eſt conce-
ptus eſt homo. Et ſequitur. Obtenebrentur ſtellæ caligi-
ne eius expectet lucē & non uideat, nec ortū ſurgētis au-
roræ. Ecce quia hic nominat lucem, & aurorā, & ſtellas.
Per



Per ſolē Chriſtus, per aurorā uirgo Maria, per ſtellas cę-
teri ſancti intelliguntur. Nox igitur originalis culpæ nō
uidit Chriſtū nec quantū ad cōceptū nec quantū ad or-
tū. ideo dicit. Expectet lucē & nō uideat. Aurorā. i. virgi-
nē beatā uidit quantū ad conceptū, ſed non uidit quantū
ad ortū. Et ideo dicit. Nec ortū ſurgentis auroræ. Stellas
aūt i. uiros ſanctos, ipſa nos originalis cōcupiſcentię ui-
dit, & in cōceptu & in ortu. Et ideo ex toto obtenebrati
ſunt, & hn̄t tenebroſum conceptū, & tenebroſum ortū.
Ideo dr̄. Obtenebrentur ſtellæ caligine eius. Secūdo fuit
ſecū dū uiueret in mūdo, quia ipſam ab oı̄ peccato cōſer
uauit. Fuit. n. (vt pulchre deducit ſanctus Thomas tertia
parte q 27. ar. 4.) ſine pc̄tō mortali, originali, & ueniali.
Rari ſunt qui ſibi caueant a pc̄tō mortali, rariores q ſibi
caueāt a ueniali, rariſſimi qui naſcuntur ſine originali.
Ideo dr̄ rariſſimi, quia nō fuerūt niſi tres in ueteri, & no-
uo teſtamēto. ſ. Chriſtus, Hieremias, & Ioānes Baptiſta.
De beata Virgine dr̄. Tota pulchra es ami. mea & ma. nō *Can. 4.*
eſt in te. Ipſa enim fuit pulchra, quia ab oı̄ peccato mor-
tali penitus elōgata. Ipſa fuit tota pulchra, quia in carne
& aı̄a ab oı̄ originali aliena. Ipſa fuit ſine macula, quia
ab oı̄ ueniali immunis effecta. Tertio fuit ſecū qn̄ exiuit
de mundo, quia ipſam totā glorioſam & luminoſam fe-
cit. Hæc eſt illa mulier, de qua dr̄. Mulier amicta ſole & *Apo. 12.*
luna ſub pedibus eius, & in capite eius coronā ſtellarum
duodecim, & in utero hn̄s &c. Ipſa enim eſt luminoſa a
parte ſuperiori, quia habet coronā ſtellarū ı̄ capite. Duo-
decim ſtellæ ſunt duodecim ordines. ſ. nouē ordines an-
gelorū, & tres hoı̄um. ſ. martirū, cōfeſſorū, & uirginū, iſti
omnes eam coronant, quia eam exornant. Eſt luminoſa
a parte inferiori. ideo dicitur. Et luna ſub pedibus eius.
Per lunam ſignificatur eccleſia, quam ſub pedibus ha-
bet, quia eam ſub protectione tenet. Et luminoſa ex
parte exteriori, quia eſt amicta ſole. i. glorificata corpo-
re. Et luminoſa ex parte interiori, quia in utero ha-
bens. Ipſa enim diuinum ſplendorem in utero habuit,
& tota luminoſa remanſit. Tertio ponitur ex parte

Universidad de Deusto Biblioteca



matris & filii bonorum oīum cōicatio, ideo dicitur. Oīa
*Chriſto* mea tua ſunt. Omnia.n. quæ fuerunt filii, fuerunt & ma-
*& matri* tris, & econuerſo. Filius tria habuit, ſcilicet carnem ani-
*quæ com* mam, & diuinitatem. Et iſta fuerunt uirginis, ſcilicet ca-
*munia ex* ro per generationem, aīa per amorē, diuinitas per frui-
*titerunt:* tionē, Quæ eſt iſta quæ aſcē. de deſerto deli. afflu. & in-
*Cor. ulti.* nixa. ſuper dilectū ſuū. Caro Chriſti & uirginis fuit ter-
ra. ſed non terra orti, ſed deſerti, quia ab omni humore
concupiſcentia fuit arida, & nulli uitio unquam apta fuit
Et ideo ambo in deſerto fuerūt habitatores, quia carnē
clauſam & integram habuerunt, Fuit etiam affluēs deli
tiis, inquantum delectabatur in contemplatione & frui-
tione deitatis. Fuit ēt ſuper dilectum innixa, inquantum
ipſe eius aīæ per amorem fuit coniuncta. Oīa ēt quæ fue
rūt in matre fuerunt filii, i. a filio, ſ. eius humilitas, uirgi-
nitas, & fœcūditas. A filio quidem habuit humilitatem
*Can. 1.* ſuam, q̄ tanta fuit q̄ Deum de cęlo ad ſe traxit. Dum eſ
*Nardus* ſet rex in accubitu ſuo, i. in ſinu paterno, nardus mea de-
*Mariæ* dit odorem ſuum. Nardus eſt herba parua, & odorifera,
*humilita* ſignificat humilitatē Mariæ ad cuius odorē Chrs i eius
*tem ſi-* uterū uenit. Iſte eſt unicornis qui a nemine capi pōt niſi
*gnat.* a puella dū i ſinu eius caput reclinat. Scdo a filio habuit
uirg ſuam, q̄ tanta fuit q̄ ēt aliorū corda penetrabat &
oēs motus prauos extīguebat. Vñ q̄uis pulcherrima fue
rit, a nullo tñ unq̄ potuit cōcupiſci. ex eo q̄ eius puritas
penetrabat omnia corda & ea reddēbat caſta. Ideo aſſi-
milatur myrrhæ & cedro. Sicut enim odor myrrhæ ex-
pellit uermes, & cedrus expellit ſerpētes, ſic eius puritas
expellebat de cordibus aliorū omnes motus brutales.
Tertio a filio habuit fœcunditatem, quę tāta fuit quod
matrem fœcundauit, & totum mundum ſatiauit, recrea-
uit & reconciliauit. Fuit enim tanquàm arbor fęcunda,
*Luc. 1.* quæ nobis illum fructum attulit. De quo dicitur. Bene-
dictus fructus uentris tui. Cuius odor patrem reconci-
*Gen. 27.* liauit, ut poſſit dicere. Ecce odor filii mei ſicut odor
*Eccl. 9.* agri pleni. Cuius ſapor totum mundum delectauit. Bre
uis eſt in uolatilibus apis, & initium dulcoris habet fru-
ctus



ctus eius. Cuius color, ideſt ſpecies & uiſio faciei beati-
tudinem facit. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſo *Ioan. 17.*
lum uerum Deum.

*Dominica tertia quadrageſimæ, ſermo primus. Quomo-
do in huius infirmi curatione, Chriſti potentia,
ſapientia, & bonitas manifeſtatur.*

ERat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mu-
tum. Quia diabolus in iſto tempore quadrageſi *Luc. 11.*
mali magis exercet conatus ſuæ tentationis, ideò
eccleſia in duabus dominicis præcedentibus, & in iſta,
tentationes ſuas admonet eſſe cauendas. Eorum enim *Diab lus*
quos tentat quatuor ſunt genera. Quoſdam enim tētat, *quatuor*
ſed nequaquam ſuperat. Iſti ſignificantur per tentatio- *genera p*
nem Chriſti. Alios tentat & ſuperat, & per diuerſa uitia *ſonarum*
uexat, iſti ſignificantur per filiam mulieris Chananeæ. *tentat.*
Vnde dicitur. Filia mea male a dæmonio uexatur. Alios *Mat. 15.*
tentat & ſuperat, ſed tamen poſtmodum per contritio-
nem expellitur, iſti ſignificantur per iſtum dæmoniacū,
qui curatus fuit. Alios tentat & ſuperat, ſed poſtmo-
dum fugit, ſed tandem poſtmodum ad eos redit. Iſti ſi-
gnificantur per hoc quod dicitur. Cum immundus
ſpiritus exierit ab homine &c. Iſte autem dæmoniacus,
non tantum mutus erat, ſed etiam cœcus, & ideò per *Mat. 12*
eum peccator ſignificatur. Circa eius curationem Chri
ſtus oſtendit ſuam potentiam, ſapientiam, & bonitatem, *Chriſtus*
Primo quidem triplex opus magnę potentiæ circa eum *triplex*
oſtenditur. Primum eſt, quia dæmonium ab eo expulit. *opus ma-*
Peccator enim in domum cordis ſui dæmoniū cōducit, *gnæ potē*
ſed Chriſtus tanquam malum penſionarium de domo *tiæ oſten*
expellit. In tribus enim caſibus, quis de domo condu- *dit.*
cta poteſt expelli. Primo quidem quando penſionē non *Deus de*
ſoluit, Deus enim dedit homini tria de quibus uult pen *tribus a*
ſionem habere, ſcilicet corpus, animam, & res tempora- *nobis pen*
les nam de corpore requirit ieiunium, de anima requirit *ſionem*
orationes, de rebus requirit eleemoſynas. Diabolus au- *petit.*

 tem

Universidad de Deusto
Biblioteca



té, ꝓhibet ieiuniū, quia eſt ſibi uenenum. Dicit.n. Amb.
ꝙ ſputū hominis ieiuni eſt ſerpenti uenenū, per quod da
tur intelligi, ꝙ uenenum ſerpenti infernali eſt ieiunium.
*Thob. 6.* Prohibet orationes, quia ſunt incendium ei. Cordis eius
particulam ſuper carbones ponas, fumus eius extirpat
omne genus dæmoniorum, fumus eſt oratio, quæ quādo
exit a corde inflammato per amorem, fugat omnem dæ
monem. Prohibet eleemoſynas, quia ſibi ſunt iacuiū, un
*Eccl. 29.* de dicitur de eleemoſyna. Super ſcutum potentis & ſup
lanceam, aduerſus inimicum tuū pugnabit. Secundo pōt
quis expelli de domo conducta, quādo in prauum ſiam
cam uertit. diabolus enim cor hominis in proſtibulū con
uertit dum ibi ponit immūditias omnium peccatorum.
*Apo 28.* Facta eſt Babylon habitatio dæmoniorum, quo ad pecca
tum auaritiæ, quia auaritia eſt ſimulachrorum ſeruitus.
*Coloſ. 3.* Et cuſtodia omnis ſpiritus immundi, quo ad peccatū lu
xuriæ, & cuſtodia omnis uolucris immundæ, quo ad pec
catum ſuperbiæ. Tertio de domo conducta expelli quis
poteſt quādo dominus eius caret habitatione & eā uult
*Animæ* habere. In anima ſunt tres domus in quibus dominus ha
*tres came* bitare vult, ſcilicet memoria, intelligentia, & uoluntas,
*ræ.* & ideo diabolus merito debet expelli. In domo quidem
memoriæ vult habitare per ſuorum beneficiorum recor
dationem. pſalmus. Memor fui dierum antiquorum me
ſum in om.o tu. &c. In domo intelligētiæ vult habitare
*Eſa. 38.* per peccatorum noſtrorū continuā meditationem. Re
cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ
meę. In domo voluntatis vult habitare per ſui cōtinuā
*Io. 4.* dilectionem. Vnde poſtquam dominus dixit. Siquis
diligit me ſermonem meum ſeruauerit. Et ſubdit, & ad
eum ueniemus & manſionem apud eum faciemus. Secū
dum opus potentiæ fuit, quando muto loquelam reſti
*Lingua* tuit licet peccator quandocunque loquatur, tamen mu
*ad tria of* tus eſt. Deus enim dedit homini linguam ad tria officia,
*ficia eſt* ſcilicet ut Deum laudet, ut proximum ædificet, ſe de pec
*data.* catis ſuis accuſet, ſed peccator eſt mutus, quia Deum nō
*Rom. 2.* laudat ſed plaſphemat. Nomen enim Dei per nos bla
ſphe-



ſphematur inter gentes, unde propheta, omnes creatu-
ras ad Deum laudandum inuitat, inter cęteras draco-
nes, infernum, ſerpentes, dicens: Laudate dominum de
terra dracones, & omnes abyſſi. Item ſerpentes & uo.
pe. Nuſquam autem inuitat ſuperbos, auaros, & luxu-
rioſos, quia tales non laudant dominum, ſed blaſphe-
mant. Ex quo uidetur, quòd peccatores ſunt peiores
draconibus, ſerpentibus, & inferno. Secundo peccator
eſt mutus, quia proximum non ædificat, ſed ſcandali-
zat. Lingua tertia multos commouit & diſperſit eos
de gente in gentem.
Prima lingua eſt diuina ſeu Angelica, quæ eſt perfe
ctorum cuius eſt loqui ea, quæ ſunt ad Dei laudem &
ædificationem proximi, Eccl. 51. Dedit mihi dominus
linguam meam & in ipſa laudabo eum.
Secunda lingua eſt humana, quæ eſt lingua imperfe-
ctorum cuius eſt loqui de mundo & de his, quæ requirit
neceſſitas humana. Ipſi de mundo ſunt, & ideò de mun- *1. Io. 14*
do loquuntur, & mundus eos audit.
Tertia lingua eſt diabolica, & iſta lingua eſt peruer-
ſorum hominum cuius eſt detrahere, & mendacium di-
cere. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. *Io. 8.*
Qui igitur Deum laudat & proximum ædificat, ille lo-
quitur prima lingua, id eſt Angelica, ſiue diuina, qui ſe
cularia negocia pertractat, ille loquitur lingua ſecun-
da, id eſt humana, qui proximum ſcandalizat, ille loqui
tur lingua tertia, ſcilicet diabolica.
Tertio peccator eſt mutus, quia de ſuis peccatis ſe in
confeſſione ſua non accuſat, cum tamen dicatur. Iuſtus *Prou. 18*
in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Peccator enim
habet principium, ſcilicet malam cognitioné, habet me-
dium, ſcilicet malum conſenſum, habet & finem, ſcili-
cet malum opus. non tantum media, id eſt malum con
ſenſum, ſed etiam principium, id eſt malas cogitatio-
nes & delectationes.
Tertium opus potentiæ fuit, quia ſibi lumen reſtituit,
ſignum eſt autem, quòd peccator eſt illuminatus quādo
uidet

Universidad de Deusto Biblioteca



uidet ante & retro, a dextris & a ſiniſtris ſicut dicitur de
Apo.4. ſanctis animalibus, ꝙ plena erant oculis ante & retro &
in circuitu. Ille uidet retro, qui cõſiderat peccata ſua, &
habet inde dolorem. Ille uidet ante, qui conſiderat Dei
iudicium & inde habet timorem. Ille uidet a dextris, qui
conſiderat mundi proſpera, quàm ſint uana & ad ea nõ
allicitur per amorem. Ille uidet a ſiniſtris, qui conſide-
rat aduerſa, quàm ſint breuia, & inde non frangitur per
deſperationem. Secundo Chriſtus oſtendit ſuam ſapien
tiam in calumniatorum confutatione. Dicebant enim
Chriſtum expellere dæmonia in Beelzebuc principe
dæmoniorum, ſed Chriſtus oſtendit per quattuor ratio-
nes non eſſe uera, quę dicebant. Prima aſſumitur a par-
te dæmoniorum, & talis eſt. Si enim in aliquo regno al
qua diuiſio oritur, oportet, quòd ad nihilum redigatur,
ſi ergo dæmones mutuo ſe expellerent, ſibi inuicem con
trarij eſſent. & ideò iam ad nihilum redacti eſſent, & in
malorum cordibus non regnarent, quod tamen uerum
non eſt, immò regnant, ꝙ ideò diuiſi non ſunt, iſta ratio
adiuuatur per hoc quod dicit Hierem. Concordia par-
uę res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Secunda
ratio ſumitur ex parte Iudæorum & Apoſtolorum, &
eſt talis. Filij ueſtri, ideſt Apoſtoli mei de uobis pro-
geniti, expellunt dæmones uirtute nominis mei, uel filij
veſtri, id eſt exorciſtæ ueſtri, expellũt dęmones uirtute
exorciſmi, ſi igitur illorũ eiectionẽ Deo attribuitis, meã
quoque ſimiliter attribuere Deo debetis. Iſta ratio adiu
uatur per illud, quod dicitur in hiſt. ſcholaſtica, ꝙ Salo
mon fecit quoſdam exorciſmos, per quos exorciſtæ Iu-
dæorum dæmones expellebant. Tertia ratio ſumitur ex
parte Chriſti, & ipſius diaboli, & eſt talis. Diabolus tan
quam fortis, mundum tanquam caſtrum ſuum pacificè
poſſidebat, ſed ego fortior, ipſum uici & ligaui. Ex quo
igitur ego ſum fortior & ipſum uici & ligatum teneo,
eius auxilio non indigeo. Iſta ratio adiuuatur per illud
2.Pet.2. qđ dicitur. A quo quis ſuperatus eſt huius & ſeruus eſt.
Quarta ratio ſumitur ex parte Chriſti & ipſorum dæmo
num,



num, & eſt talis. Ego & diabolus habemus contrariam
uoluntatẽ, quia qui non eſt mecũ cõtra me eſt. Ego. n. uo
lo omne bonũ, ille omne malũ, ego humilitatẽ, ille ſup.
biã, habemus. n. cõtrariã operationẽ, qa qui non colligit
mecũ, diſpergit, ego. n. colligo oẽs ad fidei ueritatẽ, ille
diſpergit p errorẽ, ego colligo ad uirtutes, ille diſpergit
ad uitia. Iſta rõ adiuuatur p illud quod dr̃. Quæ cõuen- 2.Cor.6.
tio Chriſti ad Belial? aut q̃ ſocietas lucis ad tenebras?
Tertio oſtendit Chriſtus ſuam bonitatem, & hoc in ſua
benigna ammonitione, qua nos ammonet ut recidiuum
caueamus, cum dicit. Cum immundus ſpiritus exierit
ab homine, & poteſt intelligi de Iudæis, ut ſit ſenſus,
Vos dicitis, ꝙ ego eiicio dæmonia in principe dæmonio
rũ, ſed ego poſſem dicere de uobis, ꝙ prius, ſcilicet ante
legẽ habeatis unũ dæmonem, qui uos faciebat idola-
trare, ſed modo habetis ſeptem, id eſt oẽs, quia per ſe-
ptenarium numerum, uniuerſitas deſignatur, qui ſcili-
cet uobis ſuadent, ut me debeatis occidere. Vel poteſt in
telligi de recidiuantibus, ut ſit ſenſus. Quãuis diabolum
uicerim & ligauerim, tamen nullus de ſe confidat, quo-
niam quando ab alio expellitur, uadit ad perfectos, & in
ueniens eos ſine humore uitiorum, reddit ad primos, aſ
ſumens omnes modos tentandi, tam nequiter eos tentat
ꝙ ſæpe eos uincit, & ſuperat.

*Eadem dominica tertia quadrageſimæ, ſermo ſecundus.*
*In quo demonſtratur principes dæmoniorum, qui*
*ſunt, & quomodo eijciuntur.*

IN Beelzebuc principe dæmoniorum eiicit dæmo-
nia. Iudæi miracula Chriſti deprauabant, & ea
principi dæmoniorum attribuebant, quæ Beelze-
buc appellabant. Idolum enim, quod fecerant deri-
ſionis cauſa, appellabant Beelzebuc, quod ſonat uir
muſcarum, propter ſordes ſanguinis immolatici, quem
muſcæ ſequebantur. In iſto idolo principem dæmo-
niorum Iudæi aſſerebant habitare, & in tali principe
Chriſtum

Chriſtum miracula ſua facere dicebant. ex hoc ergo vi-
detur, quòd inter dæmones ſunt aliqui principes. Vi-
deamus igitur qui ſunt principes & qualiter expellatur.
*Primũ.* Circa primum, notandum quòd inter dæmones ſunt
*Inter dæ* quatuor principes, qui ſpecialibus uitiis dominantur &
*mones* ue principiantur. Vnus eſt qui præeſt ſuperbiæ & voca-
*principes.* tur Lucifer, de quo dicitur. Quomodo cecidiſti de cæ-
*quatuor.* lo lucifer. Iſte multos ſubditos habet quibus princi-
*Eſa.* 14. piatur. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Alius
*Iob* 41. eſt qui præeſt luxuriæ & vocatur Aſmodeus. De quo
*Tob.* 3. habetur. Quod interfecit ſeptem uiros Sarræ. Odit
enim legitimum matrimonium, & diligit adulterium,
& ideò per hunc modum volebat illam puellam in adul-
terium ducere. vt ſcilicet poſtquàm non poterat legiti-
mo matrimonio vti, cogeretur ad fornicationem labi.
& iſte multos habet ſubditos, quibus principiatur. Qui
*1. Io.* 5. ſicut dicitur. Totus mundus in maligno poſitus eſt, id
eſt in maligno igne concupiſcentiæ. Tertius eſt qui
*Matt.* 6. præeſt auaritiæ, & vocatur mammona. Non poteſtis
Deo ſeruire & mammonæ. Eſt autem mammona (vt
dicit glo.) nomen dæmonis, qui præeſt diuitiis. Non
quòd in eius poteſtate ſint, ſed quia eis utitur ad deci-
piendum. Et iſte multos habet ſubditos, quibus prin-
*Hier.* 6. cipiatur. Iuxta illud. A maiore uſque ad minorem o-
*Pro.* 20. mnes auaritiæ ſtudent. Quartus eſt qui præeſt in mun-
*Secundo.* dis cogitationibus, & odiis, & rancoribus, & malis uo-
*Quomo* luntatibus, & uocatur Beelzebub, id eſt uir muſcarum.
*do diabo* Immittit enim muſcas, id eſt cogitationes immundas,
*lus expel* quę dicuntur muſcæ, quia ad animam ſæpe uolant, &
*litur.* ipſam moleſtant, atque commaculant. Iſte habet mul-
tos ſubditos, quibus principiatur, quia ſicut dicitur.
Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum
*Gen.* 3. a peccato? Viſo qui ſunt iſti principes, uideamus qua-
*Serpens* liter expellantur. Circa quod ſciendum quòd diabolus
*per qua-* eſt ſerpens: Serpens autem malus per quatuor expel-
*tuor ex-* litur. Primo per odorem uineæ florentis, quia natura-
*pellitur.* liter illum odorem odit, & ipſum fugit. Secundo per
ſputum



ſputum hominis ieiunantis. Dicit enim Amb. in exame
ro, quod tanta eſt uis ieiunij, ut moriatur ſerpens, ſi
guſtauerit ſputum hominis ieiuni. Tertio per denuda-
tionem hominis. Nam ſicut dicitur in hiſtoria ſchola-
ſtica. Serpens in hominem ueſtitum inſilit, nudum fu-
git. Et ratio aſſignatur ibidem. Quia quando Deus
poſuit inimicitias inter ſerpentem, & mulierem, & ſe-
men eius, tunc homo erat nudus, & ideo naturaliter fu-
git hominem nudum, tanquam inimicum. Quarto per
carmina incantatoris. Vnde quando incantari ſe ſen-
tit, unam aurem in terram figit, & aliam cum cauda
claudit, ne uocem incantatoris audiat. Pſal. Sicut aſpi-
dis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Primus igitur dæ-
mon, ſcilicet lucifer qui præeſt ſuperbiæ, expellitur per
odorem uineæ florentis, id eſt per ueram humilitatem
cordis. Humilitas enim intantum eſt odorifera, quòd
eius odor Deum trahit, dæmonem expellit, & omnia
eius tentamenta confringit. Trahit quidem Deum. Si-
cut patet in beata uirgine, quæ traxit ad ſe Deum ſua
humilitate. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea *Can.* 1.
dedit odoré ſuum. Eſt aũt nardus humilis, & odorifera
herba, & ſignat humilitatem uirginis, cuius odor in cœ
lum aſcendit, & Chriſtum ad ſe deſcendere fecit. Iſte.n.
odor, dæmones expellit. Vnde legitur de beato Antonio *Exem-*
q diabolus dixit ei. Si tu uigilas, ego ſomnum nõ capio *plum.*
ſi tu ieiunas, ego cibum non ſumo ſi tu diuitias contem
nis, ego terrenum nihil poſſideo, unum ſolum in te eſt,
quod expellit me. ſ. ſola humilitas tua. Iſte etiam odor
omnia tentamenta diaboli frangit. Vnde legitur in uitis
patrum, quod quidam ſanctus uidit totum mundum la-
queis plenum.

Ipſe uero ſuſpirans clamauit. O domine quis iſtos la-
queos euadet? et reſponſum eſt ei, humilitas. Secundus
dæmon eſt Aſmodeus, qui eſt pater luxuriæ, iſte ex-
pellitur per ſputum hominis ieiunantis, id eſt per ieiu-
nium & mortificationem carnis. Hoc genus dæmo- *Mar.* 9.
niorum in nullo poteſt exire, niſi in ieiunio & oratione.

Tali-

Universidad de Deusto Biblioteca



1. Co.9. Taliter ſe mortificabat qui dicebat. Ego enim ſic pu-
gno non quaſi aerem uerberans, ſed caſtigo corpus
*Pœniten* meum & in ſeruitutem redigo: Quidam enim ſunt qui
*tiũ diuer* ſeipſos macerant ſolum uoluntate, ſicut procraſtinan-
*ſitas.* tes qui proponunt in futuro tantum pęnitentiam age-
re, ſed illud incertum eſt. Contra quos dicit apoſto-
lus. Sic curro non quaſi in incertum, futura enim ſunt
*Eccl. 9.* incerta. Omnia in futurum ſeruantur incerta. Alii au-
tem ſunt, qui iſtam macerationem habent in ore, ſicut
ſunt ſimulatores, & uerboſi prædicatores, & hypocritæ.
Quidam enim ſe dicunt grauem pœnitentiam facere, & in
nullam faciunt. Alii graues pęnitentias prędicant, & in-
ducunt, & ipſi modicas facere nolunt. iuxta illud. Alli-
*Matt.23* gant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in
humeros hominum, digito autem ſuo, mouere nolunt.
Iſti tota die ſermonibus ſuis aerem uerberant, quia uer-
aeris eſt tenuiſſimus ictus. Et cõtra hos dicit apoſtolus.
Pugno non quaſi aerem verberans. Alii ſunt ueri pœni-
tentes, qui corpus ſuum caſtigant, ipſum ieiuniis diſci-
plinando & refrenant eius concupiſcentias extinguen-
do. Ideo ſubdit. Sed caſtigo corpus meum & in ſeruitu-
tem redigo. Tertius dæmon eſt qui præeſt auaritiæ, &
iſte expellitur per denudationem, id eſt per abiectionem
rerum temporalium. Iſta autem fit aliquando totaliter.
*Luc. 11.* Iuxta illud. Si uis perfectus eſſe uade & uende omnia
*Mat. 11.* quæ habes, & da pauperibus. Aliquando fit particulari-
ter. Iuxta illud. Quod ſupereſt date eleemoſynam &c.
id eſt de his quæ uobis ſuperſunt. Aliquando nullo mo-
do fit, ſicut patet in auaris, qui nihil dare uolunt. Nam
*Iob. 20.* remanſit de cibo eius, & propterea nihil remanſit de bo-
*Eccl. 11.* nis illius. Nunc manducabo de bonis meis ſolus. & ne-
ſcit q̃ tempus prætereat, & omnia relinquat aliis. Illi
igitur qui nullo modo uolunt ſe de bonis ſuis denuda-
re, nec aliquid pauperibus tribuere, ſed uolunt eſſe di-
*1. Thi. 6.* tiis ſarcinati, diabolus ſerpens infernalis inuadit. Qui
uolunt diuites fieri incidunt in tentationes diaboli. Illos
aũt qui totaliter ſe denudant, id eſt, qui omnia mundana
dere-



derelinquuntur, & illos qui particulariter id eſt q̃ de ſua
abundatia eleemoſynas faciunt, diabolus fugit. Eleemo-
ſyna enim expellit peccatum, expellit diabolum. Ignem *Ecc. 3.*
ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit pecca-
to. Expellit etiam diabolum in morte, quia quando ani
mam plenam operibus miſericordiæ inuenit, ab ea con-
fuſus recedit, ſicut patet in ſãcto Martino. Expellit poſt
ea mortem, quia eſt ſcutum & lancea contra eum. Vnde
de eleemoſina. Super ſcutum potentis, & lancea ad- *Ecc. 28.*
uerſus inimicum tuum pugna. Quartus dæmon, ſcili-
cet Beelcebuc qui interpretatur uir muſcarum, expelli-
tur per incantationem, id eſt confeſſionem. Sicut au-
tem muſcæ ſuper carbones mortuos reſident, ſuper te-
pidos uolitant, ignitos autem fugiunt, ſic malę cogi-
tationes ſeu tentationes reſident ſuper corda in Dei a-
more frigida, uolitant ſuper tepida, ſed fugiunt corda
in Dei amore inflammata. Iſte autem dæmon expelli-
tur ut dictum eſt per incantationem. Incantatores Dei
ſunt ipſi ſacerdotes, qui ſerpentem infernalem incan-
tant, quando ſuper caput peccatoris abſolutionem fa-
ciunt. Et quia diabolus ſic ſe uidet per confeſſionem *Dæmonis*
expelli, ideo ipſam confeſſionem nititur impedire, ad *aſtutia*
ſimilitudinem lupi, qui non capit ouem, id eſt hominem *lupo aſſi*
per pedem, ſed dimittit ipſum ire ad eccleſiam. nec per *milatur*
aurem, ſed dimittit eum ire ad prædicationem. nec
per manus, ſed dimittit eum extendere ma-
num ad pauperẽ, ſed capit ipſum per gu
lam, ne poſſit confeſſionem emit-
tere. Aug. Nec enim diabolo
acriores dolores infligi
mus, quàm cũ pla
gas peccatorũ
noſtro-
rum confitendo, & pœni-
tendo ſanamus.

Feria

Universidad de Deusto Biblioteca

*Feria ſecunda tertiæ hebdomadæ 40. Sermo primus. De Helia atque Helyſei hiſtoria, & ac quibus utraque nos inſtruat.*

Luc. 4. QVanta audiuimus facta in capharnaum, fac & hic in patria tua. Ad intelligendã hiſtoriam huius Euangelii notandum, quòd compatriotæ Chriſti, illi (ſcilicet de Nazareth) ubi Chriſtus fuit nutritus, conceptus & conuerſatus, ipſum deſpiciebant, in ipſum non credebant, & ſibi inuidebant. Deſpiciebãt quidem Chriſtum, propter genus infimum quod nouerant, & quia apud ſe nutritum, & per ætatum tempora profeciſſe uiderant, & non credebant miracu-

Mar. 6 la quæ de ipſo referebantur. Vnde dicitur. Abiit Ieſus in patriam ſuam & dicebant. Vnde huic hæc omnia, & quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonnè iſte eſt fabri filius, & Mariæ? frater Iacobi & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? Nonnè & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Ecce quanta deſpectio. Et ſequitur. Et mirabatur Ieſus propter incredulitatem eorum. Ecce quanta incredulitas, & quantam incredulitatem, tantam habebant etiam inuidiam. Quia ſicut dicit Hiero. Proprie naturale eſt ciues ciuibus inuidere. Quia igitur erant ſuperbi, increduli, & inuidi, ideò Chriſtus tot ibi miracula non fecit ſicut fecit in capharnaum, & in aliis terris. Vnde dicitur. Et non poterat ibi ullam uirtutem facere,

Mar. 6. niſi quòd paucos infirmos impoſitis manibus curauit. & non poterat ſcilicet de iuſticia ſua, quia illi indigni erant. Cum ergo quadam uice Chriſtus in Nazareth ueniret, acceſſerunt ad eum compatriotæ ſui dicentes illud quod refert hic Luc. Quanta audiuimus in capharnaum, fac & hic in patria noſtra. quaſi dicant. Cum magis tenearis tuis compatriotis, quàm alienigenis, beneficia tua quæ aliis impendis, & miracula tua quæ aliis facis, deberes hunc multo magis facere. Chriſtus autem reſpondit eis, quòd ſi inter eos miracula non faciebat

hoc



hoc non erat, quod ſcilicet patriam deſpiceret, quam ſua natiuitate honorauerat, uel propter hoc quod impotens eſſet, ſed q̃a ipſi indigni erant. Tum propter ſuperbiam, quia eum deſpiciebant. Tum propter eorum incredulitatem, quia in ipſum non credebant. Tum propter eorum inuidiam, quia ſibi inuidebant, & ideo ipſum non honorabant, ſed ipſum deſpiciebant, cum tñ alienigenæ ipſum honorabant. Et ideo illis plura miracula faciebat quia magis digni erãt. Et hoc eſt quod ſubditur. Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Iſta autem duo. ſ. quod prophetæ aliquando magis apud extraneos, quam apud domeſticos honorarentur. Et aliquãdo prophetæ extraneos plures, quam inter domeſticos uirtutes operarentur, oñdit duplici exẽplo. Helyæ & Helyſæi, ꝙ enim prophetæ in maiori honore habeantur apud extraneos quam domeſticos oſtenditur exẽplo Helyę, quia iudæis expellebatur & cõténebatur, a gentibus autem honorabatur. Sicut patet, quia cũ multæ aliæ uiduæ in Iſrael eſſent, & tamen nulla fuit digna eum recipere, niſi uidua apud ſareptam ſydoniæ quæ cũ honorificè recepit. Quòd uerò prophetæ inter extraneos aliquando plura miracula faciebant, quam inter domeſticos, oſtenditur exemplo Helyſæi prophetæ, qui multis læproſis in iudea exiſtentibus, nullus tamen mundatus eſt niſi Naam ſyrus. Illi autem hoc audientes, quia, ſcilicet eos indignos reputaret, inter quos miracula faceret, indignati ſunt, & duxerunt eum uſque ad ſupercilium montis, ut præcipipitarent eum. In hoc ſicut dicit Beda. Priores ſuut diſcipuli iudæi, magiſtro ſuo diabolo. Ille enim ait. Mitte te deorſum. Iſti uerò de facto mittere conati ſunt. Sed quoniam dominus non elegerat mori per præcipitum, ſed per Crucis patibulum, & quoniam nondum uenerat hora mortis ſuæ, ideò de manibus eorum exiuit, & ſicut dicit Beda. & habetur in gloſſ. Quod cum dominus de manibus eorum lapſus, de rupe deſcendiſſet, atque in ipſa rupe latere uellet, ſubito ad tactum dominicæ ue-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtis ſaxum illud ſubterfugit , & ad inſtar ceræ relo-
*Miraculum.* lutum, quendam ſinum in quo dominicum corpus re-
ciperetur effecit,tantæ quippe capacitatis, quantæ ip-
ſum corpus extitit quantitatis, in quo liniamenta, &
rugæ ueſtis,quæ a tergo domini fuerant, uelut de ma-
nu ſculptoris impreſſa ſeruantur. In hoc igitur euāge-
lio tangitur duplex hyſtoria , ſcilicet de Helya, & He-
*Primo.* lyſeo. Circa hiſtoriam Helyæ inſtruimur circa duo,ſci-
licet ut mūda nos ſtrepitus fugiamus, & ut eleemoſynis
*3. Re.17* inſiſtamus.Helyas quidem. Ad preceptum domini mun-
danos ſtrepitus fugit , & in ſolitudine habitauit, ibique
dominus eum pauit, mittendo ſibi per coruum, mane &
ueſpere panem & carnem,& de torrente bibebat. Deus
enim aīam quæ mundanos ſtrepitus fugit , paſcit, ſci-
*In Chriſto duplex natura.* licet cœleſti refectione , pane & carne. Chriſto qui-
dem eſt duplex natura, ſcilicet diuina & humana. Per
panem intelligitur diuinitas,quę habet in ſe omne dele-
ctamentum. Panem de cœlo præſtitiſti eis,omne dele-
*Sap. 16.* ctamentum in ſe habētem.Per carnem intelligitur hu-
manitas,animam igitur quæ humanos ſtrepitus uitat,&
internæ quieti uacat,Deus paſcit,pane & carne.reficien-
do eam in contemplatione diuinitatis , & humanitatis.
*Spiritualis refectio hic non eſt perfecta.* Secundo notandum quod iſta refectio habet in hoc mun-
do imperfectionem,admixtionem,& defectionem. Im-
perfectionem quidem habet, quia perfectæ conſolatio-
nes & refectiones in patria ſunt.Ex parte cognoſcimus,
& ex parte prophetamus. Cum autem euenerit quod
*1.Co.13* perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt. Iſtud no-
tatur per hoc quod dicitur , quod Helyas paſcebatur
mane,& ueſpere,& non in meridie. In mane quidem &
ueſpere ſunt lux & calor, ſed non in ſua perfectione , in
meridie autem ſunt in ſua perfectione. Sancti igitur
uiri paſcuntur in præſenti uita in mane,& ueſpere, quia
habent lumen diuinæ cognitionis, & calorem diuini a-
moris,ſed imperfectè. In futuro autem paſcuntur in
meridie , quia tunc habent plenam Dei cognitionem
& perfectum Dei amorem. Ideo ſponſa deſiderat pa-





ſci in meridie dicens,Indica mihi ubi paſcas ī meridie?
Secundo ſpirituales refectiones ſanctorum in præſenti
habent admixtionem, puræ enim conſolationes in pa-
tria ſunt,in præſenti autem multum habent de admix-
tione contrarii,ſiue a carne,ſiue ab hoſte, ſiue a mūdo.
Iſtud ſignificatur per hoc quod Helyas licet haberet de
licatum cibum, habebat tamen inſipidum de torrente
potum . Vinum tuum mixtum eſt aqua.Vinum enim *Eſa. 1.*
purū,id eſt conſolatio pura eſt in cœlo,fex,id eſt tribu-
latio in inferno,ſed uinum mixtū,id eſt conſolatio mix
ta eſt in mundo.Iſtam autem triplicem differentiam tā
git propheta dicens , Calix in manu domini ui.me.ple-
nus mix. Tertio ſpirituales conſolationes ſanctorum
in præſenti habent defectionem, quia ſępe ab eis ſubtra
huntur ad tempus.Hoc notatur per cibum Helię, quem
Deus ſubtraxit, & ad tantam penuriā deuenit, ꝙ uix bu
cellam panis,& modicum aquæ habere potuit. Sæpe .n.
a ſanctis uiris conſolationes ſpirituales ſubtrahuntur,
intātum quod uix modicam poſſint habere,& hoc ideo
facit Deus,ne de illis gratiis ſuperbiant , & ut feruen-
tius eas requirant, & cautius eas cuſtodiant. Secundo
inſtruimur ut eleemoſynis inſiſtamus,& per hoc qđ ui
dua modicam eleemoſynam dedit Heliæ. & multiplica
tionem bonorum accepit . Qui enim dat bona tempo *Temporalia diſtribuens bona quæ recipit.*
ralia,Deus dat ſibi & tēporalia ad ſuſtentandum,& cor
poralia ad conſolationem,& ſpiritualia ad iuſtificatio-
nem, & cœleſtia ad glorificationem. Frange eſurienti
panem tuum.ecce datio eleemoſynarum. Sequitur,&
ſanitas tua citius orietur,hoc refertur ad bona corpora
lia,ante faciem tuam ibit iuſtitia tua. hoc refertur ad
bona ſpiritualia,& gloria domini colliget te . & hoc re
fert̄ ad bona cœleſtia. & eris quaſi hortus irriguus cu-
ius non deficient aquæ, hoc refert̄ ad bona temporalia,
quæ ſic adeo eleemoſynarū largitione continuantur,
ut nunquam tibi deficient. Ex ſecunda hiſtoria inſtrui-
mur,ut nos in ſanguine Chriſti abluamur. Sicut enim *Secunda.*
Naaman in Iordane ſepties fuit lotus & mundatus, ſic

Universidad de Deusto Biblioteca



& nos ſi in ſanguine Chriſti per deuotionem abluimur,
*Chriſtus ſepties ſã guinẽ fudit, & quare.*
a ſeptem uitiis mortalibus mundabimur. Ideo Chriſtus
ſepties ſanguinem ſuum fudit, ut a ſeptem mortalibus
peccatis mũdaret nos. Primo in circũciſione contra pec
catum luxuriæ, quæ in primo homines in illo membro
pullulabat. Secundo in ſudore contra peccatum gulæ.
ex gula enim ſæpè naſcuntur mali humores qui ſanãtur
per ſudorem. Tertio in capite contra peccatũ ſuperbię.
nam ſicut dicit Aug. Sub ſpinoſo capite non decet mem
brum fieri delicatum, non decet eſſe caput humile, &
membrum ſuperbum. Quarto in corde contra pecca-
*Ira quid.*
tum iræ. nam ſecundum Dama. Ira eſt aſcenſio ſangui-
nis circa cor. Quinto in flagellatione contra peccatum
inuidiæ. inuidi enim ſunt ſicut canes mordentes, ſi igi-
tur leo timet, quando canis flagellatur, multo fortius
iſti canes, id eſt peccatores, alia mordentes & laceran-
tes timere debent, quando uident Leonem, i. Chriſtum
eſſe flagellatum: Sexto in manuum perforatione contra
peccatum auaritiæ. oſtẽdit enim ſe liberalem in manuũ
perforatione, extenſione, & apertione, nam in Cru-
ce habuit manus extenſas, ut daret utiliter habuit aper-
tas, ut daret liberaliter. habuit perforatas, ut daret to-
taliter. Septimo, in pedum affixione contra peccatum
accidæ. Pedes enim animæ ſunt intellectus & affectus,
qui ſæpè ſunt pigri ad bonum, ſed quando in Chriſti ſan
guine intinguntur, tunc uelociter currunt ad Deum, &
omne bonum. pſalmus. Vt intingatur pes tuus in ſan-
guine &c.

*Eadem feria ſecunda. tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De lepræ malignitate, quid ſignificat.*

*Lepra q̃ ſit abhominabilis.*
MVlti leproſi erãt in Iſrael ſub Helyſeo prophe
ta, & nemo illorum mundatus eſt, niſi Naa-
man Syrus. Inter cæteros morbos, lepra eſt
abbominabilior apud omnes. Eſt enim morbus fœti-
dus,



dus, ſitibundus, & contagioſus. Inquantum eſt fœtidus,
ſignificat peccatum luxuriæ. Inquantum eſt ſitibũdus,
ſignificat peccatum auaritiæ. Inquantum contagioſus,
ſignificat peccatum ſuperbiæ. Lepra autem inquantum
eſt morbus fœtidus, ſignificat peccatum luxuriæ, quæ co
ram Deo & hominibus fętet. Computruerunt iumenta *Primo.*
in ſtercore ſuo. Greg. Iumenta computreſcere in ſterco *Iohel. 5.*
re, eſt carnales homines in fętore luxuriæ uitam finire, *luxuria.*
tunc autem luxurioſus eſt fętidus, quando eſt quatri-
duanus. Domine iam fętet quadriduanus enim eſt. *Io. 11.*
Prima enim dies eſt mala cogitatio & delectatio, &
tunc adhuc non fœtet. Secunda dies eſt malus con-
ſenſus, & tunc adhuc non fętet. Tertia eſt malum opus,
& tunc quamuis animus ſit mortuus, tamen pro unico
actu adhuc non fętet. Quarta eſt mala conſuetudo
ſeu obſtinatio, & tunc animus eſt mortuus & fętidus.
Iſta ſunt quatuor ſcelera damaſci, de quibus dicitur.
Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non *Amos. 1.*
conuertam eum ubi dicit Gloſ. Primum peccatum eſt *Peccandi ordo.*
mala cogitare. ſecundum conſentire. tertium opere im
plere; quartum non pœnitere. Et ſubdit glo. qui in tri-
bus prioribus peccat, ſi pœnitet, conuertit eum Deus
ad uultum clementiæ ſuæ. Si uerò non pœnitet, auerti-
tur ab eo vultus clementiæ ſuæ, & quia animus carna-
lis fętet in uita per culpam, ideò fœtebit in inferno per
pœnam. Qui fętor cauſabitur in inferno a quatuor: *Fœtor à*
Primo a fœtenti loco, quia terra infernalis tota fętida *4. in in-*
eſt, quia omnium immunditiarum ſentina eſt, quia om- *ferno cau*
nes immunditię poſt iudicium ab elementis, & a rebus *ſatur.*
cæteris ſeparabuntur, & in cloacã infernalem proiicien
tur. Secundus cauſabitur a fœtenti conſortio. dæmo-
nes enim qui ſunt ſocii damnatorum, ſunt ualde fœtidi.
Aſcendet fętor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſu- *Eſa. 24.*
perbiæ egit. Tertio cauſabitur a fętenti ſupplicio, quia
fętenti pœna, ideſt ſulphurea punietur. Pſalmus. Ignis
ſulphur ſpiritus procellarum pars calicis eorum, &c.
Quarto cauſabitur a fœtenti corpore ſuo, quia corpora

Universidad de Deusto Biblioteca



*Iſa.* 34. damnatorum fœtida erunt. De cadaueribus eorũ aſcendet fœtor. Secundo lepra eſt morbus ſitibundus, & quãtum ad hoc ſignat peccatum auaritiæ, auarus enim adeo ſitit, ꝙ ſatiari nõ poteſt. Eſt enim inſatiabilior omnibus rebus inſatiabilibus, nam ſicut dicitur. Tria ſunt inſatiabilia, infernus, os vuluæ, & terra, quæ nunquam ſatiabitur aqua. Ignis uero nunquam dicit ſufficit. Infernus quamuis ſit inſatiabilis ex eo ꝙ quotidie, quaſi infinitas animas recipit, ſaturari non poteſt, tamẽ ueniet tempus, quãdo dicet ſufficit. Iudicio enim extremo celebrato, infernus replebitur, & man: Dei claudetur, & tũc dicet ſufficit, nolo plures. Sic carnalis concupiſcentia licet ſit ſamelica, & ſaturari non poſſit, tamen tempus ueniet quãdo dicet ſufficit, quando enim homo ſeneſcit, ualde, ita ꝙ calor naturalis in eo deficit, tunc cõcupiſcentia dicit ſufficit, ſic terra ſitiẽs quamuis aquam abſorbere deſideret, tamen tempus ueniet, quando dicet ſufficit, quande enim eſt magna inũdantia pluuiarum, ita ꝙ aquę ſuper abundant, tunc terra dicit ſufficit. Ignis autem inſatiabilior eſt inferno, carnali concupiſcentia, & ſitienti terra. Non enim dicit ſufficit, quando eſt plenus lignis, ſicut dicit infernus, quando eſt plenus damnatis, nec dicit ſufficit præ diuturnitate temporis, ſicut dicit carnalis cõcupiſcentia, quia ſi ligna eſſent perpetua, ignis etiã eſſet perpetuus. Nec dicit ſufficit præ nimia abundãtia lignorũ, ſicut dicit, terra ſitiens, præ nimia abundantia pluuiarũ, immo ex hoc magis augetur, & ideò merito per ignem auaritia deſignatur, quia eſt inſatiabilior inferno, concupiſcentia carnali, & terra ſitienti. Primo igitur auarus inſatiabilior eſt, q̃ infernus, quia infernus poſtquam plenus fuerit dicet ſufficit, auarus autem quanto magis plenus eſt, tanto magis cupidus eſt. Infernus & perditio nunquam replentur, ſcilicet modo, ſimiliter oculi hominum inſatiabiles. Auarus non implebitur pecunia. Secundo auarus eſt inſatiabilior, q̃ concupiſcentia carnalis, quæ in homine ſene dicit ſufficit. Auaritia uero in homine ſene nõ ſeneſcit, ſed amplius iuueneſcit. Hierony. Cum

*Auarus inſatiabilior oĩb.*

*Pro.* 30.

*Prou.* 27

*Eccl.* 5.

cętera



cætera uitia ſeneſcant in homine ſeneſcente, ſola auaritia iuueneſcit. Tulliu. Auarus quid ſibi uelit non intelligo, quid enim abſurdius eſſe poteſt, q̃ quo minus reſtat uiæ eo amplius uiatici quærere? Tertio auarus ẽ inſatiabilior q̃ terra ſitiens, quæ dicit ſufficit quãdo eſt magna inundantia aquarum, & quando ipſe aquæ ſuperabundãtes, per diuerſa loca diſcurrunt. Auarus autẽ, & ſi habet magnam abundantiam diuitiarum, nõ tamen dicit ſufficit, ſi diuitiæ ſuæ diſcurrant ad terras longinquas, ad diuerſas nundinas, adhuc tamen non dicit ſufficit, ſicut dicit infernus, quando eſt plenus damnatis, & ſicut dicit carnalis concupiſcentia, quando calor naturalis deficit in homine ſene. Nec ſicut dicit terra ſitiẽs, quãdo habet abundãtiam pluuiarum, ſed ſicut dicit ignis non ſufficit quantũcumque ſit diuturnus, poſtquam habet ligna ſuppoſita, ſic dicit carnalis concupiſcentia, & ſicut ignis nõ dicit ſufficit quando habet magnam abundãtiam lignorum, ſic ignis auaritiæ nõ dicit ſufficit, nec in homine diuitiis pleno, nec in homine ueterato, nec in homine ſuppleno. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. Tertio lepra eſt morbus contagioſus, & per hũc morbum ſignatur ſuperbia, quæ eſt contagioſa. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea, & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, & aſſimilatur ſuperbia pici, quia pix eſt nigra & multæ adhærẽtiæ, ſic ſuperbia animã obſcurat & impedit, ne ueritas ad eã tranſeat. Greg. Tumor mentis eſt obſtaculum ueritatis, eſt etiam tantæ adhærentiæ, ꝙ aliis uitiis ſuperatis, ipſa ſuperari nõ poteſt. Nam inter uitia ipſa eſt prima in acceſſu, continua in proceſſu, & ultima in receſſu. non ſolũ autem ſuperbia, ſed omne peccatum mortale in ſe eſt cõtagioſum. Sicut enim leproſus generat leproſum corporaliter, ſic peccator generat peccatorẽ ſpiritualiter. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Quãdo ſani ſtãt cum ſanis in ſanitate mutuo ſe conſeruant, quando uerò leproſi ſtãt cũ leproſis, magis ac magis ſe uitiant & corrumpunt. De quo modo eſt curandum. Quando uerò

*Eccl.* 23.

*Eccl.* 13.

*Superbia primo aduenit & ultimo recedit.*

1. *Co.* 15

Universidad de Deusto Biblioteca



ſani ſtant cum leproſis uel econuerſo, ſani ſępè inficiuntur a leproſis, leproſi autem multum adiuuantur a ſanis, ideò non eſt periculum ſtare leproſis cum ſanis, ſed periculum eſt ſanis ſtare cum leproſis. Eodem modo quãdo boni cum bonis ſtant, mutuo ſe ad bonum prouocant. unus enim alium prouocat ad humilitatem, alius alium
Pro. 27. ad potentiam, & ſic de aliis. Ferrum ferro acuitur, & homo
Pſ. 17. mo acuit faciem amici ſui. Cum ſancto ſanctus eris, &c.
Quando uerò mali ſunt cum malis, mutuo ad malitiam
Pſ. 44. ſe incitant. Dies diei eructat uerbũ & nox nocti indicat
ſcientiam. Bonus enim, qui eſt dies, dat alteri diei, ideſt
alteri bono, bonum documentum, & nox, ideſt malus
dat nocti, ideſt malo, alteri malam doctrinam, & ſic peiores
Apo. 22. iores efficiuntur. Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus
dibus eſt, ſordeſcat adhuc. Quando boni ſtant cum malis,
lis, uel econuerſo, non eſt periculum malis, ſed utile, quia ſæ
ſæpè meliorantur. Eſt autem periculum bonis, quia ſæ
Pſ. 17. pè uitiantur. Cum peruerſo. peruer. Qui cum ſapientibus
Pro. 9. bus graditur ſapiens erit. Amicus enim ſtultorum ſimilis
lis efficietur. Ideò non dixit dominus Babyloniis, ut exirent
exirent de medio populi ſui, ſed dixit populo ſuo, ut exirent
rent de medio Babylonis, quia populus Dei in multis poterat
terat prodeſſe Babyloniis, Babilonii autem in nullo poterant
Hier. 51. terant prodeſſe populo Dei. Egredimini de medio Babylonis
lonis populus meus, ut ſaluet unuſquiſquam animam
ſuam, ab ira furoris domini, & nè forte molleſcat cor ue
Societa- ſtrum, & ne timeatis auditum, qui audietur in terra. Ex
tes malas quibus uerbis oſtenditur, quòd ille, qui uitat malas ſocie
uitãs qua tates, quatuor mala uitat. Primo animæ ſuæ perditio
tuor ma- nem, ideò poſtquam dixit, egredimini de medio Babylo
la uitat. nis. ſubdit. Vt ſaluet unuſquiſquam animam ſuam, quia
ſæpe boni inter malos animas ſuas perdunt. Secundo ui
tat diuinam indignationem, quam ſæpe incurrunt, qui
inter malos habitant, ideò ſubdit. Ab ira furoris domi
2. Pa. 19 ni. His qui oderunt dominum amicitia iungebaris, &
iccirco iram domini merebaris. Tertio uitat mentis eneruationem,
uationem, quia ſæpe boni habitantes cum malis, a ri
gore



gore uirtutũ molleſcunt, ideò ſubditur. Ne forte molleſcat
ſcat cor ueſtrum. Quarto uitat diabolicam tentationẽ,
quia ſæpe diabolus per malos peruertit bonos, ideò ſub
dit. Ne timeatis auditum, qui audietur in terra. Iſte auditus
ditus eſt diabolica tentatio, ſeu ſuggeſtio, quia ſæpe diabolus
bolus infeſtat bonos, ut poſſit eos corrũpere per malos.

*Feria tertia, tertiæ hebdomadæ. Sermo primus.*
*De quinque documentis, nos ad ſalutem trahentibus.*

SI peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eũ in- *Mat. 18.*
ter te & ipſum ſolum. Dominus noſter aliquando
oſtendebat miracula ſuæ poteſtatis, ut malos conuerteret,
ret, aliquando exhibebat exempla ſuæ ſanctitatis,
ut bonos ad meliora alliceret. Aliquando dabat ſuæ ueritatis
ritatis documenta, ut omnes ad ſalutem traheret, & inſtrueret,
ſtrueret, ſicut patet in præſenti euangelio, ubi ponit q̃n
que uerißima documenta. Primũ documentũ eſt, ꝑ qđ
oſtenditur qualiter fraterna correptio fit fiẽda. cũ dicit.
Si peccauerit in te frater tuus. i. te ſolo ſciente, uel in te,
ideſt cõtra te iniurias, & cõtumelias irrogãdo, uel in te.
ideſt cõtra te malo. ſ. exẽplo corrumpẽdo. Vade & corri
pe eũ inter te, & ipſum ſolũ. Vbi notatur, ꝙ nõ oẽs æqua
liter & eodẽ modo ſunt corripiendi. Quidam aũt corri- *Corripiẽ*
piendi ſunt cũ amore, ſicut humiles manſueti, qui ſi ali- *dorum di*
quando offendunt continuò recognoſcunt, & iſte modus *uerſitas.*
intelligitur cum dicitur, inter te & ipſum ſolum, ideſt
dulciter & ſecretè. Tales. n. aliquando emendantur leni
ammonitione. Augu. Prudentem uirum, & corrigi paratum,
tum, breuiter ammonuiſſe ſufficiat, immò aliquando ſuperioris
perioris reſpectione. Ambro. ſuper pſalm.. Iuſti aſpectus
perfectioribus lætitia eſt, imperfectioribus uerò correptionis
ptionis ammonitio, quidam uerò corripiendi ſunt cum
ratione, ſicut aſtuti, iſte modus tangitur cum dr̃. Si aũt
te non audierit, adhibe tecum unũ uel duos, ut in ore
duorum uel triũ teſtium, ſtet omne uerbum. Multi enim
ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſunt aſtuti, qui peccata ſua abſcondunt, & defendunt, nec
ſe corrigere uolunt. Prælatus autem uel iudex debet eſ-
ſe aſtutus cũ aſtutis, & debet eos corrigere per teſtes, &
per omnes alios modos, quibus poteſt. Iſtum modum
ſeruauit Daniel contra ſenes & aſtutos, quos rationabi-
Dan. 13. liter & aſtutè conuincit. Alij ſunt coercendi cum timo-
re, ſicut ſuperbi & præſumptuoſi. Iſte modus tangitur cũ
dicitur, ꝙ ſi non audierit te, dic eccleſiæ, ideſt prælato ec
cleſiæ, ad quem ſpectat duros, & præſumptuoſos caſtiga
tionibus ſubiicere, & pœnis & flagellationibus coerce-
re. Talis enim prælatus, & iudex, debet eſſe, qui poſſit ſu
Eccl. 7. perbos cõprimere & domare. Noli quærere fieri iudex,
niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne fortè exti-
Thi. 2. meſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate
tua, ideò dicitur. Argue cũ omni imperio. Alii ſunt co-
ercendi uel abiiciendi cum rubore ſicut obſtinati, qui
debent ab eccleſia præſcindi, & excommunicari. iſte mo
dus tãgitur cũ dicitur. Si eccleſiã non audierit ſit tibi ſi-
cut ethnicus. i. gentilis & publicanus, ideſt cũ eis tãquã
excõicatis non communices. Phariſei enim cum iſtis
duobus generibus hominum non communicabant, ideſt
Ioan. 4. cũ gentilibus, iuxta illud. Non. n. coutuntur Iudæi Sama
Mar. 2. ritanis, nec cũ publicanis & peccatoribus. Vnde dicitur.
Quare cũ publicanis mãducat & bibit magiſter ueſter?
Iſti igitur ſunt ab eccleſia excommunicandi, nec aliquis
2. Io. 1. cum eis debet participare, nec in ſalutatione. Si quis ue-
nit ad uos & hanc doctrinam non affert, nolite cum re-
1. Io. 5. cipere in domũ, nec aue ei dixeritis, nec publica oratio-
ne. Eſt enim peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, ut ro-
1. Cor. 5. get quis, nec cum eis comedere. Si quis frater nomina-
tur inter uos & eſt fornicator, aut auarus, & ſequitur, cũ
huiuſmodi cibũ non ſumite. Secundum documẽtum eſt
per quod oſtendit quanta ſit prælatorũ iuriſdictio, cum
ſubdit. Amen dico uobis quodcunque alligaueritis ſu-
per terram erit ligatum & in cœlis. Ex quibus uerbis
habetur, quam magna ſit poteſtas & iuriſdictio præla-
torum, quia poſſunt ligare & ſoluere, cœlum aperire &
claudere



claudere. Peccator quidem habet ſuper ſe cœlum clau
ſum. infra ſe infernum apertum, intra ſe habet culpam
interficientem, & perdit gratiam ſpiritualem. extra ſe a-
miſit meritorum eccleſiæ communicationem. De qui-
bus meritis dicitur pſal. Participem me fac Deus om-
nium timentium. Prælatus autem ſiue ſacerdos, po-
teſt peccatori pœnitenti cœlum aperire. Tibi dabo cla- Matt. 16
ues regni cœlorum. Vnde cantatur de Apoſtolis, Ha-
bent poteſtatem claudere cęlum, nubibus, & aperire por
tas eius, quia linguæ eorum claues regni factæ ſunt. Se-
cundo poteſt infernum claudere. Portæ inferi ſecun- Mat. 16.
dum glo. ſunt peccata quæ infernum aperiunt peccato-
ri. ſed quando ſacerdos peccatum dimittit. tunc portas
inferni claudit. Tertio poteſt ſacerdos culpam dimitte Ioan. 20.
re. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remit. peccata
remittuntur eis &c. Quarto poteſt gratiam ſpiritus ſan-
cti conferre. Tunc imponebant ſuper il, ma. & ac. ſpiri- Act. 8.
tum ſanctum.

Quinto poteſt prælatus merita ſanctorum communi
care, & indulgentias facere. Vnde dicebat Apoſtolus. 2. Co. 2.
Nam & ego quod donaui, ſiquid donaui, propter uos Tertiũ.
in perſona Chriſti. Tertium documentum eſt per quod
oſtendit ſanctorum uirorum quantum ualet oratio, cũ
dicit. Iterum dico uobis, quia ſi duo ex uobis conſenſe-
rint ſuper terram de omni re quacunque petie. fiet uo-
bis a patre meo, qui in cœlis eſt. Quando enim aliqui
ſancti uiri conueniunt ad rogandum Deum, eos exau-
dit, aut quantum ad uotum, ſi expedit ad ſalutem. aut
quantum ad meritum ſi hoc eis non expedit. Deus enim
aliquando exaudit ad uoluntatem, ſed non ad utilita-
tem. ſicut exaudiuit dæmonem petentem tentare Iob, & Mat. 8.
dæmones petentes intrare porcos. Aliquando exaudit
ad utilitatem, non ad uoluntatem, ſicut exaudiuit Pau- 2. Co. 12.
lum petentem ſtimulum amoueri. Non enim exaudiuit
eum ad ſuam uoluntatem, ſed dixit ei, ſufficit tibi gratia
mea. Exaudiuit autem ad ſuam utilitatem. Vnde di-
xit, nam uirtus in infirmitate perficitur.

Ali-

Aliquando autem exaudiuit ad uoluntatem & ad uti
litatem, ſicut exaudiunt. Apoſtolos in miſſione ſpiritus
ſancti,inter aſcenſ.& penthecoſt.poſtulantes,quia ipſum
Spiritum Sanctũ receperunt ad libitum, & ad ſuum me
*Act.* 1. ritum.Vnde dicitur. Hi omnes erant perſeuerantes una
nimiter in oratione cũ mulieribus & Maria matre Ieſu.
Quartum documentum eſt per quod oſtendit,quàm uti
lis eſt ſeruorũ Dei congregatio , cum dicitur , Vbi duo
ueſtrum uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi
ſum in medio eorum.Ille qui dicit ſe eſſe in medio con
*Deſpera-* gregationis ſeruorum Dei,eſt Ieſus Chriſtus filius Dei.
*re nemo* In congregatione quidem ſunt aliquando aliqui timidi
*debet.* qui propter multitudinem peccatorum,quę fecerunt,ti
ment gratiam Dei non promereri. Sed non debent de
hoc timere,quia habent Ieſum, qui interpretatur Salua
*Matt.* 2. tor,quia a peccatis ſuis omnes ſaluos facit. Vocabis no
1.*Io.* 2. men eius Ieſum. Ipſe enim ſal.fa.po.ſu.a pec.eorum. Si
quis peccauerit aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum
Chriſtum,& ipſe eſt propiciatio pro peccatis uoſtris. Ibi
etiam aliqui ſunt tribulati.Sed debẽt conſolationem re
cipere , quia habent ſecum Chriſtum , qui interpretatur
*Pſ.* 44. unctus,qui eos ungit oleo lætitiæ & exultationis. Vnxit
*Eſa.* 61. te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſor.tu. Spiritus
domini ſuper me,eo ꝙ unxerit me dominus. Ad annun
ciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis cor
de, & prædicarem captiuis indulgentiam , & clauſis a
1.*Io.* 2. pertionem. Et uos unctionem quam ab eo accepiſtis,ma
neat in uobis, &c. Ibi ſunt etiam aliqui puſillanimes,
qui timent ex propriis meritis ſe poſſe ſaluari . Sed
non debent de hoc timere , quia habent ſecum filium
*Io.* 3. Dei , qui gloriam ſuam eis tribuit. Sic Deus dilexit
mundum , ut filium ſuum unigenitum daret , ut om
nis , qui credit in ipſum non pereat , ſed habeat uitam
æternam . De his tribus dicit Bernard. Venit ad nos
Ieſus Chriſtus filius Dei, uenit cum ſalute , uenit cum
unguentis , uenit cum gloria. Neque eſt enim ſine
ſalute Ieſus, nec ſine unguentis Chriſtus , nec ſine glo
ria

Universidad de Deusto Biblioteca



ria filius Dei . Quintum documentum eſt per quod oſtẽ *Quintũ.*
dit,ꝙ iniurias ſemper debemus remittere , quod nota-
tur cum dicitur. Tunc accedens Petrus ad eum dixit ,
Domine quotiens peccabit in me frater meus,dimittam
ei vſque ſepties? Dixit ei Ieſus , Non dico tibi uſque ſe
pties, ſed uſque ſeptuagies ſepties . Et ponitur numerus
ibi determinatus pro indeterminato,id eſt quotiens pec
cabit, toties dimitte. Vel ideo ponitur iſte numerus , qa
ab Adam uſque ad Chriſtum fuerunt 77.generationes.
Sicut igitur Chriſtus totius humani generis deleuit cul
pas , ſic & homo omnes ſuas dimittere debet iniurias .
Vel iſte numerus conſtat ex numero uniuerſitatis , ideſt
ſeptem, & numero tranſgreſſionis, id eſt undecim , quia
ſepties undecim, faciunt 77. Eſt ergo ſenſus.Dimitte ſe-
ptuagies ſepties , ideſt vniuerſas tibi factas iniurias , &
tranſgreſſiones .

*Eadem tertia feria tertiæ hebdomadæ. Sermo ſecundus.*
*De correctione fraterna, quomodo ab omnibus*
*exerceri debet , & quomodo Prælatorum correptio magni*
*fieri debet .*

SI peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum *Mat.* 18.
inter te & ipſum ſolum . Quia ſæpe fit peccato-
rum remisſio , ideò ſæpè debet fieri fraterna cor-
reptio.Corripe amicum,ſæpe enim fit remisſio. Ne au *Ecc.* 9.
tem iſta correptio prælatorum deſpiciatur , oſtenditur
quantę ſit auctoritatis, cum dicitur . Amen dico uobis,
quemcunque alligaueritis ſuper terram &c. Ex his duo
bus habetur,quòd prælati debent ſubditos corrigere, &
quòd ſubditi eorum debent correptionem in magna re-
uerentia habere.Circa primum notandum ꝙ ſunt multi
qui peccant.& peccatum ſuum non intelligunt, quidam
qui intelligunt , & tamen peccare non deſinunt . Alij
ſunt qui peccatum ſuum negant, & confiteri erubeſcũt.
Ideo

Universidad de Deusto Biblioteca



Ideo utilis eſt correptio; ut ex hoc ille qui peccat, pec-
catum ſuum cognoſcat, & cognitum confiteri non re-
nuat, & ſic iterare non præſumat. Iſta talis ſententia
Ecc. 9. tangitur. Corripe amicum, ne fortè non intellexerit,
& dicat, non feci. Si autem fecit, ne iterum addat face-
re. Corripe proximum, ne fortè non dixerit, & ſi dixe-
rit, ne forte iteret. Iſtud autem præceptum ſpectat ad
omnes ex debito charitatis. Maxime autem ſpectat ad
prælatos ex debito officii. Ideo Apoſtolus prælatos ad-
Gal. 6. monet dicens, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo
delicto, uos qui ſpiritales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpi-
ritu lenitatis. Non dicit in uerbo lenitatis, nec in opere
lenitatis, ſed in ſpiritu lenitatis. Quidam enim ſunt ob-
iurgandi in ſermone aſperitatis. Alii ſunt reprehen-
dendi in diſciplina ſeueritatis, omnes tamen in ſpiritu
lenitatis, ut nunquam fiat aliqua reprehenſio cum men-
tis perturbatione, ſed cum cordis compaſſione, ut di-
cit quædam glo. ſuper Iohel. Laudatur illud Archite
Tarentini, qui cum uillico ſuo iratus eſſet, ait. O infelix
anima te occiderem ſi iratus non eſſem. Bene ergò di-
cit Apoſtolus in ſpiritu lenitatis, quantumcunque exhi-
beatur ſeueritas in correptione, ſemper tamen debet eſ-
Corrigen ſe lenitas in mente. Ille autem qui alium vult corrigere
tẽ alium, quinque conſiderationes debet ſeruare, quarum tres po-
quinque nit Aug. ſuper illud. Hypocrita, eiice primum trabem
ſeruare de oculo &c. Reliquas duas ponit Grego. in moralibus.
debet. Primo nanque qui alium vult corrigere debet conſide-
Matt. 7. rare, ſi eſt ei ſimilis, ideſt ſi in eodem peccato, uel æqua-
li uel maiori, & tunc maxime ſi peccatum eſt notorium
non debet eum corrigere, ſed ſe & ipſum ad pœnitentiam
Rom. 2. commonere debet. alias poſſet ſibi dici illud. Qui alium
doces, teipſum non doces, qui prædicas non furandum,
furaris. Gregor. Durum eſt, ut qui neſcit tenere mo-
deramina uitæ ſuę, iudex fiat uitæ alienæ. Idem. Mun-
dus debet eſſe a uitiis, qui aliena corrigit, eò quòd non
bene maculam in alio conſiderat oculus, quem puluis
grauat. Neque tergere ualet ſordes, manus quæ lutum
tenet.



tenet. Aug. Iudex in nullo horum ſit iudicandus, qui in
alio eſt paratus iudicare. Si autem non eſt ei ſimilis, de-
bet ſecundo uidere, ſi aliquando fuit ſimilis, & tunc ſi-
cut nolebat deſpici, ſed compaſſionem ſibi impendi, ſic
et ipſe fratrem peccantem, & pœnitentem debet deſpi-
cere, ſed compaſſionem, & miſericordiam exhibere. Ne Eccle. 8.
deſpicias hominem auertentem ſe a peccato, & ne impro
peres ei, & memento quoniam omnes in corruptione ſu-
mus, Eiuſdem. Intelligi quæ ſint proximi tui ex teip- Ecc. 31.
ſo. Si autem non eſt ei ſimilis, nec aliquando fuit ſimi-
lis, tunc debet tertio cogitare quia poteſt eſſe ſimilis. Et
ideo ratione talis dubii, non debet ſuperbire. ſed delin-
quentibus condeſcendere. Ne glorietur accinctus, æquè 3. Re. 20.
ut diſcinctus. Qui ſe exiſtimat ſtare, uideat nè cadat. 1. Co. 10
Aug. Nemo eſt qui ſecurus eſſe poſſit in hac uita, quæ
tota tentatio nominatur, ut qui potuit fieri ex deteriori
melior, non poſſit fieri ex meliori deterior. Si autem
non eſt ei ſimilis nec unquam fuit ſimilis, & de Dei bo
nitate confidit, quòd nunquam erit ſimilis, tunc debet
quarto uidere, ſi iſte qui ſit repræhenſibilis, in aliquo a-
lio eſt commendabilis, ſi iſte qui tot habet defectus, ha-
beat aliquos profectus, & tunc ratione illorum bono-
rum quæ habet, debet ſupportari in his quæ minus ha-
bet. Vnde uolens dominus repræhendere Epiſcopũ E- Apo. 2.
pheſi, primo ponit quoddam uitium, quod habebat di
cens, Habeo aduerſum te pauca, quia charitatem tuam
primam reliquiſti. Sed tamen ſtatim ponit quoddam
bonum quod habebat, dicens, Sed hoc habes bonum
quòd odiſti facta Nicholaitarum, quæ ego odi. Sic uo-
lens repræhendere Epiſcopum Sardis, primo ponit quẽ-
dam ſuum defectum dicens, Non inuenio opera tua
plena coram Deo meo. Deinde ponit ſtatim quendam
ſuum profectum dicens. Sed habes pauca nomina in Sar-
dis, qui non coinquinauerunt ueſtimenta ſua. Ecce do-
minus poſtquam ponit illa, in quibus ipſi erant repræ-
henſibiles, ſtatim ſubiunxit illa, in quibus erant com-
mendabiles, ad innuendum, quòd ſi aliquis propter ali-

quod

quod uitium eſt repræhendẽdus, ſi tamen habet aliquod bonum, eſt ſupportandus, hoc dato quòd aliquis omnino uideatur eſſe malus, nec habet aliquid propter quod eſt ſupportandus, ſeu tolerandus, tunc debet cogitare, quia ille qui ſic uidetur eſſe malus, fortè in conſpectu Dei eſt ſibi in merito præponendus. Et ponit exemplum Grego. de Stephano, & Paulo 23. moral. ſuper illo uerbo. Audi igitur Iob eloquia mea dicens, Nam cum Stephanus conſentiẽte Paulo, & adiuuante lapidaretur, tunc Stephanus omnino erat bonus, & Paulus omnino uidebatur eſſe malus, & tamen in coſpectu Dei Paulus, qui ſic erat malus, erat Stephano in merito, & præmio præponendus. Secundo ſubditi debent correptionem prælatorum in magna reuerentia habere, quia eorum ſententias Deus approbat & confirmat. Vnde dicit, Amen dico uobis, quodcunque ligaueritis ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis. Vnde notandum quòd in cœlo ſunt omnes ſoluti, in inferno omnes ligati. In mundo uerò quidam ſunt ligati, quidam ſoluti.

*Secundo. Prælatorũ authoritas.*

Primo igitur in cœlo omnes ſunt ſoluti, in præſenti etiam uita ſancti uiri habent ligatum intellectum, quia non poſſunt Deum libere, ac clare uidere. Habent ligatam potentiam affectiuam, quia non poſſunt Deum ex toto corde, & ex tota mente ſeu anima diligere. Habent ligatam potentiam depræcatiuam, quia non poſſunt Dei laudibus indeſinenter inſiſtere. In cœlo autem omnia iſta habent ſoluta, quia Deum clare & ſine fine uidebunt, & ipſum totaliter amabunt, & ipſum indeſinenter laudabunt. Aug. de ciui. Dei. Ipſe eſt finis deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabitur, & ſine tædio laudabitur. Si aliquis habet amicum quẽ libenter uidet, & præcordialiter diligit, eius uiſio aliquando habet finem, eius dilectio aliquãdo habet faſtidiũ, eius laudatio aliquando habet tedium. Sed tunc uiſio noſtra non habebit ullum finem, ſed continuationem, ideo dicit. Qui ſine fine uidebitur. Dilectio noſtra nullum habebit faſtidium, ſed ſummum deſiderium,



deriũ, ideo ait. Sine faſtidio amabitur. Laudatio noſtra nullam habebit fatigationem ſed ſummam dilectionem & delectationem. Ideo ſubditur. Sine fatigatione laudabitur. In inferno verò omnes erunt ligati. Iuxta illud. Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Habent enim ligatam potentiam operatiuam, quia nullum bonum meritorium poterunt facere Affectiuam habent ligatam, quia Deum nunquam poterunt diligere, ideo dicitur. Ligatis pedibus & manibus. *Mat. 22.*
Per pedibus enim (ſecundum Amb.) affectus animæ ſignificantur. Habent ligatam potentiam intellectiuam, quia Deum nunquam poterunt uidere, nec cognoſcere, cum ſint in tenebris & in terra obliuionis, ideo dicitur. Mittite eum in te. exte. Habent ligatam potentiam reparatiuam, quia nunquam poterunt ad pęnitentiam reparari, ideò dicitur. Exteriores. Peccata enim prout ſunt in hac uita ſunt tenebræ interiores, quia ſunt intra ambitum miſericordiæ diuinæ. in inferno autem peccata ſunt tenebræ exteriores, quia ſunt extra ambitum diuinæ miſericordiæ. In mundo autem quidam ſunt ſoluti, ſicut uiri perfecti, qui ædificant aurum, & argentum, & lapides *1. Cor. 3.*
præcioſos. Tales nullum habent uinculum culpæ nec obligati ſunt pœnæ æternæ, nec obligati ſunt alicui pœnæ ſatisfactoriæ. Alii ſunt ligati, ſicut peccatores ob- *Iud. 15.*
ſtinati, tales habent uinculum culpæ. & hoc ſiguratur. Cum dicitur. Ligauerunt Sampſon duobus nouis funibus. Duo funes ſunt nexus culpæ & pœnæ. Alij ſunt ex parte ſoluti, & ex parte ligati, ſicut ſunt pęnitentes qui ſoluti ſunt uinculo culpæ, ſed ligati ſunt funibus pœnæ ſatisfactoriæ, in huius ſignificatione dicitur. Extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. Poteſtas igitur ligandi, & ſoluendi, quam prælati ha *Hier. 38.*
bent, non extenditur in cęlum, quia omnes ibi ita ſunt ſoluti, quod non poſſunt ligari, nec extenditur in infernum, quia omnes ibi ſunt ligati, quia nunquam poſſunt ſolui, ſed tantum habet locum in mundo, vbi peccatores pœnitentes poſſunt ligari per pœnam ſatiſ-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſactoriam, & poſſunt abſolui a culpa, qui habent con-
tritionem ueram, & confeſſionem puram, & ſatisfatioṅé
integrã, poſſunt etiam ligari per excõmunicationis uin-
culum, & ſolui per abſolutionis beneficium.

*Feria quarta tertiæ hebdomadæ, quadrageſimæ. Sermo primus. De Phariſeorum ſuperſtitione, Chriſti confutatione, eiuſque ueræ doctrinæ traditione.*

*Mar.* 8. ACceſſerũt ad Ieſum ab Hieroſolymis ſcribæ &
phariſei dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgre-
diuntur traditiones ſeniorum, non enim la-
uant manus ſuas, cum panem manducant. Ad intel-
*Phariſeorum peruerſitas.* ligendum iſtud euengelium, notandum eſt, quod pha-
riſei qui erant inter iudęos nobiliores, & doctiores,
erant ſuperſtitioſi, auari, & impii. Superſtitioſi qui-
dem erant, quia plus curabant de munditia exteriori,
quam de interiori. plus de lotione manuum, calicum, &
*Mar.* 7. uitrorum, quam de lotione animarum, unde ſubdi-
tur. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis tradi-
tionem hominũ. baptiſmata vrceorum, calidũ, & alia
ſimilia, his multa facitis. Videntes igitur diſcipulos co-
medentes non lotis manibus, indignati ſunt, & dixerunt
Ad Ieſum. Quare diſcipuli tui tranſ. man. ſen. non enim
lauant ma. ſu. cum pa. manducant. Secundo erant auari,
quia inducebant iudæos qui habebant parentes, ut
omnia Deo deuouerent, ac ſi eis dicerent, quod tale mu-
nus factum Deo, ſibi proderit ad uitam æternam, &
per talem modum phariſei bona illorum cum filijs diui-
debant poſtea. Ideo Chriſtus ſubdit. Quare uos traſ-
gredimini præcepta Dei, propter traditionem patrum
ueſtrorum?

Tertio erant impii in parentes. Audientes enim pa-
rentes, quod omnia Deo conſecrata erant, eis uti deui-
tabant, ne ſacrilegii crimen incurrerent, & ſic fame af-
ficiebantur,



ideo Chriſtus ſubdit, & non honorificabit
patrem ſuum, aut matrem &cæ. Illud enim mandatum.
Honora patrem tuum, & matrem tuam, intelligitur de
duplici honore, ſcilicet de neceſſariorum prouiſione, &
de reuerentiæ exhibitione. Et quia iſti phariſei ſic erant
ſuperſtitioſi, ſic auari, ſic impij ideo Chriſtus uocat eos
hypocritas, plantas eradicandas, cæcos. & duces cæcorũ.
Nam inquantum aũt erant ſuperſtitioſi, plus curantes
de munditia corporum quod animarum, uocat eos hy-
pocritas dicens bene prophetauit de uobis Iſaias &c. Vn *Mat.* 23.
de dicitur. Ve uobis ſcribæ & phariſei hypochritæ, qui
mundatis quod deforis eſt calicis & parapſidis, intus au
tem pleni eſtis rapina & immunditia, ideo Chriſtus oſté
dit, quod cibus qui intrat per os, ſiue comedatur mani
bus lotis, ſiue non lotis, non poteſt animam inquinare,
ſed quæ procedunt de ore, illa ſunt quæ coinquinãt ani
mam. Inquantum autem erãt auari, dixit eos eſſe cæcos,
& duces cæcorum. Nam illi qui docebant iudæos, ut ſua
Deo deuouerent, ne parentibus prouiderent, erant duces
cęcorum, illi qui eis eredebant, erant cęci, & ideo ambo
cadebant in foueam infernalem. Ideo dicit, ſinite illos, *Eccle.* 3.
cæci ſunt & duces cæcorum. Inquantum erant impii ad
parentes, erant plantationes eradicandæ à conſortio, ſci
licet beatorum, quia ſicut dicitur. Benedictio patris con-
firmat domos filiorum, maledictio autem matris, era-
dicat, fundamenda. Ideo dicitur. Omnis plantatio, quam *Primo.*
non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. In hoc
igitur Euangelio ſicut patet ex præmiſſis, tria dicuntur.
Primo enim ponitur phariſeorum ſuperſtitio, qui diſci-
pulos reprehendebant de hoc quod non lotis manibus
panem manducabant. Horum ſimiles ſunt multi, qui uo
lunt habere exteriora pulchra, interiora uero fęda, de
quibus ſic dicit Augu. Bona uis habere, & bonus nõ uis
eſſe, quid eſt ꝙ uelis habere malum, nihil oĩno, non uxo
rem, non filium non ſeruum, non iumenta, non tunicam
plane non caligam, & tamen uis habere malam uitam?
Poſtea ſubdit, rogo te præponere uitã tuã caligæ tuæ.

Universidad de Deusto Biblioteca



Multi autem ſunt qui non præponunt, ſaltem vtinam ad
æquarent, ſi.n.caliga tua eſt luto infecta, mox ipſam a-
bluis, ſi eſt puluere reſperſa, mox ipſam excutis, ſi eſt la-
cerata, mox ipſam conſuis. uade ergo & tu fac ſimiliter
de anima tua, ſi eſt infecta luto peccati mortalis, uade
*Hiere. 4.* & ipſam ablue per confeſſionem. Laua à macula cor tuũ
*Eſa. 1.* Hieruſalem, uſquequo morabuntur in te cogitationes
tuæ noxiæ. Lauamini, mundi eſtote &c. Si eſt lacerata,
præ nimia uetuſtate in peccatis, uade & ipſam conſue ſi-
militer per confeſſionem. Sutores enim ſunt ſacerdotes
quia animam laceratam conſuunt. Ite angeli ueloces ad
*Eſa. 18.* gentem conuulſam, & dilaceratam. Si eſt puluere aſper-
ſa uenialium, ipſam excute iuxta illud excutite pulue-
*Mat. 10.* rem de pedibus ueſtris. Secundo ponitur ipſius ſuperſti-
tionis à Chriſto prudens confutatio, cum dicitur. Quare
& uos tranſgre. mandatum Dei, propter tra.uc. &cæt.
Glo. ſi uos mandatũ Dei contemnitis, pro traditioni-
bus homninũ, quare diſcipulos arguitis, qui mandata
hominum dimittunt, & præcepta Dei cuſtodiunt? Et
quamuis phariſei alia Dei pręcepta non obſeruarent de
nullo tamen eos reprehendit niſi de inhonoratione pa-
rentum, ad innuẽdum, quod diſplicet Deo, quando parẽ-
*Secundo.* tes inhonorantur. Debemus autem induci ad honoran-
*Honora-* dum parentes propter quatuor. Primo per pręceptũ, quia
*re paren-* Deus hoc præcepit, & inſuper præceptum ſeruantib. ad-
*tes indu-* dit remunerationem, & non ſeruantibus æternam dãna-
*cimur p-* tionem. cum dixit. Honora patrem & matrem, vt ſis lon-
*pter qua-* geuus ſuper terram. Qui maledixerit patri ſuo, uel ma-
*tuor.* tri ſuæ, morte morietur. Et tamen in nullo alio præce-
*Exo. 20.* pto inuenitur iſta promiſſio, uel comminatio, per quod
*Exo. 21.* datur intelligi quantum placet Deo, quando honoran-
*Chriſti* tur parẽtes. & quantum ſibi diſplicet, quando inhonorã-
*exemplo* tur. Secundo inducimur per exemplum, quia ipſe Ieſus
*parentes* de matre ſua magnã curam habuit, & in uita, & in mor-
*honorare* te, & poſt mortem. nam in uita ualde ſibi obediens fuit,
*debemus* & ſubiectus. Venit Nazareth & erat ſubditus illis.
*Luc. 2.* Bernardus quis? quibus? Deus, hominibus. Augu-
ſtin.



ſtin. Erubeſcat homo fieri ſuperbus, quia humilis factus
eſt Deus. Honorauit in morte, quia in cruce pen-
dens, Ioanni eam commendauit, honorauit poſt mortẽ,
quia ſicut dicit Sedulius. Reſurgens primo apparuit ſi-
bi. Item honorauit eam morientem, quia perſonaliter
cum tota curia cœleſti ad eius obitum uenit, honorauit
matrem uiuentem, quia matrem Dei eam fecit, hono-
rauit eam de hoc ſeculo recedentem, quia ipſam in cor
pore & anima ad ſuam dexteram collocauit. Tertio in-
ducimur propter debitum nos enim à parentibus rece-
pimus eſſe, nutrimentum, & documẽtum, quia igitur ab
eis recepimus eſſe, debemus eis magnam reuerentiam *Eccl. 7.*
exhibere. Honora patrem & matrem tuam & gemitus
matris tuæ nõ obliuiſcaris, memento, quia niſi p eos, na
tus non fuiſſes, quia ab eis accepimus nutrimentum, de-
bemus ipſis magnam diligentiam, ut ſicut nos diligen-
ter nutriuerunt in iuuentute, ſic & nos cum magna dili- *Eccle. 3.*
gentia debemus eos nutrire in ſenectute. Fili ſuſcipe ſe
nectam patris tui. Quia ab eis recepimus documentũ de *Eph. 8.*
bemus eis magnam obedientiam. Filij obedite parenti-
bus veſtris in domino, hoc enim eſt iuſtum. Quarto in-
ducimur per naturæ inſtinctum. Natura enim omnes do
cet, quod debemus parentibus ſubuenire, & quando ſunt
in neceſſitate poſiti, & quando ſunt ſenectute confecti,
& quando ſunt mortui. Et ad iſta tria oſtendenda, ponit
Valerius tria exempla ad oſtendendum, ꝙ debemus pa-
rentibus ſubuenire, qñ ſunt in neceſſitate poſiti. Recitat,
quod cum quædam mulier nobilis ob quoddam flagitiũ
fuiſſet morti adiudicata. noluit eam Rex comburere,
vel alia morte publica punire, propter honorem paren-
tum, ſed incluſa eſt in carcerem, ut ibi fame periret. Fi-
lia uero eius, (quæ erat nupta) de licentia iudicis, eam
quotidie viſitabat in carcere, prius tamen eam diligen-
ter perſcrutabatur ne aliquid comeſtibile ſibi deferret,
illa uero extracto vbere, ſingulis diebus de proprio la-
cte matrem alebat. Cum uerò iudex miraretur, quod
tanto tempore ſuperuiueret, repertum eſt, quòd ſic
M 3 fiebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſiebat, tunc iudex pietate cõmotus, mattem filiæ dona-
uit. Ad oſtendendum quod debemus parentibus ſubue-
nire quando ſunt ſenectute confecti. Oſtendit per exem
plum Cyconię dicens, quod Cyconiæ filij, parẽtes ſuos
in nido ponunt, & uelut infantes iuxta pectus ſuum col
locant, fouent & nutriunt, ſoli vultures parentes ſuos fa
me mori permittunt. Ad oſtendendum vero quod de pa
rentibus curam debemus agere, etiam in morte eis ſe-
pulturam debitam pręparando, oſtẽdit exemplo Scyta
rum. Dicit enim, cum Darius rex fines Scytarum inua-
ſiſſet, & ſepulchra parẽtum ſuorum inuadere uellet, mi-
ſerunt ei Scytæ dicentes, quod depopulationem agro-
rum, & uinearũ æquanimiter ferrent, ſed ſi ſepulchra pa
rentum contingeret, tunc Scytarum potentiam, & ui-
res ſentiret, quia pro ipſis defendẽdis mori parati eſſent
Tertio. Tertio ponitur ueræ doctrinæ à Chritto traditio, cum
ſubditur, nõ quod intrat in os coinquinat hoĩem, ſed qđ
procedit ex ore, hoc coinquinat hoĩem, & ideo connu-
merat multa uitia, & mala, quæ ab ore procedunt. ſ. adul
teria, homicidia, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. &
ideo ipſum os diligenter eſt cuſtodiendum. Et quia
non ſufficit humana cuſtodia, petenda eſt diuina, ſicut
petebat propheta dicens. Pone domine cuſtodiam ori
meo. Legitur quod fuerunt tres philoſophi, qui inter
alios loquentes multum fuerunt taciturni, ſ. Socrates,
Solon, & Xenocrates. Quadam igitur uice cum inter
multos loquaces Socrates ſederet, & taceret, interroga
Socrates tus cur ſic taceret, reſpondit. Quia me loquutum fuiſ-
Prou. 10 ſe ſæpe pœnituit, tacuiſſe uero nunquam. Ideo dicitur.
In multiloquio non deeſt peccatum. Solon etiam cum
alijs loquentibus taceret, interrogatus eſt ſi taceret quia
Solo. 2. loqui neſciret, uel quia ſtultus eſſet? Reſpondit, nullus
ſtultus tacere poteſt. Ideo dicitur. Stultus uerba multi
Eccl. 10. plicat. Xenocrates etiam cum aliis loquentibus tace-
ret, interrogatus quare hoc faceret? Reſpondit, quia os
Xenocra unum, aures duas a natura accepimus. Quaſi dicat,
tei. multa debemus audire, & pauca dicere. Ideo dicitur.
Sit



Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquẽ
dum. Idem etiam philoſophus cuidam uerboſo dixit. Si
noſtris auribus te audires, taceres. Quaſi dicat, ſi uer-
ba tua diſplicerẽt tibi, ſicut nobis, taceres. Ideo dicitur.
Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui pro- Eccl 20.
cax eſt ad loquendum.

*Eadem quarta feria tertiæ hebdomadæ 40. Sermo 2. De tripli i planta, & ubi unaquæque plantata ſit, ſecundum triplicem terræ differentiam.*

OMnis plantatio quam non plantauit pater meus e-
radicabitur. Homo dicitur planta ſiue arbor e-
uerſa. Habet enim ramos inferius ſcilicet manus & bra-
chia & pedes. Ad oſtendendum, ꝙ non debet fructifica-
re, id eſt opera miſericordiæ ſuperius facere, ſed inferius
id eſt non debet ea facere in cęlo, ſed in mundo. Nam ſi
cut Aug. in Homel. In cœlo miſericordiæ opera, nõ ſunt Miſeri-
neceſſaria. Nemo enim induet nudum, quia omnes ſunt cordiæ o-
ibi ueſte immortali induti. Nemo ibi hoſpitabitur pere- pera ĩ cœ
grinum, quia ſunt ciues perpetui. Nemo ibi paſcet fame lo neceſſa
licos, quia omnes ex uiſione Dei ſunt faturati. Nemo ibi ria non
potabit ſitibũdum, quia omnes uino Spiritus ſancti ſunt ſunt.
ebrij. Nemo ibi uiſitabit infirmum uel tribulatum, quia
omnes ſunt ibi ſani & conſolati. Nemo ibi redimet in-
carceratum, quia omnes ibi ſunt liberi, & ſanati & ſolu-
ti. Nemo ibi uadit ad ſepulturam, quia omnes immorta
les effecti ſunt. Et ideo iſta planta, id eſt homo non ha-
bet ramos extenſos ſuperius, ſed inferius, quia non de-
bet homo fructificare in cœlo, ſed in mundo. Habet e-
tiam iſta planta radices ſuperius ſcilicet capillos, ad in-
nuendum, ꝙ non debet plantari inferius, hoc aſt in mun
do, ſed ſuperius. hoc eſt in cœlo. Radix aũt in planta eſt
ſicut os in animali, quia per radices humorem attrahit,
unde planta nutritur, & fructus producuntur. Quãdo er
go radix eſt plantata in bona terra, tũc attrahit humorẽ
bonum, & facit fructũ bonum. Quãdo uerò plantata eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



in mala terra, tunc corruptum humorem attrahit, &
malum fructum facit. Notandum autem, quòd triplex
eſt terra, ſcilicet cœleſtis. Credo uidere bona domini
Pſal.26. in terra uiuentium. Mundialis. Cœlum cœli domi-
Pſ.113. no, terra autem dedit filijs hominum. Infernalis. Ter-
Io. 10. ram miſeriæ & tenebrarum vbi umbra mortis, & nullus
ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Planta igi-
tur, quæ eſt in cœlo plantata, ſicut ſancti uiri, attrahit
humorem pinguem & dulcem, & ideo facit fructum bo-
num. Sic plantata erat illa planta, quæ dicebat. No-
Phi. 3. ſtra conuerſatio in cęlis eſt. Planta uerò quæ eſt plã-
tata in mundo ſicut auari, qui ſunt ſicut terra arida &
uacua, nullum attrahit humorem, & ideo nullum fru-
Hier. 14 ctum facit. Aſpexi terram & ecce uacua erat. Terra erat
Gen. 1. inanis, & uacua. Planta uerò, quæ eſt plantata in ter-
ra infernali, ſicut ſunt peccatores miſeri, trahunt humo-
rem uenenatum, & ideo faciunt fructus acerbos, & ad
Sap. 4. nihilum apertos. Fructus eorum inutiles & acerbi ad
manducandum, & ad nihilum apti. Prima igitur plan-
ta, quæ eſt in terra cœleſti, ſicut ſunt uiri ſancti, pro-
ducit (ſicut dicit Chriſoſtom.) bonas gemmas, id eſt
bonas cogitationes, bonos flores, id eſt bonas uolun-
tates, quę naſcuntur de bonis cogitationibus, ſicut flo-
res naſcuntur de gemmis. Producit etiam de floribus
*Sancti ui* bona poma, id eſt bona opera, quæ naſcuntur de bo-
*ri Deo de* nis uoluntatibus, quemadmodum poma naſcuntur de
*oībus ſen* floribus. Et ſicut planta fructificat in omnibus ſuis ramis
*ſibus &* ſic ſancti uiri, ſeruiunt Deo de omnibus ſenſibus, &
*membris* membris ſui corporis. Sicut dicit Chryſoſtom. in qua-
*ſeruiunt.* dam Homilia. Oculus enim Deo præſtat obſequium,
quando à uanitatibus ſe auertit. Auris quando uer-
ba Dei libenter audit, & uerba detractionis fugit.
Os, quando libenter Deum laudat, & mendacia &
uana uerba deuitat. Manus quando homo ad pau-
peres porrigit, & ad rapinas aliquas non extendit.
Pedes, quando ad malum non currunt, & ad eccle-
ſiam libenter uadunt. Et ſicut rami plantæ, quanto
magis



magis ſunt fructibus onuſti, tanto magis ad terram
ſunt procliui. Sic ſancti uiri quanto ſunt bonis ope-
ribus fertiliores, tanto magis ſunt coram Deo humi-
liores. Secundo planta, quæ eſt plantata in mundo,
ideſt in terra arida, & uacua, ſicut ſunt homines mun
dani, nullum humorem attrahit, & ideo nullum fru-
ctum facit. Si aliquis haberet plantam in horto ſuo,
circa quam multum laboraret, & nullum reciperet fru-
ctum, ipſam plantam præſcindere deberet. Talis
planta eſt iſte mundus. Illi enim, qui nimis illam
terram aridam & uacuam diligunt, in uita magnum ha-
bent laborem. Iuxta illud. Eſt homo, qui diebus, Ecc. 8.
& noctibus ſomnum oculis non capit. Item. La- Eccl 31.
borauit diues in congregatione ſubſtantiæ ſuæ. In
morte uerò habent magnum dolorem, quia non poſ-
ſunt ſine magno dolore dimitti, quę cum magno Eccle.5.
amore poſſeſſa ſunt. Diuitiæ conſeruatæ in malum
domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima. Ha-
bent enim afflictionem malam, quia eas dimittunt,
peiorem, quia ſecum portare non poſſunt, peſſimam,
quia uident, quòd cauſa ſuæ perditionis fuerunt. Poſt Iob.27.
uerò mortem dant uacuitatem. Diues cum dormierit
nihil ſecum afferet. aperiet oculos ſuos, & nihil inue-
niet. Econuerſo autem bona ſpiritualia habent in ui- Pſ.118.
ta delectationem Cantabiles mihi erant iuſtificatio- Pro. 3.
nes tuæ &cæt. In morte dant ſecuritatem. Si dor-
mieris, nō timebis, quieſces, & quietus erit ſomnus tuus.
Poſt mortem dant ſecuritatem & ſatietatem pſalmus.
Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quia igitur iſte
mundus eſt talis planta, quæ in uita dat laborem, in
morte dolorem, poſt mortem uacuitatem. Ideò eſſet
penitus præſcindendus, id eſt amor eius penitus relin
quendus. Iſta eſt illa planta infructuoſa de qua di- Luc. 13.
citur. Ecce anni tres ſunt ex quo uenio, quærens
fructum in ficulnea hac, & non inuenio. ſuccide er-
go illam, ut quid etiam terram occupat? Et dixit cul
tor uineæ ad patrem familias. Domine dimitte il-
lam

Universidad de Deusto Biblioteca

Iam & hoc anno, uſque dum fodiam circa illam & mittam ſtercora, & ſi quidem fecerit fructum, ſin autem in futurum ſuccidens eam. Iſta ficus infructuoſa eſt iſte mundus, id eſt amator mundi. Tres anni ſunt tria tempora, ſcilicet tempus ante legem, tunc non fecit fructum, tempus ſub lege, tunc etiam fructum non fecit, & tempus gratiæ, ſub quo etiam multi ſunt, qui fructum non faciunt. Vel tres anni ſunt tres ætates hominis, ſcilicet adoleſcentia, iuuentus, & matura ætas. Sunt autem qui fructum non faciunt bonum, nec in adoleſcentia ſua, nec in ſua iuuentute, nec in ſua matura ætate. Et Chriſtus habens curam de peccatoribus, rogat patrem, ut adhuc expectet uſque ad quartum annum, id eſt uſque ad ſenectutem. Et hoc ſæpe facit Deus. Iuxta illud. Vſque ad ſenectam ego ipſe & uſque ad canos ego portabo, & ego feram. ego portabo & ſaluabo. Sunt autem tria, quę plantam infructuoſam ſæpè fructificare faciunt, ſcilicet foſſio, irrigatio, & fimi appoſitio. Et hoc eſt quod ſubditur. Vſquequo familiam circa illam &c.

*Mundus eſt ficus īfructuoſa.*

*Eſa. 46.*

*Plātā in fructuoſam tria ſunt fructificare.*

Tria etiam ſunt quæ peccatorem ſæpe ad conuerſionem adducunt. Primum eſt peccatorum ſuorum cognitio, & iſta eſt foſſio. Auarus enim peccata ſua operit de terra. Superbus lapide duro. Luxurioſus luto. Et ideo peccata ſua non poſſunt accipere, & ideo fodienda eſt terra auaritiæ, lapis ſuperbiæ, lutum luxuriæ. Et tunc uidebit abhominationem peccatorum ſuorum, & inde plurimum erubeſcet. Iuxta illud. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis. Ideo dicitur. Fili hominis fode parietem, & uidebis abhominationes peſſimas quas illi faciunt. Secundum eſt elemoſynarum largitio, & iſta eſt irrigatio. Eleemoſyna enim eſt ab Hely, quod eſt Deus, & Moys, quod eſt aqua, quaſi aqua Dei. Iſta eleemoſyna peccatorem diſponit ad gratiam. Tum quia interceſſores ſibi acquirit. Iuxta illud. Facite uobis amicos de mammone iniquitatis. Tùm quia peccata extinguit. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Tum quia

*Ro. 6.*

*Ez. 8.*

*Eleemoſyna ad gratiā diſponit.*

*Lu. 16.*

*Eccl. 3.*



quia diabolum uincit. Vnde dicit Glo. ſuper illud pſal. Miſericordia mea & refugium meum. De nulla re ſic uincitur diabolus ſicut de miſericordia. Tertium eſt mortis recordatio, & iſta eſt ſtercoris ſiue fimi appoſitio. In morte enim homo ſtercus efficitur & putredo. Et à uerbis uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & uermis eſt. Ipſa enim mortis memoria à peccato præſeruat. Memorare nouiſſima tua & in æternum non peccabis. In bono opere ſollicitat. Grego. Valde enim ſe ſollicitat in bono opere, qui ſemper cogitat de fine. Et gratiam Dei conſeruat. Sicut enim cinis conſeruat ignem, ſic memoria mortis conſeruat gratiam ſpiritualem. Ideo dicitur. Quid ſuperbis terra & cinis? Talem cinerem ſe recognoſcebat Abraham dicens. Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis. Tertia planta quæ plantata eſt in terra infernali ſicut ſunt illi, qui ſunt in peccato mortali, attrahit corruptum humorem, ideo facit aliquando mortiferos fructus, id eſt peccata mortalia. Iſta planta eſt ſimilis illis plantis, quę naſcuntur in loco ubi Sodoma ſubuerſa fuit & Gomorra, quæ faciunt poma exterius pulchra, intus autem fœtida. De talibus dicitur arbores autumnales infructuoſæ bis mortuæ. Sicut enim arbores bis moriuntur, ſcilicet in folijs, & fructibus, ſic & iſti habent uerba uenenata, & opera mortifera. Aliquando uero ſi iſta planta facit fructus id eſt opera, de genere bonorum, tamen inutiles ſunt quantum ad meritum uitæ æternæ. Dicit enim Ariſtoteles quòd arbores ſilueſtres aliquando plus fructificant quàm hortenſes, ſed fructus hortenſes ſunt meliores. Sæpe enim contingit, quòd illi qui ſunt in peccato mortali multas eleemoſynas & ieiunia faciunt. Sed tamen una eleemoſyna cum gratia facta, cum ſit fructus hortenſis, multo plus ualet, quam multæ factæ in mortali, cum ſint fructus plantæ ſilueſtris. Aliquando uero nimia uetuſtate in peccatis, iſta planta ſic arida facta eſt quod nullum bonum deſideriū, uel propoſitum habere poteſt. in quorum perſona dicit pro-

*1. Mac. 2.*

*Mortis memoria effectus.*

*Ecc. 7.*

*Ecc. 10.*

*Gen. 18.*

*Tertia.*

*Iu.*

Universidad de Deusto Biblioteca



propheta. Aruit tanquam teſta uirtus mea. Sicut enim teſta ab igne ex ſiccata facta eſt arida, ſic tales igne concupiſcentiæ exſiccati, ab humore bonæ cognitionis, facti ſunt aridi, præ nimia uetuſtate peccati. Dicit enim Ariſtoteles, quòd cum amigdalus eſt vetus, debet perforari & tunc humor in medulla depurabitur & fertilis efficietur. Eodem modo quando quis eſt uetuſtus in peccato, faciat tria foramina in corde ſuo, ſcilicet dolorem contritionis, pudorem confeſſionis, & laborem ſatisfactionis. Et tunc iſta planta renouabitur, & bonum fructum faciet.

*Feria quinta tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. De tribus magnis operibus Chriſti erga febricitātem, ſcilicet de opere magnæ potentiæ, magnæ miſericordiæ, & magnæ ſapientiæ.*

*Luc. 4.*

SVrgens Ieſus de ſynagoga, intrauit in domum Symonis. Socrus autem Symonis, tenebatur magnis febribus. In præſenti Euangelio oſtenditur quòd Chriſtus tria magna opera fecit, ſcilicet. Opus magnæ potentiæ. Opus magnæ miſericordiæ. Opus magnæ ſapientæ. Opus magnæ potentiæ oſtenditur in ſocrus Simonis curatione. Cum enim magnis febribus teneretur, Chriſtus febribus imperauit, & illa continuò ſanata ſurrexit. Oſtenditur etiam opus magnæ potentiæ in hoc, quòd cum ſol occubuiſſet multos ſanauit. Inter quos fuit multitudo magna infirmorum. Vnde dicitur. Variis languoribus. Fuit facultas curæ. Vn̄ dicitur quod ſingulis manus imponens curabat eos. Secundo ponitur opus miſericordiæ, & hoc in dæmonum expulſione. Magna enim pietas Chriſti erat quando dæmones ab obſeſſis corporibus expellebatur. Magna enim Chriſti miſericordia erat in hoc, quòd dæmones qui ſuſpicabantur eum eſſe Chriſtum, loqui non permittebat. Et hoc ideo Chriſtus faciebat, ne homines audien-



dientes dæmonem prædicare modo ueritatem, deinceps acquieſcerent ſibi prędicanti falſitatem. Vnde dicit glo. Ideo prohibet loqui ne dū aliquis audiuit dęmonē uera pdicātē poſtea ſequatur errantē. Improbus enim magiſter, ueris falſa permiſcet, ut ſub ſpecie veritatis, teſtimonium ueritatis obtegat. Tertio ponitur opus magnæ ſapiētiæ, & hoc in ſapienti prædicatione. Vnde cum turbæ eū vellent detinere, ut inter eos miracula faceret, dixit ſe nō eſſe miſſum tm̄ ad curationem corporū, quæ fit in miraculorū operatione, ſed maxime ad curationē animarū quæ fit in uerbi Dei prædicatione, & ideo erat prædicans in ſynagogis Galileæ. Circa primum opus. ſ. potentiæ p quā curauit ſocrum Simonis tria ſunt videnda. ſ. infirmitatis genus, curādi modus, & curatiōis effectus. Genus ſiue ſpecies infirmitatis erat magna febris, per quā mortale peccatum ſignificatur. Inter cætera aūt incommoda quæ patitur febricitās eſt, quia habet palatum inordinatum, propter quod dulcia ſibi uidentur amara, & inſipida & econuerſo. Eodem modo ſic habet inordinatum peccator palatum animæ, ꝙ omnia ſpiritualia ſibi uidentur amara & inſipida. Et hoc oſtendit Chriſ. ſuper Mat. per tria exempla. Primum eſt ꝙ ſi leoni oſtendatur pratum uirens, non excitatur eius appetitus, quia de natura ſua non eſt comedere herbas uirentes, ſed carnes.

*Demones quare a Christo loqui prohibiti ſunt.*

*Primo.*

*Febris mortale peccatum ſignificat*

Secundum exemplum eſt quòd ſi pluuia cadit ſuper lapidem, lapis quidem foris balneatur, intus autē ſiccus manet. Tertium exemplum eſt, quia ſi in aliquo uaſe pleno aceto gutta mellis infunditur, & mel perditur, & acetum non dulcoratur.

Primum exemplum pertinet ad luxurioſos, quibus ſi oſtēdantur herbæ uirentes. i. ſi predicētur eis cęleſtes amęnitates, non excitātur eorum uoluntates eas deſiderandum, quia non eſt de natura ſua deſiderare cœleſtes amænitates, ſed carnales voluptates. Quia ſicut dicitur. Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Audiet luxurioſus, ſcilicet uerbum caſtitatis, & diſplicebit ei, & proijciet illud poſt dorſum ſuum. Secundū exem-

*1. Co. 2.*

*Eccl. 13*

Universidad de Deusto Biblioteca



exemplum pertinet ad ſuperbos, qui habẽt cor lapideũ,
ita q̃ ſi Deus dat pluuiam gratię ſuæ, uel inſpirationis
internæ immiſerit eis, cor eorum exterius poteſt tange-
re, ſed interius nihil poteſt intrare, & ideo remanent ari-
Iob 41. di & ſicci ab omni humore gratiæ. Cor eius indurabi-
tur quaſi lapis. Magna enim miſericordia Dei eſt, quan
do tale cor durum mollificat. vt gratia Dei intrare ua-
Eze. 36. leat. Auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uo-
bis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio ue-
ſtri. Tertium exemplum pertinet ad auaros, qui habent
cor acetoſum, & multis amaritudinibus repletum. Ha-
bent enim amaritudinem laboris in acquirendo, timoris
in cuſtodiendo, & doloris in amittendo. Et ideo diuitię
Luc. 8. vocantur ſpinæ. Ex eo quòd corporaliter pungunt. Si
igitur mel. i. uerbum celeſte, vel inſpiratio diuina, in ta-
lium corda immittitur, & verbum perditur, & cor eorũ
non mutatur. Et ideo faciendum eſt quod dicit Aug. Di-
ſce non diligere mundum, ut diligas Deum: diffunde ut
implearis, auerte ut conuertaris.

Secundo notatur modus curandi cum dicitur. Et ro-
gauerunt eum pro illa, & ſtans ſuper illam imperauit fe-
bri, & dimiſit illam. Ex quo habetur, quòd dominus ad
preces diſcipulorum eam ſanauit. Per quod datur intel-
ligi, quòd aliquando Deus ad preces virorum ſancto-
Peccatoris qualitate. rum, alicui paccatori ſalutem animę concedit. Peccator
enim eſt immũdus, Dei inimicus, & claudus. Quia enim
eſt immundus, non audet coram Deo apparere, quia
Ioan 9. Deus tales abhominatur. pſalmus. Virum ſangu. & do.
Eſa. 66. abhom. dominus. Quia eſt Dei inimicus, nihil poteſt
à Deo impetrare. Scimus quia peccatores Deus non
audit. Et ideo talibus Deus indignatur potius, quam
placatur. Cognoſcetur manus domini ſeruis eius, & in-
dignabitur inimicis ſuis Grego. Cum is qui diſplicet, ad
intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora pro-
3. Re. 18 uocatur. Quia uero eſt claudus, non poteſt ad Deum
accedere. Quamuis enim habeat pedem fidei, non tamẽ
habet pedem boni operis dei. De talibus dicitur. Vſque
quo



quo claudicatis in duas partes &c. Ideo peccator indi-
get auxilio ſanctorum virorum, quia ipſi ſunt mundi. pſ.
Ambulans in uia immaculata hic mihi miniſtrabat. Ipſi
ſunt amici Dei. In aĩas ſanctas ſe transfert, amicos Dei Sap. 7.
& prophetas cõſtituit. Ipſi ſunt ſani & recti. Rectos greſ- Heb. 12.
ſus facite pedibus, ut non claudicans quis erret, magis
autem ſanetur.

Tertio ponitur curationis effectus, cum dicitur. Et
continuo ſurgens miniſtrabat ilis. Naturaliter ut dicit
glo. homo febricitans incipiente ſanitate, conſueuit la-
ceſſere, ſed iſta continuo ſurrexit, & Chriſto miniſtra-
uit. Per quod datur intelligi quod peccator non debet
diu ſtare in peccato, ſed continuo ſurgere, alioquin de
peccato in peccatum cadit. Et hoc accidit propter tres
cauſas. Prima eſt propter peccati ponderoſitatem. Pec- Pecca or de peccato in peccatum cadit 3. de cauſa.
catum enim eſt ualde oneroſum. Iniquitates meæ ſuper-
greſſæ ſunt caput meũ, & ſicut onus graue grauatæ ſunt
ſuper me. Et ideo peccatũ quod per pœnitentiam citò
non diluitur, mox ſua ponderoſitate ad aliud trahit.
Secunda cauſa eſt propter peccatoris cæcitatem. Et po-
nit exemplum Chriſoſt. de Sampſone, cui cũ capilli in
quibus erat uirtus ſua detruncati eſſent, philiſtei ipſum
ligauerunt, & ſibi oculos eruerunt, & ipſum mollere fe-
cerunt, quia quando peccator perdit robur uirtutum
ſuarum, mox dæmones ipſum funibus peccatorum ligãt
oculo fidei ipſum excecans. de uitio in uitium eum cur-
rere procurant. Tertia cauſa eſt propter quandam con-
nexionem. Nam auaritia trahit ad rapinam, & fur-
tum, & ad multa mendacia. Gula trahit ad ebritatem &
luxuriam. Superbia trahit ad multas iniurias inferen
das, & ad multas ambitiones appetẽdas. Vnde dicitur.
Qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueã, & qui
exierit de fouea, tenebitur laqueo. Per formidinem intel Eſa. 24.
ligitur auaritia, quia auarus ſemper eſt in timore. Per
foueam intelligitur luxuria. Fouea profunda eſt mere-
trix. Per laqueum intelligitur ſuperbia, quæ omnes il- Pro. 23.
laqueat, Sæpe autem contingit quod quando auarus
dimit-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dimittit auaritiam, & dat ſe ineritiæ, cadit in luxuriam.
Et quando luxurioſus ſuperat omnem concupiſcentiam
*Secũdo.* cadit in uanam gloriam, & ſuperbiam. Circa ſecundum
opus. ſ. miſericordiæ quo Chr̃s dæmones fugauit. Nota
*Dæmonio* dum quod dæmones habent magnam potentiam. Non
*rum potẽ* eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Habẽt ma
*tia ma-* gnam aſtutiam. Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſe
*gna.* duxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & exci
*Iob* 41. dant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Habent ma
2. *Co.* 11 gnam ſeuitiam. Aduerſarius ueſter tanquã Leo rugiens
1. *Pet.* 5. cir. que. quem deuo. Magna ergo miſericordia Dei eſt,
quando a nobis expellit aduerſarium tam potentem,
& tam aſtutum, & tam ſeuientem. Nihilominus enim e
ius potentiam vincimus reſiſtendo. Reſiſtite diabolo, &
fugiet à uobis. Eius aſtutiam uincimus, dum ad Deum
*Iac.* 4. per orationem reuertimur. Cum ignoramus quid agere
debeamus, hoc ſolum refugium habemus, ut oculos no
2. *Pa-* ſtros dirigamus ad te. Eius ſęuitiam frangimus noſipſos
*ral.* 20. macerando, quia quando noſipſos maceramus, hoſtem
proſternimus. Omnis enim qui in agone contendit, ab
1. *Cor.* 9. omnibus ſe abſtinet, ego non ſic curo nõ quaſi in incer
tum. Circa opus ſapientiæ. i. prædicationem Chriſti. No
*Terti.* tandum ꝙ Chriſtus ibat ſapienter prædicãdo. Ibat enim
prædicando ſine expenſis, vſque ad eſuriem. Cum exiret
*Mat.* 21. à Bethania, eſuriuit. Ibat ſine equis vſque ad laſſitudinem
Ieſus fatigatus ex itinere. Ibat ſine clientibus vſque ad
*Io.* 4. captionem. Vnde dixit Pilato. Si ex hoc mundo eſſet re
gnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt
non traderer Iudæis. Prædicator qui aliter
iret, inſipienter iret. Si videlicet iret
aut conſtipatus equis, aut diui-
tijs ſuffarcinatus, aut ſer-
uitoribus, aut domi-
cellis uallatus.

Eadem



*Eadem quinta feria tertiæ hebdomadæ, quadrageſi-*
*mæ. Sermo ſecundus. De diuerſis ſpeciebus*
*febrium tum corporalium, tum*
*ſpiritualium.*

SOcrus autem Simonis tenebatur magnis febribus,
per febrem ſignificatur peccatum mortale, quia ſi-
cut febricitans modo patitur frigus, modo æſtum, ſic
peccator modo patitur timorem qui eſt frigus ani-
mæ, modo cupiditatem, quę eſt calor animæ. Vnde
Augu. ſuper Pſalm. Incenſa igni & ſuffoſa, quia omnia *Peccata*
peccata duæ res faciunt, ſ. timor & cupiditas. Timor fa- *duæ res*
cit fugere omnia quæ ſunt carni moleſta. Cupiditas fa *fa.iunt.*
cit apparere omnia quæ ſunt carni ſuauia. Sicut autem
diuerſæ ſunt ſpecies febrium, ſic etiam ſunt diuerſa ge-
nera peccatorum. Prima febris eſt quotidiana & ſigni-
ficat peccata uenialia quæ quotidie agimus, quæ ſecun-
dum Auguſt. aſſimilantur gutti aquę, arenæ, & ſcabiei.
Guttis aquæ aſſimilantur, quia feruorem charitatis re-
mittunt. Arenæ, quia ſæpe ab omnibus bonis operibus
animam ſterilem faciunt. Et ſcabiei quia decorem ani-
mæ diminuunt. Et dicit ibidem Aug. quod ſicut multæ
guttæ naui faciunt naufragium, & multa grana arenæ
faciunt onus ponderoſum, & multitudo ſcabiei reddit
hominem corruptum, ſic peccata uenialia quando con-
temnuntur, ſæpe ſua multitudine, grauitate, & deformi-
tate, diſponunt animam ad mortale. Vel febris quotidia
na poteſt eſſe gula propter exactionem quotidianam.
Venite ſumamus cibum, & impleamur ebrietate & erit *Eſa.* 56.
ſicut hodie, ſic & cras & multò amplius. Guloſus enim
ſi hodie bene comedat, cras melius appetit comedere,
ideò aſſimilatur ſanguiſugæ. Sanguiſugæ duæ filiæ ſunt *Prou.* 30
dicentes, affer affer, quia guloſus poſt unum ferculum,
dicit, affer aliud. Secunda febris eſt effimera. & dici-
tur ab effimero piſce marino, qui eo die quo naſcitur
moritur. & ſignificat ſubitum iræ motum, qui de-

Universidad de Deusto Biblioteca

*Eph. 4.* bet finire ante occaſum ſolis. Sol non occidat ſuper irã
ueſtram. Talis enim motus ſubitus quaſi omnes ipua-
*Tres mo-* dit, quia ſicut dicit Hiero. Qui nulla animi perturbatio
*ueri non* ne mouetur, aut Deus eſt, aut lapis. Dicit tamen Grego.
*poſſunt.* Nazianzenus quod tres ſunt qui non poſſunt moueri,
duo in cœlo, ſcilicet Deus & Angelus. tertius in terra, ſci-
licet Chriſtianus populus, quamuis enim Deus dicatur
iraſci, tamen ſecundum Augu. non dicitur iraſci propter
aliquem turbulentum affectum, ſcilicet propter uindi-
ctam. Angeli etiam quamuis de perditione peccatorum
dolere dicantur, tamen nullam ſentiunt paſſionem, ſed
dicuntur dolere, quia ad modum dolentium ſe habent.
Chriſtianus autem populus appellatur ille, qui in dei a-
more eſt perfectus, talis enim licet aliquando perturba-
tionem patiatur, tamen ex hoc eius ratio non obnubila-
tur, quia talem perturbationẽ tenet ſub dominio ratio-
*Tertia.* nis. Tertia febris eſt erratica quæ non accidit certis ho-
ris, & ſignificat inuidiam, quæ quando aliquis laudatur
accedit, quando uituperatur recedit, non habet horã de-
terminatam ſed quotieſcũque renouantur laudationes,
*1. Re. 18* totiens renouantur acceſſiones. Hoc patet de Saul qui
inuidebat Dauid. Cum enim diceretur, Saul percuſſit
mille, & Dauid decem milia, tũc Saul paſſus eſt magnas
acceſſiones, & quotiens audiebat de ſua probitate, tunc
laborabat totiens illa acceſſione. Quando autem Da-
uid canem & pulicem mortuum ſe nominabat, tunc iſta
acceſſio recedebat, ideo inuidus ſignificatur per Hely
*1. Re. 3.* de quo dicitur. Quod non poterat uidere lucernam do-
mini ſui, antequam extingueretur lucerna, accenſa lu-
cerna lucet, ſed extincta fœtet. Lucerna igitur accenſa,
ſunt uiri uirtuoſi, extincta peccatores fœtidi. Inuidus
igitur non poteſt ſine magna afflictione ſuſtinere ut ui-
deat uiros virtuoſos, libenter autem uidet uiros miſe-
ros & abiectos. ideo dicit Socrates. Vtinam inuidi in
omnibus ciuitatibus oculos, & aures haberent, ut de
cunctorum fœlicitatibus torquerentur. Quarta febris
eſt tertiana, qua laborant illi, qui de peccatis ſuis no-
lunt



lunt ſatisfacere. Habent enim contritionem & confeſ-
ſionem, ſed nolunt habere ſatisfactionem. Vnde dici- *Exem-*
tur quod cum quidam dæmoniacus ad quendam uirum *plum*
ſanctum fuiſſet ductus, & ille dæmonem adiuraret, ut
recederet, & nomen ſuum ei diceret, ille ait. Nos ſumus
tres fratres, qui habemus noſtra officia determinata. ego
enim uocor claudens cor, alius uocatur claudens os, a-
lius uocatur claudens marſupium, officium enim meũ
eſt cor peccatoris indurare, ne poſſit contritionem ha-
bere, & ſi fortè conteritur, laborat frater meus, ſcilicet
claudens os, ut a confeſſione impediatur, & ſi forte con
feſſus fuerit laborat frater meus, ſcilicet claudens mar-
ſupium ne ſatisfaciat. ne male ablata reſtituat. Quinta *Quinta.*
febris eſt continua. iſta laborant auari & maxime uſu-
rarij, cæteri peccatores interpolationem faciunt in pec *Vſura-*
catis. Vſurarius verò continuè peccat, ſcilicet die & no- *rius conti*
cte, & qualibet hora, & quolibet momento, & quolibet *nue pec-*
fœſto. ideo uidetur eſſe peior Iuda ſcarioth. ille enim vẽ *cat.*
didit Chriſtum. Iſte uendit Chriſtum, beatam Mariam, *Iudas in*
& omnes ſanctos, & ſanctas Dei, quia ipſorum fœſtiuita *aere mor*
tes computat in uſuris, & quia uſurarius ſimilis eſt Iu- *tuus quid*
dæ, immo peior in culpa. ideo ſimilis erit ei in pœna. Iu- *notas.*
das enim in aere interiit qui eſt habitatio dæmonum,
ad innuẽdum quod non debebat ſtare in cœlo cũ ange-
lis, nec in terra cum hominibus, ſed in aere cum dæmo-
nibus. Eodem modo uſurarius non habitabit in cœlo,
quia Deũ & beatam uirginẽ, & omnes ſanctos offendit,
nec in mundo, quia homines conturbauit ſed in inferno
cũ dæmonibus, quos per auaritiam adorauit. Iuxta illud
auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. Iſta febris continua, *Col. 3.*
ſcilicet auaritia citò extinguit hominẽ, quia tollit tria *Auaritia*
q̃ ſunt cauſæ vitę, ſ. cibũ, ſomnũ, & quietem. Auarus enim *cito homĩ*
non poteſt comedere. Non ſatiabitur pane indigens, *nem occi-*
& in triſtitia erit, ſuper menſam ſuam. Non poteſt dor- *dit.*
mire. Cuncti dies eius doloribus, & erumnis pleni ſunt. *Ec. 14.*
nec per noctem mente requieſcit, nec poteſt quietem *Eccl 2.*
habere. Per ſollicitudinem quieſcere non potuit. *Hier. 44.*

Universidad de Deusto Biblioteca



Sexta febris eſt quartana, & ſignificat ſuperbiam propter
*Superbiæ* quatuor ſpecies ſuperbiæ, de quibus dicit Greg. Qua-
*ſpecies* 4. tuor ſunt ſpecies tumoris, ſcilicet cum quis bonũ quod
habet a ſe habere exiſtimat, uel pro ſuis meritis datum
ſibi putat, uel cum iactat ſe habere quod non habet, uel
cum deſpectis cæteris appetit ſingulariter uideri habere,
quod non habet. Vel poteſt ſignificare luxuriam quæ
per corpus expletur, quod ex quatuor elementis com-
ponitur. Vel poteſt ſignificare conſuetudinem longam
peccandi, ut prima dies ſit mala ſuggeſtio, ſecunda ma-
lus conſenſus, tertia malum opus quarta mala conſue-
tudo. Iſta quadruplex ſpecies quartanæ difficulter cura-
tur. Saperbia enim difficulter curatur, quia ſemper eſt
*Pſ.* 33. in aſcenſu. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſem
per. Luxuria difficulter curatur, quia in corpore radica-
*Iob* 3. tur, quia tunc totum corpus inflammatur. Ignis eſt uſq;
*Iob.* 16. ad conſumationem deuorans. ipſum vulnerat. Cũ vulne
*Ioel.* 1. rauerunt lumbos meos. ipſum corrumpit & fędat. Com
putruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Grego. Iumenta in
ſtercore computreſcere, eſt carnales homines in fętore
luxuriæ vitam finire. Mala autem conſuetudo difficul-
*Io.* 11. ter curatur, hoc ſignatum eſt in Lazaro quatriduano,
quem dominus cum quadam difficultate uoluit reſuſci
tare, ſcilicet cum oratione, cum clamore, & cũ ſui con-
turbatione, & cum lachrimarum effuſione. Septima fe-
bris eſt ethica, quæ radicatur in medullis & naturalem
humiditatem conſumit, & ſignificat triſtitiam illam de
qua dicitur. Seculi triſtitia mortem operatur. Spiritus
2 *Cor.* 7. triſtis eſiccat oſſa, ideſt robur virtutum. Sunt tamen
*Pro.* 17. quædam oſſa, quæ non tantum ſunt eſiccanda, ſed etiã
incineranda. Incederunt oſſa regis ydumeæ uſque ad ci
*Amos* 2. nerem. Ydumea interpretatur ſanguinea, & ſignat dia-
bolum, qui ſanguinem noſtrum ſitit, eius oſſa ſunt no-
ſtra peccata, per quæ contra nos diabolus aſſumit ro-
bur. Sunt igitur quidam qui oſſa habent integra, qui ſci
licet de ſuis peccatis non conteruntur, alii ſunt qui illa
oſſa in groſſas partes frangunt, qui ſcilicet ſuperficiali-
tes



ter conteruntur, alii uerò ſunt qui iſta oſſa incinerant,
ſcilicet qui præcordialiter conteruntur. & iſtam contri-
tionem facit ſalubris triſtitia, de qua dicitur. Quę enim 2. *Cor.* 7.
ſecundũ Deum triſtitia eſt, per pœnitentiam in ſalutem
ſtabile operatur.

*Feria ſexta tertiæ hebdomadæ, quadrageſimæ. Sermo primus. De mulieris cum Chriſto collocutionibus, & quomodo eam & nos a mundi amore removere nititur, ut ad ſui amorem cognitionemq; ducat.*

IEſus fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem. Dũ *Io.* 4.
dominus noſter per diuerſa loca predicando diſcur-
reret, & quadam uice fatigatus eſſet, ſuper quen-
dam fontem ſedere cœpit. Et licet hic dicatur fons, ta-
men inferius uocatur puteus. Sed ſicut dicit glo. Vbi-
cũque aqua de terra manat dicitur fons, ſed ſi manat in
ſuperficie, fons tantum dicitur, ſi uerò manat in profun
do, etiam puteus hoc omnis puteus eſt fons, ſed non
omnis fons puteus eſt. Dum igitur ſic ſederet uenit mu-
lier de Samaria haurire aquam, inter quam & Chri- *Samari-*
ſtum magnus dialogus fuit, quia plures collocutiones *tane cum*
mutuas habuerunt. Prima fuit quia Chriſtus ſuam hu- *Chriſto*
manitatem oſtendit in eo, quòd bibere petiit, probabi *collocu-*
le enim eſt, quòd Chriſtus poſt fatigationem ſitiebat, *tione.*
& in hoc oſtendit ſe eſſe uerum hominem, quia Deus
ſitire non poteſt. Ad hoc reſpondit mulier cum quadam
admiratione dicens. Quomodo tu cum iudeus ſis a me
bibere poſcis &c. Iudei enim habebant in ueſtimentis
fimbrias, per quas diſtinguebantur ab aliis gentibus.
Secunda collocutio fuit qua Chriſtus oſtendit ſuam di-
uinitatem cum ait, ſi ſcires donum Dei & quis eſt qui
dicit tibi da mihi bibere, tu forſitam petiſſes ab eo, &
dediſſet tibi aquam uiuam, ſcilicet ſpiritus ſancti gra-
tiam, hoc non poterat niſi inquantum Deus. Sed
mulier intelligens de aqua materiali illius putei, dixit,

Universidad de Deusto Biblioteca



quod hoc facere non poterant, quia nec ſitulam, nec chordam habebat, & puteus profundus erat. immo nec ipſe Iacob quod ipſe maior non eſt, aliter ipſam aquam habere non potuit, niſi cum adiutorio. Tertia collocutio fuit qua Chriſtus oſtendit aquæ materialis & ſpiritualis magnam differentiam, cum dixit, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum. Aqua enim materialis ad tẽpus poteſt auferre ſitim aqua uerò ſpiritualis, ſemper aufert. Ad hoc reſpondit mulier, Domine da mihi aquã hanc, quaſi dicat, magna pœna eſt mihi ſitire, magna fatigatio eſt huc uenire, magnus labor eſt haurire, ergo da mihi aquam hanc, quæ pœnam ſitis auferat, fatigationẽ itineris tollat, laborem hauriendi amoueat.

Quarta collocutio eſt qua Chriſtus dixit ei ut uirum ſuum uocaret, id eſt illum quẽ loco uiri tenebat. Ad hoc reſpondit mulier, quod non habebat uirum, ſcilicet legitimo matrimonio ſibi coniunctum.

Quinta collocutio eſt qua Chriſtus dixit totam uitam ſuam præteritam cum ait. Bene dixiſti, id eſt uerum dixiſti, quia non habeo uirum, quinque enim uiros habuiſti. Ad hoc mulier reſpondit, quod credebat ipſum prophetam eſſe. Poſtquam totam uitam ſuam ei dixerat Poſt hæc autem mutatur ordo loquendi. Hucuſque enim Chriſtus quæſiuit & mulier reſpõdit. Modo autem mulier quærit, & Chriſtus reſpondit. Quærit enim, ex quo ipſe eſt propheta, ut ſoluat controuerſiam quę eſt inter Iudæos & Samaritanos. Iudæi enim dicebant ꝙ non licet alicubi adorare niſi in templo Dei. Samaritani autem dicebant, quod poterant adorare in monte ſamariæ, quia patres ſui, ſcilicet Iacob & filii eius, ibi adorauerunt. Et uocabant ſamaritani Iacob patrem ſuum, ſiue, quia ipſi legem tenebant Moyſi, ſiue, quia Iacob & filii eius ibi habitauerunt, ſiue quia ille mons ex hæreditate Iacob ad eos peruenerat. Ad hoc Chriſtus reſpondit quod in orando, Deus non requirit locum corporalem, ſed ſpiritualem, id eſt cor mundum & deuotum. Iſta reſponſio non placuit mulieri, quia

ri, quia



ri, quia uolebat, quòd diceret, quòd in monte illo poterant adorare, & ideò dixit, quòd quæſtionem illam determinandam reſeruabat meſſiæ, id eſt Chriſto, qui Chriſtus cum uenerit de hoc ueritatem eis annunciabit. Ad hoc Chriſtus reſpondit, quòd ipſe erat ille meſſias. Quo audito, quòd ille erat, præ gaudio hydrias dimiſit, & in ciuitatem currẽs nunciauit omnia. Et tunc Chriſtus ad præces Samaritanorum ciuitatem intrauit, & omnes ad fidem conuertit. Sicut patet ex prædictis Chriſtus hanc mulierem & nos ad tria inducebat. Primo ad contemnendum amorem mũdi cum dixit. Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum. Amor enim mundanorum, ſcilicet diuitiarum, delitiarum, & honorum, ſitim non extinguit, ſed auget. De quibus dicitur. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, quæ ſemper dicunt *Pro. 30* affer affer. Sanguiſuga mater eſt ſuperbiæ, quę eſt cauſa omnium malorum. Initium omnis peccati ſuperbia. *Eccl, 10.* Habet autem duas filias, ſcilicet cupiditatem & uoluptatem. Quia ſuperbus non tantum honores ambit, ſed etiam aliorum bona rapit, & uoluptuoſe uiuit. Iſta autem ſitis, quàm ſit uana oſtenditur in morte Alexandri, *Nota de Alexan.* qui cum eſſet totius mundi dominus diuitiis plenus, libidinoſus, & eius oſſa in uaſe aureo fuiſſent repoſita, philoſophi conuenerunt. Vnus igitur uolens oſtendere dominium ſuum fuiſſe uanum ait. Heri iſti non ſufficiebat totus mundus, hodie parua ſepultura eſt contentus. Alius uolens oſtendere eſſe uanum aurum, & argentum congregatum, ait, Heri iſte faciebat theſaurum de auro, hodie aurum theſaurum facit de ipſo. Alius uolens oſtendere uanum eſſe corpus delitiis nutrire, dixit, Heri iſte nutriebat corpus ſuum diuerſis delitiis, hodie uerò comeditur a uermibus infinitis.

Secundo Chriſtus inducebat iſtam mulierem, & nos cum ipſa ad deſiderandum amorem Dei cum ait. Qui autem biberit ex aqua quam ego do, non ſitiet in æternum. Auguſtinus. Qui biberit de paradiſi fluuio cuius gutta maior eſt oceano, reſtat, ut in eo ſitis penitus

 extincta

Universidad de Deusto Biblioteca



extincta ſit. Huius fluuii paradiſi unam guttam percepe
rat Paulus, & ſtatim extinxit in eo omnem ſuperbiam,
ita quòd ferocem lupum mutauit in agnum manſuetum.
Percepat Matthæus, & mox extinxit in eo omnem aua
ritiam, ita quòd raptorem conuertit in contemptorem.
Nam qui prius rapiebat aliena, poſtmodum contempſit
propria. Percepat Magdalena, & mox extīxit in ipſa om
nem luxuriam, ita quòd corniculam nigerrimam, cōuer
tit in columbam candidam. Tertio inducebat eam & nos
in ipſa ad ſui cognitionem. Gradatim autem hęc mulier
ſurrexit ad Chriſti cognitionem. Nam primo dixit eum
eſſe unius ueri Dei cultorem, in hoc quòd dixit eum
Iudæum eſſe, & hoc fuit magnum. Deinde ipſum dixit
eſſe prophetam, & hoc fuit maius. Tandem & dixit &
credidit ipſum eſſe Chriſtum, & hoc fuit maximum. Per
*A minimo debemus incipere & paulatim aſcēdere.* quod datur intelligi, quòd debemus incipere a minimo,
& paulatim aſcendere ad maiora. Iſte gradus ſignificat,
ubi dicitur. Vltro enim terra fructificat herbam primū,
deinde ſpicam, deinde plenum fructum in ſpica. Hoc eſt
ſecundum Glo. timorem, pœnitentiam, & charitatem. Il
li qui generāt herbam, id eſt timorem ſunt incipientes,
*Mar. 4.* qui debent incipere a timore. Sicut enim herba eſt prin
cipium ſpicæ, ſic timor Dei eſt principium nouæ uitę. Ti
*Pro. 1.* mor Dei principium ſapientiæ. Illi qui generant ſpicam
id eſt pœnitentiā duram ſunt proficientes, qui ſicut fue
runt delectati in peccatis, ſic debent ſe affligere in pœni
*Iob. 42.* tentia & lamentis. Ipſe me reprehendo, & ago
pœnitentiam in fauilla & cinere. Illi qui pro-
ducunt plenum fructum in ſpica, id eſt
charitatem & bonorū operum ple
nitudinem, ſunt perfecti qui
habent charitatem Dei,
& proximi. Quia
*Rom. 13.* ſicut dicitur.
Plenitu
do legis eſt dilectio.

Eadem



*Eadem ſexta feria tertiæ hebdomada quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De triplici aquarum differentia, quarum altera ſitire facit, altera ſitim extinguit. Tertia quæ in uita æterna fluit.*

OMnis qui biberit ex aqua hac ſitiet iterum. Po
nit dominus hic tres differentias aquarum.
Vna eſt, quæ facit ſitim cum dicit. Omnis qui
biberit ex aqua hac ſitiet iterum. Secunda eſt, quæ ſi-
tim extinguit, cum dicit. Qui autem biberit ex hac
aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Ter-
tia eſt, quæ in uita æterna fluit cum ſubdit. Sed aqua
quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam
æternam. Prima aqua ſignificat amorem mundi, ſci-
licet amorem diuitiarum, delitiarum, & honorum.
Et ideò iſtam aquam, quæ ſitim non extinguit, ſed fa-
cit, nullus debet appetere, cum ſit turbida & amara.
Quid tibi in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam, *Hier. 2.*
Superbus enim habet cor turbidū, præ continua indi-
gnatione & contentioſa ęmulatione. Inter ſuperbos *Prou. 13.*
ſemper iurgia ſunt. Tange montes & fumigabunt. *Pſ. 103.*
Auarus ſemper habet cor turbidum præ nimia triſti-
tia & ſollicitudine. In triſtitia erit ſuper menſam ſuam. *Eccl. 4.*
Turbati ſunt in mari præ ſollicitudine, quieſcere non *Hier. 49.*
potuerunt. Libidinoſus habet cor turbidum præ nimia
concupiſcentia & feruore. Ignis eſt uſque ad conſu- *Iob. 31.*
mationem deuorans & omnia eradicans germina. Non
ſolum autem iſta aqua eſt turbida per effectum, ſed et
in ſeipſa. Aqua uerò turbida non eſt apta ad bibendum
cum ſit amara, nec ad ſpeculandum, cum ſit turbu-
lenta, nec ad lauandum, cum ſit immunda. Amor
mundi eodem modo non eſt aptus ad bibendum, quia ē
amarus. Facit. n. amaritudinē in conſcientia. Nouiſſima *Pro. 5.*
illius amara quaſi abſinthiū. Et tandem faciet amaritu-
dinem in pęna. Amara erit potatio bibentibus illam.
Similiter amor mundi non eſt aptus ad ſpeculandum, *Eſa. 24.*
cum

Universidad de Deusto Biblioteca



cum ſit turbulentus. Non enim poſſumus ibi ſpeculari Deum per contemplationem, nec peccata noſtra per cótritionem.

Legitur in uitis patrum, ꝙ cũ quidã frater cor plenũ anxietatibus & tribulationibus hĩet, & more ſolito Deũ contemplari non poſſet, quidam ſanctus pater ad quẽdã fontem duxit eum, & cum aquam cum quodam baculo perturbaſſet, dixit, ut reſpiceret ſi faciem ſuã uideret, & cum non poſſet uidere, expectauit quouſq; aqua clarificata fuit, & tunc uidit. Applicatio huius exempli plana eſt. Similiter amor mundi non eſt aptus ad lauandum, cũ ſit immundus. Si quis ergo habet cor immundũ & illud uult lauare cum amore mũdi, magis ſe inquinabit. Vñ Ambr. in libro de uirginibus Pitagoram repræhẽdit dicens. Pitagoras poſtquam cubitum ierat, tibicinem iubebat molliora canere, ut anxia curis ſecularibus corda mulceret. Sed ille facit ſicut is qui laterem lauat, ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere. Magis enim liniebat ſe luto, quàm remediũ a uoluptate quærebat. Auguſt. Quiſquis qui es in mundo ad te uenit, qui fecit mundum, ut eripiat te de mundo, quòd ſi fortè aliqua delectatione te retinet mundus, ſemper uis eſſe immundus.

Secunda aqua eſt, quæ ſitim extinguit, & iſta eſt amor ſpiritus ſancti, qui extinguit amorem diuitiarum, delitiarum, & honorum. Hoc figuratum eſt iudi-
*Spiritus* cum. 14. in Sampſone. De quo dicitur, quòd ſpiritus do-
*S. aquæ* mini irruit in eum, & ſic leonem interfecit, & Philiſteos
*effectus.* expugnauit, & uincula rupit. Per leonem intelligitur ſuperbia. Per Philiſteos, qui interprætantur cadentes,
*Pro.* 11. intelligitur auaritia. Sicut enim dicitur. Qui confidit in diuitiis ſuis corruet. Per uincula intelligitur carnalis concupiſcentia. Quando igitur amor ſpiritus ſancti aduenit, ſuperbiam expellit, auaritiam occidit, concupiſcentiam tollit. Iſta aqua eſt contraria ſuperiori. Eſt
*Ecc.* 24. enim dulcis ad bibendum. Qui bibunt me adhuc ſitiẽt.
2. *Cor.* 3 Eſt clara ad ſpeculandum. Nos autem reuelata facie glo-

riam



riam Dei ſpeculantes. Eſt munda ad lauandum. Effun- *Eze.* 36.
dam ſuper uos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Spiritus enim ſanctus quoddam lixiuium in corde hominis generat, per quod omnia peccata lauat In quo quidem lixiuio ponit lachry
mas pro aqua, quæ habent peccata lauare. Lauabo per *Pſ.* 6.
ſingulas noctes lectum meum lachrymis &c. Ponit memoriam mortis pro cinere, quæ ſimiliter habet animam
peccatis mundare. Memorare nouiſſima tua & in ęter- *Ecc.* 7.
num non peccabis. Ponit amorem cœleſtem pro igne, qui ipſum lixiuium inflammet. Lixiuium enim frigidũ non bene lauat, ſed calidum optimè lauat. Quando igitur lachrymę noſtræ & memoria mortis ab igne diuini amoris inflammatur, tunc omnis macula & rubigo
peccati tollitur. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quo- *Luc.* 7.
niam dilexit multum. Vbi dicit glo. Incendit plenè peccati rubiginem, qui ardet ualide per amoris ignem. Quando igitur in tali lixiuio abluitur, quantuncunque
fuerit niger, albus efficietur. Lauabis me & ſuper ni- *Pſ.* 50.
uem dealbabor. Si fuerint peccata ueſtra, ut cocci- *Eſa.* 1.
num, quaſi nix dealbabuntur. Iſtud patet de quadam muliere de qua legitur in uitis patrum. Quæ cum per ciuitatem cum nimia ambitione procederet, epiſcopus quidam ſanctus eam uidens ad terram corruit, & amariſſime flere cœpit. Et cum interrogaretur cur fleret, Reſpondit Fleo, quia iſta mulier plus ſollicita eſt placere mundo, quàm ego Deo. Cum igitur epiſcopus domum rediſſet pro ea orauit, cuius dominus præces exaudiuit. Sequenti autem nocte uiſum eſt ſibi, quòd quædam cornicula nigerrima ad eum ueniret quam ille accipiens in aquam dimerſit, & ſtatim in columbam candidam conuerſa fuit. Sequenti igitur mane illa mulier tota in la-
chrymis reſoluta, ad pedes eius procidit, quæ prius fue- *quar*
rat peccando nigerrima, poſtmodũ in lachrymis bapti- *ſtritus &*
zata, tota facta eſt candida. Iſtam autem aquã ſpiritus *grati*
ſancti Deus nobis gratis dare promittit. Omnes ſitientes *licetur*
uenite ad aquas & qui nõ habetis argentum properate. *Deni*

emite,

emite, & comedite. Si ergò aliquis iſtam aquam non
habet, culpa eſt ipſius non recipientis, & non Dei offeren-
tis. Si enim offero tibi ciphum aquæ frigidæ, & tu non
uis os aperire, ſi porrigo tibi roſam, & non uis eã ac-
cipere, ſi ſol ad feneſtram uerberat, & tu tenes eã clau-
ſam, ſi pulſo ad oſtium & non uis mihi aperire, tua cul-
pa eſt, & non mea. Deus aquam ſuæ gratiæ nobis in-
fundit, & nos os cordis claudimus, roſam gratiæ ſuæ no-
bis porrigit, & nos accipere negligimus, radium ſuę gra-
tiæ nobis mittit, & nos uoluntatem noſtram reſerare
contemnimus. Ad oſtium noſtri cordis pulſat, & nos
*Tertia* ſibi aperire diſſimulamus. Tertia aqua eſt quæ in ui-
*Aqua.* tam æternam fluit, quæ ad inſtar fluuii ibi datur, quia
ſancti ibi habent in maxima plenitudine abundantiam
*Apo. ult.* ſpiritus ſancti. Oſtendit mihi flumen aquæ uiuæ. Ali-
ter enim communicat aquam ſuam puteus, aliter fons,
*Aquarũ* aliter fluuius. Puteus enim habet aquam abſconditam
*communi-* & cum labore hauritur. Fons uerò habet aquam paten-
*catio ua-* tem & hauritur ſine labore, tum non diffundit ſe in ma-
*ria.* gna plenitudine. Fluuius uero habet aquam patentem
& de facili hauritur, & in magna plenitudine ſe diffun-
dit. Gratia igitur Dei eſt ad inſtar putei peccatoribus
quia eſt eis abſcondita, cum non ſint digni, & oportet q
cum multo labore pœnitentiæ eam hauriant, eſt tamen
*Eccl. 51.* ille labor modicus reſpectu gratiæ quam acquirunt. Mo-
dicum laboraui, ꝙ inueni multam requiem, bonis autem
ad inſtar fontis, quia faciliter poſſunt haurire, ſed tamen
*Pſ. 41.* in præſenti modicum poſſunt guſtare. Sitiuit ani-
ma mea ad Deum fontem viuum. Beatis au-
tem datur ad inſtar fluuii, quia in maxi
ma abundantia, habent amorem
ſpiritus ſancti. Pſal. Ine-
briabuntur ab vber-
tate domus
tuæ.

Sabba



*Sabbato tertia hebdomadæ 40. Sermo primus. In quo phariſeorum peruerſitas. Chriſti miſericordia atque iuſtitia & adulteræ peccatum inſinuatur.*

ADducunt ad Ieſum ſcribę & phariſei, mulierem *Ioan. 8.*
in adulterio deprehenſam. Iſti ſcribæ & pha-
riſei, ſæpe uoluerunt Ieſum capere in ſermo-
ne, ut ipſum infamarent, & contra eum populum pro-
uocarent, ſicut patet in iſto Euangelio, in quo quidem
ponuntur tres differentiæ perſonarum, ſcilicet phariſei,
Chriſtus, & mulierẽ in adulterio deprehenſam. In pha-
riſeis quidem duo fuerunt, ſcilicet ſubdoloſa adulatio,
& fallax interrogatio. Subdoloſa adulatio fuit in hoc
quòd magiſtrum eum vocauerunt. Chryſo. Magiſtrum
eum uocauerunt, ut quaſi honoratus, ſui ſecretum cor-
dis ſimpliciter eis aperiret, hæc eſt enim hypocritarum
prima potentia, ſimulata laudatio. Iſtam autem laudem
magiſterii, Chriſtus recipiebat a diſcipulis. Vos uocatis *Ioan. 3.*
me magiſter & dñe, & bene dicitis, ſum etenim, q̃a ſcie-
bat ꝙ eum ſic vocabãt, cauſa honorandi, ab iſtis tñ reci-
pere noluit, ſciens ꝙ eum ſic appellabant cauſa tentãdi.
Adulatores enim ſunt ſcorpiones & apes. Scorpio enim *Adulato-*
facie applaudit, ſed cauda pũgit, apes mel portãt in ore, *rum natu-*
ſed pungũt a poſteriori parte, ſic tales in facie laudãt, in *ra.*
abſentia uituperant, ſunt enim ſicut ſyrenæ, quæ ſunt pi-
ſces marini, qui habent faciem mulieris, ſicut dicit glo.
ſuper illud. Syrenæ in delubris voluptatis, quæ ita
dulciter cantant, quòd nautas dormire faciunt, & ſic *Eſa. 13.*
naufragium patiuntur, ſed ſapientes nautę aures clau-
dunt, & ſic periculum euadunt, ſic etiam contra tales
adulatores, ſapientes debent claudere aures, & non eos *Laudare*
audire. Hiero. Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos ſy- *quare ne-*
renarum cantus, debemus aure ſurda tranſire. Nullus .n. *mo hic*
in hoc mundo debet uelle laudari reſpiciendo ad uitam *uelle de-*
ſuam præſentem, futuram, & præteritã, ſi enim reſpiciãt *beat.*
ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad vitam præteritam, inuenit ſe multa commiſiſſe, de
Rom. 6. quibus debet erubeſcere. Quem ergo fructum tunc ha-
buiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Si reſpicit ad
vitam præſentem inuenit ſe eſſe in loco exilii, de quo
Pſ 119. multum debet dolere. Heu me: quia incolatus meus
prolongatus eſt: ecce exilium. habitaui cum habitanti-
bus cedar multum. Ecce periculum qui habitant cum
hominibus tenebroſis. Si reſpicit ad uitam futuram in-
ueniet ſuper ſe Dei iudicia, de quibus multum debet ti-
Pſ. 118. mere. A iudiciis enim tuis timui. Nullus ergo in hac
uita debet velle laudari. poſtquam habet cauſam tanti
ruboris, doloris, & timoris. Illi autem qui ſunt in pa-
tria, ſecure poſſunt laudari, cum nec de præterito habeant
de quo debeant erubeſcere, cum ſint in omnimoda ſan-
ctitate. nec de præſenti unde debeant dolere, cum ſint
in plena iocunditate, nec de futuro unde debeant time-
re, cum ſint in æterna iocunditate & ſecuritate. Secundo
in phariſeis fuit fallax interrogatio, cum dicitur. Ma-
giſter hæc mulier modo depræhenſa eſt in adulterio.
In Chri- Hoc autem dicebant ut cum poſſent accuſare. In Chri-
ſto tria ſto fuit ueritas doctrinæ, manſuetudo miſericordiæ, &
fuerunt. rectitudo iuſtitię. Iuxta illud. Propter ueritatem & man-
Pſ. 44. ſuetudinem &c. Cogitauerunt igitur phariſei & dixerunt
intra ſe. Aut ipſe dicet quòd iſta mulier debet lapidari,
aut quòd non debet, aut omnino tacebit. Si ipſe dixe-
rit quòd iſta mulier debet lapidari, tunc cum deridebi-
mus, quòd non habet manſuetudinem miſericordiæ,
quam ipſe prædicat, propter quod etiam a populo ada-
matur. Si dixerit quòd non debeat lapidari, ſed dimitti,
tunc dicemus quòd non habet rectitudinem iuſticiæ,
& accuſabimus cum quòd hoſtis eſt legis, & contrarius
Moyſi & Deo, actori legis, & ideo eſt potius cum adultе-
ra lapidandus. Si autem tacebit omnino, tunc ſibi im-
ponemus quòd non habet ueritatem doctrinæ, ſed pro-
pter timorem humanum ipſam veritatem prædicare for-
midat, ſed Chriſtus ſic reſpondit, quòd de nullo iſtorum
repræhendi potuit, ſicut infra dicetur. In ipſo autem
fue-



fuerunt duo. Primo matura diſcretio, in eo quòd di- In Chri-
gito ſcribebat in terram. Per digitum intelligitur di- ſto duo
ſcretio. Iudex ergo quando audit accuſantes, non de- fuerunt.
bet ſententiam ſtatim dare, ſed diſcutere, & ea quæ au-
dit debet in corde ſcribere, id eſt diſcrete inquirere, &
quæ agenda ſunt videre. Vnde dicit glo. Decet uos au-
ditis alienis malis non temere iudicare, ſed digito diſcre-
tionis prius voſipſos diſcutere, ſeu diſcurrere. Ad hoc au-
tem quòd iudex diſcrete iudicet, debet ſeruare illud quod
dicitur. Numerauit, appendit, & diuiſit. Debet enim Iudex ut
culpas numeratim inquirere, inquiſitas in ſtatera ſui iu- rectè iu-
dicii ponderare, ponderatas diuiſim punire. Non enim dicet, quod
debet, culpas æqualiter punire, ſed diuiſim, quia leues agat.
debet punire leuiter, mediocres mediocriter, & graues Dan. 5.
grauiter. Quid autem Chriſtus in terra ſcriberet. Amb.
dicit quod ſcribebat in terra. terra terram accuſat. Augu. di- Chriſtus
cit quòd ſcribebat illud quod poſtea uoce expresſit, qui quid in
ſine peccato eſt ueſtrum, primus in eam lapidem mit- terra ſcri
tat, &c. Glo. dicit quòd ſcribebat eorum peccata, quæ il pſerit.
li legebant, & præ uerecũdia exierunt. Chriſ. dicit quòd
ſcribebat in terram. abſorbe hos uiros abdicatos, id eſt
aperte condemnatos. Phariſei enim & iſta mulier erant
in duobus ſimiles. & in duobus disſimiles, ſimiles erant
in naturæ fragilitate, & quantum ad hoc conuenit pri-
ma ſcriptura, ſcilicet terra terram accuſat. Et in pec-
catorum multitudine, & quantum ad hoc conuenit ſe-
cunda ſcriptura, ſcilicet qui ſine peccato eſt ueſtrum pri
mus in eam lapidem mittat, quaſi dicat ſi iſta eſt pecca-
trix, & uos ſimiliter eſtis peccatores. Disſimiles autem
erant, quia peccata eorum coram Deo erant ſcripta.
Peccata autem iſtius mulieris per contritionem erãt de-
leta, & ideo conuenit alia ſcriptura, quæ peccata eorum
& non iſtius ſcribebat. Illi etiam ſcripti erant in terra
infernali, hæc autem propter pœnitentiam iam ſcripta
erat in terra cœleſti, & quantum ad hoc conuenit illa
ſcriptura quam ſcripſit, terra abſorbe hos, uiros abdica-
tos. Nomina enim peccatorum ſcripta ſunt in terra in-
fernali.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Hier.* 17 fernali. Recedentes a te in terram ſcribentur, quia de-
*Sanctorũ* reliquerunt venam aquarum uiuentium dominum. No-
*noĩa ubi* mina autem ſanctorum Deus in quatuor locis ſcripſit,
*ſint ſcri-* ſcilicet in palatio ſuo, ut nunquam poſſint reprobari.
*pta.* Gaudete quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. In li-
*Luc.* 10. bro ſuo, vt nunquam poſſint falſificari. In libro tuo om-
*Pſ.* 138. nes ſcribentur. In manibus ſuis, vt nunquam poſſint ob-
*Eſa.* 49. liuioni tradi. In manibus meis ſcripſi te &c. In corde ſuo
2. *Cor.* 3. vt nunquam poſſint non amari. Epiſtola eſtis Chriſti
*Secundo.* ſcripta non attramento, ſed ſpiritu Dei viui.

Secundo in Chriſto fuit iuxta diffinitio cum ait. Qui
ſine peccato eſt ueſtrum primus in illam lapidẽ mittat.
In hoc Chriſtus ſeruauit rectitudinem ſuæ iuſtitiæ. Vn-
de dicit glo. Si lex iubet puniri reos, non tamen perſona-
liter puniendos, ecce plena iuſtitia, ut mala iuſtus pu-
niat. Illi ergò uel ream dimittant, uel cum ea pœnam
ſubeant. Seruauit etiam manſuetudinem ſuæ miſericor-
diæ, cum dixit. Nemo te condemnauit mulier, nec ego
te condemnabo. Seruauit etiam ueritatem doctrinæ, in
*Mat.* 9. qua dicitur. Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. In
*In mulie-* muliere autem duo fuerunt.
*re duo* Primo thori maritalis uiolatio, ideo adultera nun-
*fuerunt.* cupatur, & ideo lapidanda erat. quare autem debebat
lapidari uxor, quæ fornicatur, magis quàm uir, tres cau-
*Eccl.* 23. ſæ ponuntur. Primo quia contra legem Dei fecit. Se-
*Quare* cundo quia fidem ſuam non ſeruauit. Tertio quia uiro
*mulier et* ſuo hæredes extraneos acquiſiuit. Vnde dicitur ibidẽ.
*non uir* ſic, Mulier omnis relinquens uirum ſuum, & ſtatuens
*lapidari* hæreditatem cum alieno matrimonio. Primo etiam in
*debebat.* lege altiſſimi incredibilis fuit. Secundo uirum ſuum
dereliquit. Tertio in adulterio fornicata eſt, & ex
*Mulie-* alieno uiro filios ſibi ſtatuit. Auguſt. autem in en-
*rem qua-* chiridion aliter reſpondit, & dicit quòd mulier ha-
*tuor re-* bet quatuor retrahentia a peccato fornicationis. &
*trahenda* uir tantum unum. & ideò maiori pœna eſt obnoxia
*à pecca-* quæ habet plura retrahentia. Primum eſt diligens
*to.* cuſtodia uiri. Viri enim cuſtodiunt uxores, & non
uxores



uxores uiros. Si non ambulauerit mulier ad manum
tuam, confundet te in conſpectu inimicorum tuorum.
Secundum eſt uerecundia, & confuſio mundi, quia ma-
ior eſt confuſio mulieri, quando fornicatur, quam ui-
ro ſi fornicatus fuerit. Putredo in oſſibus eius, quæ *Prou.* 12.
confuſione res dignas gerit. Tertium eſt terror legum,
lex enim diuina, & humana iubet puniendam mulierem
fornicariam, & non uirum fornicarium. Vnde dicitur
Hie. In lege autem Moyſi, mandauit nobis huiuſmodi
lapidare.

Quartum eſt timor Dei, qui debet eam retrahere a
peccato. Per timorem domini declinat omnis a malo, & *Pro.* 15.
illud ſolum ſicut dicit Augu. uiros retrahit, non enim ti
ment uxoris cuſtodiam, nec mundi uerecundiam, nec le
gum aliquam pœnam, timet autem Dei offenſam. Se- *Secundo.*
cundo in muliere fuit Dei magna miſeratio, quod nul-
lam ſibi pœnitentiam iniunxit, ſed tãtum ei dixit uade,
& amplius noli peccare, Vidit enim ipſam habere con-
tritionem tantam, quæ ad ſatisfactionem ſufficiebat.
Aliter enim non ſufficit quod quis peccata dimittat, ni-
ſi ſatisfaciat, ſicut oſtendit Grego. in paſto. Per tria
exempla. Primum exemplum eſt, quia ſi quis literis uel
inſtrumentis falſum ſcripſerit, non ſufficit quod ulte-
rius non ſciebat, niſi etiam quod male ſcriptum eſt de-
leat, peccata autem noſtra coram Deo ſcripta ſunt.
Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue ada- *Hier.* 17
mantino: Non igitur ſufficit ut quis amplius non pec-
cet niſi quod male fecerit per contritionem, & lachry-
mas lauet. Talis enim ſcriptura non poteſt melius la-
uari, quam per aquam lachrymarum. Lauabo per ſin- *Pſ.* 6.
gu. noc. le. meum &c. Secundum exemplum eſt. quod
ſi quis alicui blaſphemias dixerit, non ſufficit quod ulte
rius nõ dicat, niſi de his quæ male dixit ſatisfaciat. Quã
do igitur qui peccat tunc Deum blaſphemat. Nomen
Dei per uos blaſphematur. Non ergò ſufficit ut ab his *Rom.* 3.
peccator blaſphemiis abſtineat, niſi de his quæ fece-
rit coram Deo ſe reprehendat & pœnitentiam agat.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Iob.* 24. Iecircò ipſe me repræhendo, & ago pœnitentiam in fa-
*Exēplum* uilla & cinere. Tertium exemplum eſt quia debitor non
abſoluitur a debitis, quę contraxit, pro eo ꝙ alia non
multiplicat, niſi ea quæ contraxeris perſoluat. Quando
autem peccamus, Dei debitores ſumus, ab his ergo pec
catorum debitis abſoluti non ſumus, pro eo quod alia
peccata non multiplicamus, niſi de his quæ contraxi-
mus Deo digne ſatisfaciamus, ab iſtis debitis quotidie
abſolui petimus cum in oratione dominica dicimus. Et
dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus de-
bitoribus noſtris.

*Eodem ſabbato tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ.*
*Sermo ſecundus. De Chriſti humilitate,*
*Virginis excellentia: atque*
*conſtantia.*

IEſus autē inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in
terra. Inclinatio Chriſti ſignificat eius humilitatē,
qua intantum ſe inclinauit, quod in uterum uirgi-
nis deſcendit, inclinādo autem ſe in terram ſcripſit. Per
*Eſa.* 45. terram ſignificatur Virgo Maria, quæ ſic fructifera fuit,
quod illum fructum protulit. de quo dicitur. Aperiatur
terra & germinet ſaluatorem. In iſta terra Chriſtus ſcri
pſit quando matrem ſuam omnibus donis & uirtutibus
dotauit & adornauit. In uerbis igitur præmiſſis tria no
tantur. Primo oſtendit de filio quantæ fuerit humilita-
tis, cum dicitur. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, intel-
ligitur de ſede patris in mundum. Secundo oſtenditur
in matre quantæ fuerit excellentiæ & dignitatis, cum di
citur, digito ſcribebat. Tertio oſtenditur de ipſa matre
quantæ fuerit conſtantiæ & firmitatis in eo quod terra
*Primo.* uocatur. Circa eius inclinationem, i. eius humilitatē qua
*Humili-* in uterum uirginis deſcendit. Notandum ꝙ tunc Chri-
*tas Chri-* ſtus magis inferius ſe inclinauit qui inclinare potuit, ſi
*ſti.* ſignanter dicitur, inclinans ſe deorſum. Natura quidem
diuina



diuina ſuper omnia eſt, infra autem diuinam, angelicas
infra angelicam, natura humana, infra naturam huma-
nam eſt pœna, infra pœnam eſt culpa, ſiue peccatum, in-
fra uerò peccatum eſt nihil, quia omnibus rebus infimis
peccatum infimum locum tenet. Inquātum igitur Chri
ſtus in uterum uirginis ſe inclinauit, & naturam paſſibi-
lem aſſumpſit, inclinauit intantum naturam diuinam,
quòd infra ſeipſum exinaniuit. Qui cum in forma Dei *Pſ.* 2.
eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo,
ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. In-
clinauit ſe infra naturam angelicam, quia paulo minus
ab angelis minoratus eſt. Minuiſti eum paulo minus ab *Pſ.* 8.
angelis &c. Inclinauit ſe infra naturam humanam, quia
opprobrium hominum factus. Ego ſum uermis & non *Pſ.* 21.
homo, opprobrium hominum & abie. plebis. Non eſt ei
ſpecies neque decor, & uidimus eum, & non erat aſpe- *Eſa.* 53.
ctus ei. Inclinauit ſe tandem uſque ad pœnam; quia
propter nos uulneratus eſt. Vulneratus eſt propter ini- *Eſa.* 53.
qui. noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Vſque ad
culpam ſiue peccatum ſe non inclinauit, quia Deus erat
in quem peccatum cadere non poterat. Debuit etiam
eſſe ſine peccato qui omnia uenerat auferre peccata. Se- *Secundo.*
cundo oſtenditur de matre quantę fuerit excellentiæ & *Mariæ*
dignitatis, in eo quod ſcripta fuit. Tota enim trinitas *excellen-*
in ea ſcripſit, nam pater in ea ſcripſit ſuam potentiam, fi *tia.*
lius ſuam ſapientiam, ſpiritus ſanctus ſuam bonitatem
& miſericordiam, & ſic pater fecit eam potentem ad ad-
iuuandum, filius fecit eam ſapientem ad aduocandum,
ſpiritus ſanctus fecit eam clementem ad miſerandum.
Primo pater fecit eam potentem ad adiuuādum. In Hie *Eccl.* 24.
ruſalem poteſtas mea. Eſt enim tam potens effecta quod *Maria po*
poteſt nos adiuuare in uita, in morte, & poſt mortem. *teſt nos*
Si enim quis haberet amicum qui poſſet eum iuuare in *ſemp ad-*
uita eſſet bonus, ſi haberet aliū qui poſſet iuuare in mor *iuuare.*
te eſſet melior, ſi uerò haberet alium qui poſſet iuuare
poſt mortem, iſte eſſet optimus. Beata igitur Virgo in
iſto triplici ſtatu adiuuare nos poteſt. Vnde cantat eccle

Universidad de Deusto Biblioteca



ſia. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab
hoſtæ proteg. & hora mortis ſuſc. Primo quidē adiuuat
in uita. In præſenti etenim uita quidam ſunt iuſti, & qui-
dam peccatores, iuſtos adiuuat, quia cōſeruat in eis Dei
gratiam, ideò dicitur mater gratiæ. Peccatores adiuuat,
quia impetrat eis diuinam miſericordiam, ideò ſubdi-
tur, mater miſericordiæ. Secundo adiuuat in morte,
quia tunc a diabolo nos defendit, diabolus enim eſt
tantæ audatiæ, quod non tantum ad peccatores ſed etiā
ad uiros ſanctos qui moriuntur, uenit, uolens ſcire ſi ali
quid ius in eis habeat, ſicut uenit ad mortem ſancti Mar
tini. Sed beata uirgo quando moriuntur aliqui ſui deuo
ti ad eos uenit, & a dæmonibus eos protegit & defendit.
Ideò dicitur, tu nos ab hoſte protege. Tertio adiuuat e-
tiam poſt mortem, quando enim aliqui ſancti uiri mo-
riuntur, tunc angeli ueniunt, & animas eorum deducunt
in cælum, ſed quando moriuntur aliqui deuoti beatæ
Mariæ Virginis, ipſa ad eos uenit & eorum animas ſu-
ſcipit, & in cœlum deducit, ideò ſubditur, & hora mor-
tis ſuſcipe. Secundo filius eam facit ſapientem ad aduo
*Maria ſa-* candum. unde ſignificata eſt per illam mulierem ſapien-
*piens eſt* tisſimam de qua dicitur. Miſit Ioab thecnam, & tulit in
*ad aduo-* de mulierem ſapientem, quæ pro Abſalone apud Dauid
*candum.* aduocauit, allegans generalem infirmitatem, dicens o-
*2. Re. 14.* mnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur ſuper terram,
quæ non reuertuntur. Vbi beata Virgo allegat primo
humanæ miſeriæ generalitatem, quia omnes moriūtur.
Secundo continuitatem, quia quaſi aquæ dilabuntur.
Tertio irreuocabilitatem, quia non reuertuntur, homo
enim eſt ſpiritus uadens & non rediens. Habet enim iſta
*Aduoca-* aduocata omnia illa bona, quæ in bono aduocato requi
*tus bonus* runtur, Bonus enim aduocatus tria debet habere, bonā
*tria debet* diligentiam ut ſit ualde ſollicitus in promouendo cau-
*habere.* ſam ſuam, quia ſi negligens eſſet citò ſuccumberet, ſed ſi
eſſet ſollicitus & parum eſſet iuris peritus, non eſſet bo
nus aduocatus, ideò oportet ut præter diligentiā habeat
etiam magnam ſapientiam. Sed ſi ſollicitus eſſet & peri-
tus,



tus, & regi an quem aduocaret, & toti familiæ ſuæ eſſet
odioſus, non eſſet idoneus aduocatus. Et ideò oportet q
coram rege, & familia ſua habeat grām. Ille igitur opti
mus eſt aduocatus, qui hēt magnam diligentiam, magnā
ſapientiam, & magnam gratiam. Iſta tria hēt nr̄a aduo-
cata. ſicut Dauid in ſpiritu ſancto præuidens dixit. Aſti-
tit regina a dextris tuis. Ecce quāta diligentia. Nō. n. ad
haram recedit, ſed a dextris filii ſemper aſtitit, & pro-
peccatoribus intercedit: In ueſtitu deaurato. Ecce quan-
ta ſapientia. Per aurum. n. in ſacra ſcriptura diuina ſa-
pientia ſignificatur. Alii. n. ſancti habuerunt aurum, i. ſa
pientiam diuinam, ſed nullus ueſtitus fuit auro, ut Virgo
Beata. Ideò dicitur, in ueſti. deau. Tūc. n. diuina ſapientia
ipſam ueſtiuit, qn̄ nouem mēſib. in utero eius habitauit.
hinc etiam colligendum eſt quanta ſapientia cor eius re
ſplenduit qn̄ diuina ſapientia nouem menſibus in utero
eius habitauit, iſta eſt illa mulier de qua dicitur. Signū *Apo. 12.*
magnum apparuit in cœlo. mulier amicta ſole. Tunc. n.
amicta ſole fuit, qn̄ ſol iuſtitiæ in ea deſcēdit. Circuma
micta uarietate. Ecce quanta grā coram rege & ſua fa-
milia. Intantum eſt enim toti cœleſti curiæ gratioſa,
quod omnes eam circundant, nā in cœlo quot ſunt or-
dines tot ſunt uarietates, iſtæ uarietates tanquam domi
cellæ eam circundant, & tanq̄ dn̄am, & reginam eā ſem-
per aſſociant, ideò cantat Eccleſia, ſicut dies uerni cir-
cundabāt eam flores roſarum, i. oēs ſocietates martyrū,
& lilia conualli. oēs ſocietates angelorū, confeſſorum. &
uirginum. Tertio ſpūs ſanctus fecit eam clementē ad mi *Sanctorū*
ſerandū. Sunt. n. quidā ſancti in cœlo, qui qn̄ rogantur, *differen-*
ſequuntur informationē ſuæ conſcientiæ. & ideo qn̄que *tia in cœ-*
Deum rogare nolunt, quia hn̄t cōſcientiam, q illi non *lo.*
ſunt digni exaudiri. Alii ſcti ſunt qui qn̄ rogātur ſequūt
rectitudinē diuinæ iuſtitiæ. Et ideò ſi rogant, & ſciunt q
diuinæ iuſtitię hoc non cōpetit, rogare non audēt. Beata
autem uirgo nō reſpicit ad conſcientiā, nec ad iuſtitiam
ſed ad miſericordiam. ac ſi dicat, teneant ſe ad con-
ſcientias qui uolunt, reſpiciant ad Dei iuſtitiam. Ego

Universidad de Deusto Biblioteca



*Ecc. 24.* me ſemper tenebo ad miſericordiam. Propter iſtam mi
ſericordiam tam excellentem ipſa dicit de ſeipſa Quaſi
*Miſeri-* oliua ſpecioſa in campis. Ex quo habetur, ꝙ ipſa habet
*cordia* miſericordiam excedentem, congruentem, & patentem
*Mariæ.* Excedentem quidem, per hoc quod dicit, oliua. Sicut
enim oleum omnibus liquoribus eminet, ſic miſericor-
dia eius, omnibus ſanctorum miſericordiis præeminet,
*Ecc. 18.* & illa excellit. unde illud quod dicitur, de domino, po-
teſt dici etiam de domina. Miſeratio hominis circa pro-
ximum ſuum. Miſericordia autem domini ſuper omnem
carnem. Habet etiam miſericordiam congruentem. ideò
dicitur, Specioſa. Tunc enim dicitur ſpecioſa, quando in
tempore neceſſitatis & tribulationis impéditur. Iuxta il
*Ec. 35.* lud. Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulatio-
nis. Iſtam miſericordiam congruentem in tempore tri-
bulationis, beata uirgo impédit & ſubuenit. Ideò uoca
tur luna, & lucet in nocte, quia ipſa impendit lucem con
ſolationis in tribulatione. Habet etiam miſericordiam
patentem, ideò dicitur oliua in campis non in ortis. Ad
oliuas quidem hortorum, non omnes poſſunt accedere,
ad oliuas auté camporum, omnes poſſunt ire. Quidam
ſancti uident eſſe oliuæ horti cœli, quia miſericordias
ſuas nobis clauſas tenent, quia digni non ſumus. Beata
autem uirgo, eſt ſicut oliua in campis, quia eius miſeri-
cordia eſt communis. Vnde dicit Bernar. De plenitudi-
ne eius capiunt uniuerſi. ægri curationem, triſtes conſo
lationem, peccatores ueniam, iuſti gratiam, Angeli læti-
tiã, filius hominis humanæ carnis ſubſtãtiã, tota trinitas
gloriam, ita ut non ſit, qui ſe abſcondat a calore eius.
Tertio fuit Maria multæ conſtantię & firmitatis, quod
*Ec. 5.* oſtenditur in hoc quod terra uocatur. Generatio præ-
terit & generationis aduenit, terra autem in ęternũ ſtat
Nam in paſſione Chriſti generatio Apoſtolorum præte
*Maria* teriit, quia fidẽ amiſit Sed in reſurrectione aduenit, qa
*nũquã à* tunc eam recuperauit. Sed terra, id eſt beata uirgo cade
*fide ceci-* re non potuit. Ceciderunt quidem Apoſtoli in paſſione
*dit.* Chriſti, fide, a gratia, a ſocietate. Chriſti, quia ipſum ſo-
lum



lum reliquerunt. Sed beata uirgo a fide cadere non po-
tuit, quia in altitudine ſapientiæ diuinæ erat fundata.
Fundamenta eius in montibus ſanctis. Ideò ſignificatur *Pſ. 86.*
per ſtellam maris, quæ cæteris ſtellis occidentibus, illa
non occidit, ſic beata uirgo cæteris Apoſtolis cadẽtibus ipſa
cadere non potuit. Secundo cadere non potuit a gratia,
quia ſeptem columnis, ideſt ſepté donis ſpiritus ſancti,
fuerat ſtabilita. Sapientia ædificauit ſibi domum, exci- *Pro. 9.*
dit columnas ſeptem. Tertio non potuit cadere a ſocie
tate Chriſti. quia cruci eius fuit ſemper cõiuncta. Stabat *Io. 19.*
iuxta crucem Ieſu mater eius. Et quia ſic firma fuit, ita
ꝙ nec a fide, nec a gratia nec a ſocietate Chriſti cadere
potuit, ideò ipſa dicit. Ab initio & ante ſecula creata ſũ, *Ec. 24.*
& uſque ad futurum ſeculum &c.

*Dominica quarta quadrageſimæ. Sermo primus. In quo Chri-
ſti magna clementia potentia, & prouidentia, diſcipulo-
rum tres differentiæ, turbarumq; humilis ſeſſio,
plena refectio. & deuota laudatio, inſinuatur.*

ABiit Ieſus trãs mare Galileæ, quod eſt tyberia- *Io. 6.*
dis. In præſenti euangelio fit mentio de tribus
generibus perſonarum, ſcilicet de Chriſto, de di
ſcipulis, & turbis. In Chriſto fuerunt tria, ſcilicet magna *In Chri-*
clementia, magna potentia, & magna prouidentia. Cle- *ſto tria*
mentia eius fuit in duobus. Primo in hoc quod dicitur, *fuerunt.*
ꝙ oculos ſubleuauit & turbam uidit. Beda. ꝙ ſubleuaſſe
oculos Ieſus, & uenientem ad ſe multitudiné uidiſſe
perhibetur, diuinæ pietatis inditiũ eſt, quia uidelicet cũ
ſtis ad ſe uenire quærentibus, gratia miſericordiæ cœle
ſtis occurrere conſueuit. Notandum autem, quòd duos *Deus*
Deus oculos habet, ſcilicet oculum ſapientiæ. Omnia ui *duos ocu*
det oculus eius: Et oculum miſericordiæ. Gratia Dei *los hẽt.*
& miſericordia eius in ſanctos eius, & reſpectus in ele- *Eccl. 13.*
ctos illius. Iſtos duos oculos olim Deus clauſos tene- *Sap. 4.*
bat. Et oculum ſapientiæ, quia nulli uiam eundi ad pa
triã oſtendebat. Et oculum miſericordiæ, quia nullum

 ſibi

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iob. 3.* ſibi reconciliare uolebat. Sto & non reſpicis me, ſcili-
cet oculo ſapientiæ, mutatus es mihi in crudelem, quia
nõ uides me oculo miſericordiæ. Tandem aperuit Deus
oculum ſapientiæ, quando Iudęorum populo, legem de
dit. Oculum autem miſericordiæ clauſum tenebat, quia
nullũ ad ſe recipiebat. Modo autem oculos ambos ape-
ruit. Et oculum ſapientiæ, per quem nobis uiam oſtẽdit.
Et oculum miſericordiæ, per quem nos ad ſuam gloriã
recipit, ideò dicitur. Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus. Secũ
do eius clemẽtia fuit in hoc, ꝙ de his, quæ facturus erat
tam familiariter cum ſuis diſcipulis conferebat. Vnde di
xit ad Philippum. Vnde eme. pa. ut man. hii &c. Chriſtus
namque inter diſcipulos, modo exhibebat ſe ſuperiorẽ
*Io. 13.* dicens. Vos uocatis me domine & magiſter, & bene di-
*Luc. 22.* citis &c. Modo inferiorem. Ego autem in medio ueſtrũ
*Io. 14.* ſum, ſicut qui miniſtrat. Modo æqualem. Iam non dicam
uos ſer. ſed ami. In hoc datur exẽplũ prælati, ꝙ inter
ſuos ſubditos, aliquando debent ſe oſtendere tamquam
*Tit. 2.* ſuperiores, & hoc in officio correctionis. Argue cum om
ni imperio. Aliquando tanquam inferiores, & in hoc in
*1. The. 2.* humili ſui reputatione. Facti ſumus paruuli in medio ue
ſtrum ac. Aliquando tanquam æquales, & hoc in amabi
*Eccl. 22.* li conuerſatione. Rectorem te poſuerunt, noli extolli,
ſed eſto ĩ illis quaſi unus ex illis. In Chriſto fuit magna
potentia, quæ oſtenditur in duobus. Primo in hoc, quòd
quinque panes ſic multiplicauit, quòd quinque milia ho
minũ inde ſatiauit, exceptis mulieribus & paruulis. Si-
*Mat. 14.* cut dicitur. Et nihilominus duodecim cophini ſuperfue
runt. Hoc enim fuit potentiæ infinitæ. Multiplicabantur
autem inter manus Chriſti ipſi panes, dum eos frangeret
Inter manus diſcipulorum, dum eos diſtribuerent, & in-
ter dẽtes edentium, dum eos ederent. Illud autem mira
culum quotidie fit, & tamẽ nemo miratur. Auguſ. Maius
miraculum eſt gubernatio totius mũdi, q̃ ſaturatio quin
que milium hominum de quinque panibus, & tamen hoc
nemo miratur. Iſtud mirantur homines, non quia maius
eſt, ſed qa rarũ eſt. Vnde enim multiplicat de paucis gra
nis



nis ſegetes, inde multiplicauit in manibus ſuis quinq; pa
nes. Poteſtas in Chriſti manibus erat. Panes autem illi
quinque ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed
ab eo, qui terrã fecit multiplicata. Ideò notandũ, ꝙ ſunt
quædam miracula, quæ habent tantum utilitatẽ, ſed nul
lã admirationẽ, quia ex uſu uiluerunt, ſicut eſt mũdũ gu
bernare, ſegetes de terra producere, homines de mulie
re facere, & huiuſmodi. Quædam ſunt quæ habẽt ammi-
rationem, ſed nullam utilitatem, ſicut ſunt miracula ma
gorum & antichriſti, ſicut eſt per aerẽ uolare, ſtatuas fa
cere loqui, & huiuſdmodi. Quędam ſunt, quæ habent am
mirationem, & aliquam temporalẽ utilitatem, ſed nullã
neceſſitatẽ, ſicut ſunt miracula malorũ Chriſtianorũ, q
dicunt. Domine domine nonnè in nomine tuo propheta
uimus? Nõ enim faciunt illa, ut infideles conuertantur,
uel fideles in fide cõfirmentur, ſed ut ipſi reputentur. Mi
racula autem, quæ fecit Chriſtus & alii ſancti, habẽt am
mirationem, quia fiunt præter ordinẽ curſumq; naturæ.
Et habent utilitatẽ, quia fiunt propter cõſolationẽ indi-
gentiũ. Et habẽt neceſſitatẽ, quia fiũt qñ imminet neceſſi
tas fidei uel aliqđ periculũ. Tale fuit miraculũ Xp̃i. Ha-
buit. n. ammirationẽ. Vnde dr̃, ꝙ illi hoĩes cum uidiſſent
ꝙ fecerat ſignũ, dicebant, Hic eſt uere propheta, q uẽtu
rus eſt in mũdũ. Habuit utilitatẽ, qa quinq; milia hoĩum
ſaturauit. Habuit neceſſitatẽ, quia cũ illi infideles eſſent,
ex hoc multos ad fidẽ cõuertit. Secundo oſtẽdit potentiã
ſuam in hoc quòd panes aſperos, id eſt ordeaceos, in pa
nes dulces & ſuaues conuertit. Credendum eſt enim, ꝙ
nunquam fuerunt panes & piſces dulcioris ſaporis, Et ra
tio poteſt eſſe. Quoniam aliquid fieri poteſt, aut per natu *Quo mo*
ram, aut per artem, aut per miraculum. Id autem quo fit *dis aliqđ*
per naturam, melius eſt in eodẽ genere, & in eadem ſpe *fieri poſ-*
cie, q̃ illud quod fit ꝑ artificiũ. Illud uero quod fit ꝑ mi- *ſit.*
raculũ, melius eſt, q̃ illud quod fit per naturam uel ꝑ ar
tẽ. Verbi gratia. Aurum alchimicum, quod fit per artifi-
ciũ hominis, uidetur eſſe præcioſum, ſed aurũ naturaliter
radiis ſolaribus in terrę uiſceribus generatũ, eſt p̃cioſius.
Si

Universidad de Deusto Biblioteca



Si uerò aliquis ſanctus miraculoſe aliquam materiam i aurum conuerteret, ſicut fecit Ioannes Euangeliſta, illud aurum eſſet præcioſſimum. Cum igitur iſti panes fuerunt miraculoſe multiplicati, manifeſtum eſt, quòd fuerunt dulcioris ſaporis quàm aliqui alii panes, quia iſti panes partim fuerunt opus naturæ, inquantum grana naturaliter ſunt producta. Et fuerunt opus artis inquantum grana fuerunt contrita, & farina fermentata, & panes modo aliorum decocti. Fuerunt etiam opus gratiæ inquantum miraculoſe fuerunt multiplicati. Tertio in Chriſto fuit magua prouidentia, in eo, quòd præcepit quòd fragmenta & reliquias colligerẽt, ut denuo pauperibus darent. Notandum tamen, quòd ſunt quædam reliquiæ diſpergendæ, ſicut ſunt reliquiæ peccatorũ, id eſt mala cogitatio, & delectatio, quæ remanet aliquando poſt peccatum. Perdã Babylonis nomen, & reliquias, & germen & progeniem. Nomina Babylonica ſunt uerba laſciua. Germina ſunt mala opera. Reliquiæ ſunt cogitationes malæ. Iſta omnia ſunt diſpergenda. Aliæ ſunt reliquiæ colligendæ & cõſeruandæ ſicut ſunt reliquiæ bonarum cogitationum. pſal. Reliquiæ cogitationis diẽ feſtum agent tibi. Reliquiæ cogitationum, id eſt ipſæ cogitationes bonæ quæ relinquuntur poſt opus bonum Deo faciunt feſtum magnum. Vel reliquiæ cogitationũ ſunt ſomnia ſanctorum uirorum, quæ cauſantur ex cogitationibus præcedentibus. Et illę reliquiæ faciunt Deo magnum feſtum. Quia ſicut dicit Gregor. Somnia ſanctorum non uacant a merito. Tertiæ reliquiæ ſunt, quæ ſunt erogandæ, ſicut ſunt reliquiæ ciborum, quæ ſunt pauperibus erogandæ, Sed tamen de multis dicitur illud pſalmus Saturati ſunt filiis, id eſt cum filiis ſuis. Et tamẽ reliquias non dederunt, ſed dimiſerunt ea paruulis ſuis. Secundo fit mentio de diſcipulis. Inter quos fuerunt tres differentiæ. Quorum quidam erant in fide adhuc tardi, ſicut Philipus, qui reſpondit Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiũt eis. Alii adhuc erãt in fide imperfecti, ſicut Andreas, q dixit. Eſt unus puer hic &c. Alii erant

*Reliquiæ multiplices.*

*Eſa. 14.*

*Diſcipulorum tres differentiæ.*

deuoti



deuoti & ſeduli, ſicut alii diſcipuli, qui panes à Chriſto receptos ſollicitè diſtribuebant. Non eſt ergo mirandum, ſi in aliqua religione aliqui inueniũtur tardi, ſicut ſunt incipientes. Aliqui nondum perfecti, ſicut ſunt proficientes. Aliqui deuoti, ſicut ſunt perfectionem appræhendentes. Tertio fit mentio de turbis in quibus tria fuerunt. Vnum eſt humilis ſeſſio. Vnde dicitur. Diſcubuerunt ergo uiri &c. Per ſeſſionem igitur corporis, intelligitur quies mentis. Qui igitur vult a Deo ſpiritualiter paſci, oportet quòd ſedeat, id eſt a curis ſuperfluis & anxietatibus, & perturbationibus conquieſcat. Hinc eſt quòd filii Iſrael, non potuerunt paſci manna cęleſti quandiu fuerũt in Egypto, & quandiu farinam ſecũ tulerunt, & quandiu non tranſierunt mare Egypti. Qui ergo vult paſci manna cęleſti, exeat de Egypto, id eſt de tenebroſitate peccati, abiiciat farinam Egypti, id eſt occaſiones peccati, tranſeat mare, id eſt turbationes & fluctuationes mundi. Secũdo in turbis fuit plena refectio, quo notatur cum dicitur. Cum autẽ impleti eſſent &c. & ſignat cœleſtem refectionem in qua ſancti plenè ſatiãtur. In inferno quidem eſt fames omnimoda & tanta, ꝙ præ nimia fame tantum pellis in eis remanebit. Adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit & facta eſt quaſi lignum, tanta quòd fames intra coſtas eorum concluſa erit. Inedia inuadat coſtas eorum, tanta quòd linguas proprias manducabunt. Commanducauerunt linguas ſuas. tanta ꝙ brachia ſua deuorabunt. Vnuſquiſque brachia ſua uorabit. In cœlo erit ſatietas plena. Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. ſed in mundo eſt ſatietas ſemiplena. Pſal. Calix in manu domini uini meri. ecce ſatietas cœli, plenus mixto. Ecce ſatietas mundi. Veruntamen fex eius non eſt exinanita &c. ecce miſeria & fames inferni. Tertio in turbis fuit deuota laudatio cum dicitur, illi ergo homines cum uidiſſent ſignum quod fecerat Deus, dicebant, quia hic eſt uerè propheta &c.

*Tertio.*

*Inferni fames.*

*Thren. 4.*

*Iob. 18.*

*Apoc. 1.*

*Eſa. 56.*

Quando igitur comedimus prius debet præcedere benedictio, cum dicitur. Accepit ergo Ieſus panem &c. Et

cum

Universidad de Deusto Biblioteca



Thi. 4. cum gratias egiſſet &c. Omnis creatura Dei bona eſt &
nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipi
tur, ſanctificatur enim per uerbum Dei & oratione͂. De-
inde debet communicari lectio. Aug. Cum acceditis ad
menſam donec inde ſurgatis, quod uobis ſecu͂dum con
ſuetudinem legitur, ſine tumultu, & conte͂tione audite.
1. Co. 10 Vltimo debet ſubſequi gratiarum actio. Sine manduca-
tis ſiue bibitis uel aliquid aliud facitis, omnia in gloria͂
Dei facite.

*Eadem dominica quarta quadrageſima, ſermo ſecundus.*
*De duplici nomine huius dominicæ, & quid*
*per unumquodque denotetur.*

ACcepit ergo Ieſus panes, & cu͂ gratias egiſſet,
diſtribuit diſcumbentibus. Iſtud Euangelium
bis in anno recitatur in eccleſia. ſ. ultima domi
nica ante aduentum, & hoc eſt propter finem Euangelii
ubi dicitur. Hic eſt uerè propheta, qui ue͂turus eſt in mu͂
dum: Et in quarta dominica quadrageſimæ, & hoc pro-
pter principiu͂ Eua͂gelii, ubi dicitur. Erat au͂t proximu͂ pa
ſcha dies feſtus Iudæoru͂. Vocat͂ au͂t iſta dn͂ica duplici-
*Domi. 4.* ter. ſ. dn͂ica de roſa, & dn͂ica d͂ panibus. Cauſa au͂t primę
*quadrag.* appellationis eſt, quia in hac die ſummus Pontifex p ur
*duo no͂ia* be͂ portat roſam aurea͂, & muſco & balſamo intus plena͂,
*habet &* quam poſtmodum dat præfecto urbis. Quare autem iſta
*quare.* roſa portat͂, ratio triplex aſſignari poteſt. Vna literalis,
alia ſpiritualis, & tertia moralis. Ratio autem literalis
(prout dicit Innocentius in ſermone quodam) quoniam
corruptibile corpus noſtrum ex nimio labore & fatiga-
tione deficeret, niſi ipſum ad recreationis remedium re
leuaret. Vnde dicitur, Interpone tuis interdum gau-
dia curis. Nam quod caret alterna requie, durabile
non eſt. Vnde & ſanctus Antonius poſt longum labo-
rem, ſolitus erat ducere aliquam recreationem, & cum
hoc cuidam ſagittario diſplicuiſſe, docuit eum ſanctus
Antonius, per arcus nimiam extenſionem, quod opor-
tet



tet interdum laxare vigorem. Eccleſia igitur populum
ieiuniis fatigatum, triplici remedio nititur hodie releua-
re. Primo uerbo lætificante, omnia enim quæ ſunt in
hodierna miſſa, tam in introitu, quàm in epiſtola, quàm
in toto officio, ſunt gaudioſa, & ideo eos qui in pœni-
tentia laborant, fortificat, quia delectatio fortificat ope
rationem, vt dicitur in ethicis. Secundo cibo confortan-
te, ſicut patet in Euangelio. Iſtud enim miraculum de
quinque panibus ſicut tunc refecit corporaliter, ſic nos
debet reficere ſpiritualiter. Tertio quodam ſolatio re-
creante, ſcilicet roſæ deportatione, unde dicit ibidem
Innocen. Ne populus propter aſperitatem quadrageſi-
malis obſeruantiæ, continuo labore deficeret, in hac me
dia dominica, roſæ ſolatium interponitur, ut anxietas
temperata, melius ſufferatur.

Secunda ratio eſt ſpiritualis. Per roſam enim illam *Chriſtus*
tam naturalem quàm artificialem Chriſtus ſignatur. In *per roſā*
illa enim roſa artificiali tria ſunt ſcilicet. Aurum, mu- *ſignifica-*
ſcum, & balſamum. Similiter in Chriſto ſunt tres ſub- *tur &*
ſtantiæ. ſ. Caro quæ ſignatur per aurum, quod corrumpi *quare.*
non poteſt. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptio- *Pſ. 15.*
nem. Anima quæ plena fuit muſco. i. odore omnium uir-
tutum & gratiarum. Trahe me poſt te, curremus in odo- *Can. 1.*
rem unguentorum tuorum. Et diuinitas, quæ ſignatur
per Balſamum. Quaſi balſamu͂ non mixtum odor meus. *Eccl. 24.*
Diuinitas enim fuit carni unita, ſed non admixta. Qui
igitur uult laborem pęnite͂tiæ ferre, debet ha͂c roſam in
corde portare. Signatur etiam Chriſtus per roſam natu
ralem, quæ præ cæteris floribus magis delectat uiſum
ſuo colore, magis recreat olfatum ſuo odore, magis co͂
fortat guſtum ſuo ſapore, ſic etiam Chriſtus eſt delecta
bilis ad intuendum. In quem deſiderant angeli proſpi- *1. Pet. 1.*
cere, eſt ſuauis ad odorandum. Trahe me poſt te, cur- *Can. 1.*
remus in odorem unguentorum tuorum. Eſt dulcis ad
prægustandum. Si tamen guſtaſſes, quam dulcis eſt dn͂s. *2. Pet. 2.*
Non debet igitur fatigare fideles labor pęnitentiæ co͂ſi-
derando ha͂c roſam, in qua recepturi ſunt tantæ charita
tis

Universidad de Deusto Biblioteca



tis viſionem, tantæ ſuauitatis odorem, & tantæ ſatieta-
tis refectionem. Tertia ratio eſt moralis. per roſam e-
nim ſignatur, quòd per pœnitentiam ſpinæ uitiorum no
ſtrorum, conuertuntur in roſas uirtutum. Vnde dicit Am
broſi. in ſermone, quòd per abſtinentiam ſpinæ conuer-
tuntur in roſas uirtutum, producit enim (inquit) per ieiu
nium libido continentiam, ſuperbia humilitatem, ebrie-
tas ſobrietatem. Nec eſt intelligendum quòd vitia per
ſe producant uirtutes, cum contraria ſint, ſed quòd per
ieiunium fit, quòd qui prius erat libidinoſus, effici-
tur caſtus, qui prius erat ſuperbus, efficitur humilis &
Eſa. 55. manſuetus, qui prius ebrioſus, efficitur ſobrius. Pro
ſaliunca abies aſcendet. & pro urtica creſcet mirtus, Sa
liunca eſt herba ſpinoſa, dicta a ſaliendo, eo quòd ſe cõ-
culcantes ſalire facit. Abies dicitur ab eundo, eo quòd
præ cæteris arboribus, longe eat, & in excelſum præ-
mineat. Per ſaliuncam igitur intelligitur amor mundi,
Matt. 7. qui eſt ſpinoſus. iuxta illud. Nunquid colligunt de ſpi-
Naũ. 4. nis uuas &c. Eius conſideratio facit homines reſilire ab
eius amore. Omnis qui uiderit te reſiliet a te. Per abie-
tem intelligitur amor Dei qui facit animam aſcendere
uſque ad cœlum. Vrtica facit pruriginẽ, mirtus uerò
habet frigiditatem. Eſt ergo ſenſus, quòd per pęniten-
tiam amor mundi uertitur in amorem Dei, & prurigo
concupiſcentiæ carnalis uertitur in refrigerium conti-
Eſa. 35. nentiæ. In cubilibus in quibus prius dracones habita-
bant orietur uiror calami & iunci, quia in cordibus pec
catorum, in quibus habitant dracones, qui dæmones
dicuntur per pœnitentiam uitiorum, oritur per pœniten
*Secundo.* tiam uiror uirtutum. Secundo hæc dominica uocatur
*Fideles* de panibus, ex eo quòd Chriſtus quinque milia homi-
*quotidie* num de quinque panibus ſaturauit. Sicut autem tunc
*quinque* ſatiauit de quinque panibus corporaliter, ſic quotidie
*panibus* reficit fideles de quinque panibus ſpiritualiter. Primus
*à Chriſto* eſt panis pœnitentialis, & iſte conficitur de tribus fari-
*reficiun-* nis, quarum una eſt tota amara, alia tota eſt dulcis, ter-
*tur.* tia eſt & amara & dulcis. Verus enim pęnitẽs debet ha-
bere



bere timorem & ſpem. Timorem quidem debet habere
de conſideratione pœnæ æternæ, & iſta eſt farina amara.
Panem tuum in conturbatione comede. Multum enim *Eze. 12.*
pœnitens debet timere, & conturbari, quando cõſiderat
horribiles pęnas inferni. Quando recordatus fuero con
cutit carnem meam tremor. Secundo pœnitens debet *Iob. 21.*
habere amorem de cõſideratione cęleſtis gloriæ, & iſta
farina eſt tota dulcis. Nihil enim dulcius, quàm Dei glo
riam mente conſpicere, & ipſam deſiderare. Pſal. Quàm
magna multitudo dulcedinis tuæ domine. De illo pa-
ne dicitur. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. *Luc. 9.*
Tertio pęnitẽs debet habere ſpem de cõſideratione pec
catorum & ueniæ, & iſta farina eſt dulcis, & amara, ama
ra, quando conſiderat peccatorum multitudinem. Re- *Eſa. 38.*
cogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine ani-
mæ meę. Dulcis uerò quando habet ſpem de venia ob-
tinenda. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ. *Prou. 14*
Ecce quanta amaritudo pro culpa, in gaudio eius non
miſcebitur extraneus, ecce gaudium pro uenia. Secun-
dus panis eſt ſacramentalis, quẽ in fœſto paſchæ rece-
pturi ſumus, & iſte panis formatus fuit in arca uteri uir
ginalis, de farina æterna, id eſt ſempiterna, de farina an
tiqua, id eſt de carne ab Adam traducta, & de farina no
ua, id eſt de anima de nouo creata. Iſte panis ſic forma-
tus, triplici igne fuit excoctus, ſcilicet igne amoris, de
quo igne dicitur. Ignem ueni mittere in terram. Iſto *Luc. 12.*
igne amoris fuit inflammatus, quia propter amorem no-
ſtrum fuit paſſus. Maiorem hac dilectionem nemo ha- *Io. 15.*
bet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Igne
doloris. O vos omnes qui tranſitis per uiam, attendite *Thre. 1.*
& uidete, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Igne paſ-
ſionis. Pſal. Igne me examinaſti &c. Item idem. Oſſa
mea ſicut cremium aruerunt. Iſte panis ſic formatus & *Chriſti*
ſic decoctus, in quinque partibus vulnerum fuit inciſus. *quinque*
Primum uulnus ut patrem reconciliaret. Secundum ut *uulnera*
cœleſtem ianuam aperiret. Tertium ut ruinam angeli *quid ſigni*
cam repararet. Quartum ut ſanctos de limbo educeret. *ficent.*
Quin-

Universidad de Deusto Biblioteca



Quintum vt dæmones ſubiugaret. Tertius panis eſt ma
terialis, quem quotidie petimus in oratione dicentes. Pa
nem noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Iſtum pa-
nem pauperibus debemus communicare, ſi uolumus q
ieiunia noſtra, Deo ſint accepta & grata. Vnde poſtquã
*Eſa. 58.* dixit dominus. Nonnè hoc eſt ieiunium quod elegi. Et
*Eleemoſi* ſubdit. Frange eſurienti panem tuum &c. Dicit enim Pe
*na cũ ieiu* trus Rauen. quòd eleemoſina conuenit ieiunio, ſicut o-
*nio eſt illi* leum lucernæ, ſicut ſol diei, & ſicut anima corpori. Sicut
*genda.* enim lucerna extinguitur, cum oleum deficit, ſic ieiunii
meritum perditur, cum eleemoſyna ſubtrahitur. Grego.
Talia ſunt ſine charitate ieiunia, qualis eſt ſine oleo lu-
cerna, fumigare quidem & fœtere poteſt, lucere non po
teſt, eſt etiam ſicut ſol diei, ſicut enim ſol nubes expellit
& glaciem ſoluit, ſic eleemoſyna peccatũ extinguit Elee
*Eccl. 3.* moſyna enim patris non erit in obliuione, & ſicut in ſe-
reno glacies diſſoluitur, ſic in eleemoſyna peccata tua
ſoluuntur. Eſt etiã eleemoſyna iuncto ieiunio, ſicut ani-
ma corpori. Sicut.n. anima corpus uiuificat, ſic eleemo-
ſyna ieiunium gratificat. Et ſicut corpus moritur, quãdo
anima recedit, ſic ieiunii meritum perditur, cũ eleemoſy
na deficit. Quartus panis eſt infernalis, qui conficitur ex
*Pro. 4.* peccatis. Comedunt panem impietatis, & uinum iniqui-
tatis bibunt. Nihil enim prodeſt a cibo abſtinere, & pane
materiali, niſi abſtineatur ab iſto pane peccati. Vnde dici
*Eſa. 58.* tur. Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi. Diſſolue colli-
gationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Qui-
*Peccandi* dam habent impietates colligatas, quia ex mala cogita-
*ordo.* tione cadunt in delectationem, & de delectatione in cõ
ſenſum, & de conſenſu in opus, & de opere in conſuetu
dinem, & de conſuetudine in neceſſitatem peccandi. Ha-
bẽt etiã faſciculos peccatorum deprimentes, quia cũ de-
berent de iſto faſciculo diminuere, ſemper uolunt pecca
*Anſelmi* ta peccatis addere. Sicut legitur in uitis patrum q ſan-
*uiſio: qui* ctus Anſelmus oſtendente ſibi angelo, vidit tres uiros.
*duæ ſigni* Vnus in nemore faciebat faſcem lignorum, & ſemper
*ficat.* ligna addebat, donec ferre non poſſet.

Alius



Alius infundebat aquam in ciſternam petforatam, quæ
tota effluebat. Alius quandã trabem non in longum, ſed
tranſuerſum in quandam accleſiam ducere nolebat. Et
expoſuit angelus ſibi, quod primi ſunt qui peccata pec-
catis addunt, cum deberent minuere. Præcare coram do
mino, & minue offendicula. Secundi ſunt qui habẽt cor *Dec. 16.*
ſuum per diuerſa crimina perforatum, ita quod ſi aliqua
opera de genere bonorum faciunt, omnia perdunt. Qui
merces cõgregauit, mittit eas in ſaccum pertuſum. Ter-
tij ſunt ſuperbi, qui nolunt ire recti, ſed tranſuerſi, no- *Aggei. 1*
lunt ſe inclinare, ſed eleuare. Et ideo cum porta ſit an-
guſta, in domum cœleſtem intrare non poſſunt, anguſta *Matt. 7.*
porta, & arta uia, quæ ducit ad uitam. Quintus panis eſt
cæleſtis, quem ſancti manducabunt in menſa Chriſti. Et *Luc. 22.*
ego diſpono uobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater
meus &c. Sequitur ſuper menſam meam. Ex quibus uer-
bis habetur quod illud conuiuium habebit miniſtrantis
nobilitatem, cum dicit. Ego, non aliquis angelus, nõ Pe
trus Apoſto. non aliquis alius ſanctus, ſed ipſe Chriſtus.
Amen dico uobis q præcinget ſe & facit eos diſcumbe-
re, & tranſiens miniſtrabit illis. Habebit conuiuii ordi-
nabilitatem, cum dicit, diſpono uobis.i. in diuerſis men
ſis pono. Nam in una menſa erunt patriarchæ, in alia *Luc. 12.*
prophetæ, in alia apoſtoli, in alia martyres, in alia
confeſſores, in alia virgines. Beata autem uirgo habebit
unam menſam, per ſe, à dextris filii collocatam. In do- *Io. 14.*
mo patris mei manſiones multæ ſunt. Hebebunt plenã
ſatietatem, ideo dicit. Vt edatis & bibatis &c. Comedite
amici, bibite & inebriami chariſſimi. Habebunt menſæ *Can. 5.*
nobilitatem, quia ſedebunt in eadem menſa cum Deo.
Ideo dicit. Super menſam meam. Pſal. Filii tui ſicut no- *Nu. 34.*
uellæ oliuarum, &c. Habebunt loci amenitatem. ideo di
cit. In regno meo. Pulchra tabernacula tua Iacob, & tẽ-
toria tua Iſrael, ut ualles nemoroſæ, ut horti iuxta flu-
uios irrigui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Feria ſecunda quartæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. In quo Chriſti magnus zelus in puniendo, magna potentia in ſui reſuſcitatione, magnaque ſapientia in ſecretorum cognitione demonſtratur.*

Io. 2. INuenit Ieſus in templo uendētes oues & boues. Quā-
cunque Ieſus hieroſolymam ueniebat. ſtatim tem-
plum intrabat. Vnde dicit Chryſo. Proprium erat
boni filij, ut ueniens Hieruſalem ad domum curreret pa
tris. Tu autem imitator Chriſti factus, cum aliquam in-
greſſus fueris ciuiuitatem, primo ante omnem actum, ad
eccleſiam debes currere. Intrans autem Chriſtus in tem
plum oues & boues de porticu templi eiecit. Sacerdotes
enim auaritiæ ſuæ conſulentes, in porticibus templi o-
ues & boues, & columbas, faciebant uendi, ut uenientes
è longinquo, hoſtias inuenirent præparatas, ne forte ex
defectu hoſtiarum, recederent, & nihil offerrent. Et ne
pauperes, qui denarios non habebant ſe excuſarēt, quod
emere non poterant. Ideo nummularios ponebant ibi,
qui denarios talibus accommodarent. Non ad uſuram,
quia non licebat eis, ſed aliqua munuſcula uilia, ſicut
uuas paſſas, cicera, poma, & huiuſmodi accipiebant ab
eis. Sed quia indecens erat in templo Dei talia agere,
ideo Chriſtus zelum magnum aſſumpſit, & omnia talia
de templo eiecit. In iſto igitur euangelio tria notantur.
Primo, quia Chriſtus magnum habuit zelum, & magnā
cōſtantiam, in uitiorum punitione, quod notatur in hoc
quod oues & boues de templo eiecit. Secundo quod ha
buit potentiam magnam in ſui corporis reſuſcitatione,
quod notatur in hoc quod dicitur. Soluite templum hoc
& in triduo reædificabo illud. Tertio quod habuit ma-
gnam ſapientiam in ſecretorum cogitione, quod nota-
tur in hoc quod dicitur. Ieſus autem non credebat ſe-
metipſum eis, eo quod noſſet omnes.

Circa



Circa primum eſt notandum quod Chriſtus nunquā Primum.
fuit tam ſeuerus in puniendo ſicut hic. Et ratio eſt quia
fuit iniuria Dei patris. Iniuriam propriam Chriſtus pa-
tienter portauit, ſicut patet quando iudæi dixerūt. Dæ- Io. 8.
monium habes. In iniuriis diſcipulorum Chriſtus ſe op
poſuit, & eos excuſauit. Sicut patet quando phariſei di Mat. 15.
ſcipulos repræhenderunt, quod non lotis manibus man-
ducabant. Iniuriam autem Dei grauiter puniuit ſicut pa *Iniuria-*
tet hic. Per hoc dat nobis exemplum ut nos ſimiliter fa *rum ua-*
ciamus. Iniuria enim aliqua, aut redundat in Deum, aut *rietas &*
in proximum, aut in noſipſos. Iniuriam autem quæ re- *quid cir-*
dundat in Deum, non debemus patiēter portare, ſed gra *ca quāli-*
uiter punire. Hiero. Iniuriam meam patienter tuli, iniu- *bet agen*
riam autem Dei ferre non potui. Chryſo. In proprijs in *dum.*
iuriis eſſe quempiam patientem laudabile eſt, iniurias
uerò Dei diſſimulare nimis impium. Si autem iniuria re
dundat in proximum, debemus nos opponere. Sed de
multis dicitur. Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſui
ſtis uos iniuriis pro domo Iſrael Aliqui vero non tan- Eze. 13.
tum non opponunt ſe, ſed etiam fugiunt. Mercennarius
autem uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Ioan. 10.
Aliqui tamen non fugiunt corpore, ſed mente. De qui-
bus dicit Aug. O mercenarie lupū uidiſti, & fugiſti, For-
te dices. Ecce hic ſum, nō fugiſti quia tacuiſti. Corpore
ſtetiſti, ſed mente fugiſti. Si uero redūdat iniuria in noſ-
ipſos debemus etiam patienter portare, immo ſi uolu-
mus eſſe perfecti, debemus iniuriantibus dare beneficiū
cordis, ipſos diligendo, beneficium oris, pro eius o-
rando, & beneficium operis eis benefaciendo. Diligite
inimicos veſtros quo ad beneficium cordis. Benefacite Matt. 5.
eis qui oderunt uos, quo ad beneficium operis. Et orate
pro perſequentibus, & calumniantibus uos, quo ad be-
neficium oris.

Circa ſecundum notandum eſt, quod iudæi contra Secundū.
Chriſtum uerſi ſunt in magnam indignationem, ex eo
quod occaſionem lucri ſui auferebat, dum de templo
oues & boues expellebat. Verſi ſunt in magnum ſtu-

P 2 porem

Universidad de Deusto Biblioteca

porem uidentes, quod unus homo menſas campſorum
ſubuertebat,& animalia expellebat. Et hoc faciebat ſo-
lus,ad quę multi ſufficere non potuiſſent. Verſi ſunt in
magnum timorem uidentes radium,& fulgorem ex eius
facie procedere. Tradunt enim quidam ſicut dicitur in
hiſtoriis ſcolaſti. Quod fulgor radioſus egrediebatur
ex oculis eius,quod territi ſacerdotes,& leuitæ,non po-
terant ei reſiſtere,& ideo ſic indignati, ſic ſtupefacti, ſic
territi dixerunt. Quod ſignum oſtendis nobis,quia hoc
facis? Quaſi dicerent.Non credimus tibi hoc licere,er
go oſtende nobis ſignum, quod credamus. Vel forte in
dolo petebant,ut ſignum faceret, ut ſic circa aliqua ſi-
gna occupatus,ab eorum infeſtinatione deſiſteret. Chri
ſtus autem eis taliter reſpondit, quod in maiorem am-
mirationem & ſtuporem eos induxit dicens.Soluite tē-
plum hoc,& in tribus diebus reædificabo illud. Iudæi
autem intellexerunt hoc de templo materiali, creden-
tes quod uellet dicere, ſi ſum tantæ potentiæ, quod ſi
illud templum, deſtrueretur poſſem in tribus diebus
reædificare. Bene poſſum de ipſo oues & boues eiicere.
Et ideo reſpōderunt quadraginta & ſex annis ædifica-
tum eſt templum hoc &cæt. Illi autem non intellexe-
runt de ædificatione templi ſub Salomone, quæ ſe-
ptem annis perfecta eſt,ſed de ædificatione facta ſub Zo
robabel,quæ quadragintaſex annis impediendus inimi-
cis,protelata eſt. Chriſtus autem intelligebat de tem-
plo corporis ſui,ac ſi dicat.Vos quæritis ſignum de mea
poteſtate,& ego uobis dico quod ſi corpus meum diſſol
ueritis per mortem, ego illud reſuſcitabo per meam
uirtutem. Vel ſecundum gloſſ. vult dicere Chri-
*Corpus* ſtus, hoc templum ſignat templum corporis mei,
*Chriſti* in quo nulla eſt macula. Et merito hoc figurale purgo
*dicitur tē* qui illud ab hominibus morte ſolutum, reſuſcitare di-
*plū mul-* uina potentia queo. Dicitur autem corpus Chriſti tem-
*tiplici ra* plum multiplici ratione. Primo ratione diuinæ inha-
*tione.* bitationis, quia in illo templo tota diuinitas habitauit.
*Col. 2.* In hoc habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali-
ter.



ter.Ideo dicitur templum quaſi tenens amplum,quia cō
tinebat diuinitatem, quæ ſic eſt ampla, quòd cœlum &
terra ipſam non poſſunt continere.Si cęlum & cęli cęlo
rum te non capiunt, quanto magis domus quam ædifica *Eccl. 51.*
ui? Secundo dicitur templum ratione reconciliationis,
quia ſicut Deus reconciliatur in templo, ſic Deus pater
reconciliatus eſt in Chriſto.Deus erat in Chriſto mun- *2.Co. 5.*
dum reconcilians ſibi.Aug.Chriſtus eſt Deus,templum *Dei noīa*
ſacerdos, & ſacrificium. Deus, cui ſumus reconciliati. *plura.*
Templum in quo ſumus reconciliati.Sacerdos, per quē
ſumus reconciliati.Et ſacrificium,per quod ſumus recō
ciliati. Tertio dicitur templum ratione fabricationis,
quia ſicut templum.46.annis fuit fabricatum ſic corpus
Chriſti ſecundum glo.fuit in tot diebus,non dico orga-
nizatum,ſed de exibilibus organis,quæ habuit,in initā-
ti conceptionis,ad nobilem quantitatem eſt deductum.
Vnde ſecūdum quod dicitur in glo.Nunc numerum die
rum perfectioni dominici corporis conuenire, dictum
eſt quantum ad membrorum diſtinctionem, non quan-
tum ad formationem,quia inſtanti fuit formatum, & or
ganizatum.In aliis autē pueris,hoc accipitur, quia cor
pus ipſorū ſupra dicto numero formaī, & organizatur.
Quantū ad tertiū notandū,ꝙ eius ſapientia eſt tanta, ꝙ
oim corda nouit. Vnde dr. Ipſe enim ſciebat,q.d eſſet in
hoie.Vnde Leo papa.Iſta eſt ſapiētia ſummi iudicis,iſte
tremendus aſpectus,cui molle eſt oē ſolidum & apertū
oē ſecretum,cui obſcura clarent,muta reſpōdent, ſilen-
tium confitetur,& ſine uoce mens loquitur.Quia igitur
Dei ſapientia eſt tanta,ideo nullus ab ea ſe poteſt abſcō
dere.pſalmus Quo ibo a ſpiritu tuo,& quo à facie tua fu
giam? Si aſcendero in cœlum tu illic es &cæt. Quidam
enim ſunt, qui abſcondunt ſe ſub ſimulato amore, fin- *Abſcōdū*
gentes ſe amare cœleſtia, cum tamen non ament, ſed *tiū ſe ua*
Dei ſapientia ibi eſt, & eorum ſimulatum amorem ui- *rietas.*
det. Ideo dicit. Si aſcendero in cælum tu illic es. A-
lii ſunt,qui ſe abſcondunt ſub ſimulato timore, fingen-
tes ſe timere Dei iudicia,cum tamen non timeant.Ideo

Universidad de Deusto Biblioteca



dicit ſimiliter ibi, adeſt. Et eorũ ſimulatũ timorem co-
gnoſcet. Ideo dicit. Si deſcendero ad infernũ ades. Alii
ſunt qui ſe abſcõdunt ſub ſimulato ſermone, q aliud hñt
ore, & aliud in corde latet. Sed eorum cor diuinæ ſapiẽ
tiæ manifeſtũ eſt, ideò dicit, Si ſumpſero pẽnas meas di-
luculo &c. Sicut.n. pennæ ſanctorũ ſunt uirtutes, ita pẽ-
næ hypochritarũ ſunt ſimulati ſermones, quibus fingũt
ſe uolare in cœlũ. Et iõ dicit diluculo, q eorũ ſermões
videnť hẽre lucẽ alicuius ueritatis. Sed tñ manus Dei ta-
les deducit à ſua hypochriſi, iõ dicit. Manus tua deducet
me. Alii ſunt qui ſe abſcondunt ſub ſimulata conuerſa-
tione prætendentes exterius ſanctitatẽ, ſed interius ha-
*Mundus* bentes iniquitatẽ, iõ dicit. Si habitauero in extremis ma-
*mare di-* ris. Mare eſt mundus, in cuius profundo ſunt pctõres q
*citur.* ſunt profundati in diuitis, delitiis, & honoribus. Sed ſan
cti uiri ſunt in extremis maris, quia de mundo nõ acci-
piunt niſi extrema & neceſſaria. Hypochritæ autem fin
gunt ſe habitare in extremis maris. i. diligere mundũ ad
neceſſitatẽ cũ tñ diligãt ad natiuitatẽ, ideo dextera Dei
eos tenebit, & ſuã falſitatem in iudicio omnibus mani-
feſtabit. Ideò ſubdit. Et tenebit me dextera tua.

*Eadem ſecunda feria quartæ hebdomadæ 40. Sermo ſecun-
dus. In quo ſacerdotum auaritia. Chriſti iuſtitia,
& templi reuerentia denotatur.*

INuenit Ieſus in templo uendentes & ementes oues &
boues &c. Quia Xp̃s ſemper auaritiam condẽnabat,
& honorem Dei patris zelabat, ideo inueniens, q ſacer-
dotes oues & boues in templo ex auaritia uendi facie-
bant, & ex hoc domum Dei deturpabant, oẽs eiecit, ſicut
**Primo.** in pñti euangelio cõtinetur. Ideo tria in pñti euangelio
dñr. Nam ex parte ſacerdotũ notatur magna auaritia.
Ex parte Chriſti magna iuſtitia. Ex parte templi magna
reuerentia. Auaritia autem facerdorum in hoc erat,
quod timẽtes ne aliqui ſe excuſarẽt a ſacrificijs ex defe-
ctu hoſtiarum, ipſas hoſtias uendi in templo faciebant.

Iſta



Iſta auaritia adhuc regnat in ſacerdotibus, & prælatis.
Iuxta illud. A minore uſque ad maiorem omnes auari- *Hiere. 6.*
tię ſtudent, à propheta uſque ad ſacerdotem cuncti fa-
ciunt dolum. Inter maiores autem & minores, ſunt me-
diocres, In hoc ergo, quod ꝓpheta dicit. A minori uſq;
ad ma. o. a. ſtu. intelligitur, quòd auaritiæ ſtudent maio-
res, & prælati, & mediocres, id eſt minores clerici, & mi
nores laici. Poteſt dici, quod in anima ſunt tres poten-
tiæ, ſcilicet memoria, quæ eſt prima, intelligentia quæ
eſt media, & uolũtas, quę eſt ultima. in anima igitur om
nes iſtę potentiæ, a maiore & mediocri, uſque ad mino-
rem. i. a memoria & intelligentia uſq; ad uoluntatẽ, ſtu-
dent auaritiæ. Memoria. n. ſtudet auaritiæ, dũ ſemper re-
cogitat & memoratur lucra præterita. Intelligentia ſtu
det auaritię, dum ſemper uias inquirit, & parat ad lucra
præſentia. Volntas autem ſtudet auaritiæ, dum ſemper
anhelat ad lucra futura. De iſta auaritia dicitur. Auari-
tia in capite omnium Auarus enim habet auaritiam in *Amos. 9.*
omnibus ſenſibus corporis, id eſt in oculis, dum ſemper *Auarus ĩ*
vult aurum & argentum uidere. In auribus. dum ſemper *oĩbus ſen*
vult imminentia lucra audire. In naribus, dum de remo *ſibus aua*
tis partibus ferias & nundinas vult odorare. In ore, dum *ritiã hẽt.*
de terrenis ſemper vult loqui & tractare. In manibus, dũ
eas clauſas ad dandum, & apertas ad recipiendum cupit
habere. Sed non eſt tantum periculũ in iſtis, dummodo
ſuper caput auaritia non aſcendat. Ideò non dixit pro-
pheta. Auaritia in oculis hominum, uel in auribus, ſed in
capite omnium, quia ſi auaritia caput non aſcendit, de
facili ab aliis membris expellitur, Tunc autem eſt ſuper
caput alicuius, quando ipſæ diuitiæ ſunt dominus, & ip
ſe ſeruus. Tales à propheta, uocantur uiri diuitiarum, *Pſ. 75.*
non diuitiæ uirorum. Tunc enim ſunt diuitiæ uirorum
quando eas expendunt ut domini. Tunc ſunt uiri diuitia
rum, quando eas tenent ut ſerui. Secundo in Chriſto fuit *Chriſtus*
magna iuſtitia, quando oues & boues de templo eie- *in iuſti-*
cit. In hac tamen iuſtitia, Chriſtus ſeruauit ſeuerita- *tia tria*
tem, manſuetudinem, & diſcretionem. Seueritatem, in *ſeruauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc, ꝙ oues, & boues, quæ templum fędabant eiecit. Le-
nitatem, in hoc ꝙ cum columbæ non eſſent ad tale im-
pedimentum, uel fœdationem, leniter uendentibus dixit
Auferte iſta hinc. Diſcretioné, in hoc, ꝙ nõ gladio, nec
cum baculo ſed cũ flagello de funiculis eiecit. Per quod
datur intelligi, quòd prælatus debet eſſe ſeuerus quantũ
ad duros, manſuetus quo ad bonos, diſcretus quantum
*Prælati* ad omnes. Iſta tria ſignificantur per tria quæ erãt in ar-
*qũo iuſti* ca. Vbi erant uirga Aaron, manna, & tabulæ Moyſi, in
*tiam exer* quibus ſcriptura erat ſcientia Dei. Per arcam ſignifica-
*cere de-* tur prælatus, in quo debet eſſe uirga ſeuerę correctio-
*bent.* nis, quo ad malos. Mãna dulcis exortationis, quo ad bo
*2. Re. 7.* nos. Et tabulæ Moyſi in quibus ſcripta erat ſcientia Dei,
notatur uirtus diſcretionis quo ad omnes. Iſtud etiam
figuratur. Vbi Salomõ fecit ſculpi in baſibus templi leo
nes, boues, & cherubin. In leone ferocitas. In boue man-
ſuetudo & lenitas. In cherubin ſapientiæ immenſitas de
ſignatur, quia cherubin plenitudo ſapientiæ interpræta-
tur. Prælatus igitur, qui debet eſſe baſis & ſuſtentamen-
tum eccleſiæ, debet habere ferocitatem leonum in corri
gendo malos, manſuetudinem bouinam in fouendo bo
nos, & angelicam ſapientiam patienter leniter, & ſapien
ter ſuſtentando omnes. Tertio ex parte tẽpli Dei requi-
ritur magna reuerentia & munditia, ideo Chriſtus ip-
ſum mũdauit, & purgauit. Poteſt autem dici, quòd illud
templum extra, quod eiecit iſta animalia, ſignificat tem
plum cœleſte, extra quod proiiciẽtur ſuperbi, qui intel-
liguntur per boues, qui cornibus ſuæ potentiæ alios fe-
riunt. Proijcientur etiam auari, qui intelliguntur per nũ
mularios. Proiicientur libidinoſi, qui intelliguntur per
columbas, quæ eſt auis libidinoſa. Proiiciẽtur hypochri
*Io. 22.* tæ, qui intelliguntur per oues, quia exterius ueniunt in
pellibus ouium. Iſti omnes tanquam excommunicati,
extra templum cœleſte procijcientur. Foris canes, & ue
nefici, impudici, homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis
qui facit mendacium. Omnes igitur tales, tanquam ex-
communicati extra templum cœleſte proijcientur. In
ciuitate



ciuitate enim cęleſti, templum eſt ipſe Chriſtus ratione
deitatis & humanitis. Templum non uidi in ea. Dominus *Chriſtus*
enim Deus omnipotens, templum eius eſt agnus. In iſto *in cœlo*
templo quotidie fit officium. Pſal. Beati qui habitant in *qũo ſit tẽ*
domo tua domine. Per omnes uicos Hieruſalẽ alleluia *plum.*
cantabitur. Quia igitur damnati erunt excommunica- *Apo. 21.*
ti, ideo ſancti non participabunt cum eis in locutione. *Tob. 22.*
Non enim cum eis aliquas locutiones habebũt, ſed ſem
per facies ſuas ab eis auerſas tenebunt. pſalm. Auertiſti
nos retrorſum poſt inimicos noſtros. Nec participabunt
cum eis in diuino officio quod fiet in cœleſti templo. Ec
ce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos
clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus *Eſa. 65.*
ululabitis. Nec participabunt cum eis in ſaluatione, quia
eos non ſaluabunt, ſcilicet ſalutem æternam non opta
bunt. Immò ſicut dicitur in pſal. Letabitur iuſtus cum ui
derit uindictam. Nec participabunt cum eis in menſa.
Beati enim ſtabunt in menſa Dei. Vt edatis & bibatis ſu
per menſam meam in regno meo. Damnati autem fame *Luc. 22.*
morientur. Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis, ec
ce ſerui mei bibent, & uos ſitietis. Nec participabunt cũ *Eſa 65.*
eis in ſacramentis, & maxime in perceptione ſacramen-
ti ſacramentorum, id eſt corporis Chriſti, quod quidẽ
ſancti uiri modo percipiunt ſub ſacramento, ſed tũc per
cipient ſine uelamento. Ipſi enim damnati, ſunt canes,
ſed ſancti ſunt filij Dei. Ideo dr̃. Non eſt bonum ſumere *Mat. 15.*
panem filiorum mittere canibus.

*Feria tertia quartæ hebdomadæ, quadrageſimæ. Sermo primus.*

*Quomodo Iudæi de Chriſto diuerſimode ſentiebant.*

IAm die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum. *Ioan. 7.*
Inter Iudæos erant diuerſi, qui de Chriſto diuerſi-
mode ſentiebant, ſicut patet ex præſenti Euangelio. Qui
dam enim illorum admirabantur dicentes. Quomo-
do hic literas ſcit cum non didicerit. Alij tractabant de
morte

morte ſua. Vnde dicit. Quid me queritis interficere, ho-
miné &c. Alii indignabantur de ꝓgenie ſua, dicentes.
Hunc ſcimus unde ſit. Alij indignabantur de curatione
cuiuſdam hominis, quem curauit in ſabbato. Vnde dicit
Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in
ſabbato? Alii ſtudebant de captione ſua. Vnde dicitur,
Quærebant ergo eum appræhendere. Quantum ad pri-
mum ꝙ Chriſtus fecit patri ſuo magnã reuerentiam. Ad
mirabantur enim Iudæi de ſua ſapientia. Sed ipſe dixit
ſapientiam ſuam non habere à ſeipſo, ſed à patre. Mea in
quit doctrina non eſt mea ſed eius, qui miſit me patris.
Chriſtus enim patri ſuo omnia attribuebat, ſcilicet mira
*Chriſtus* cula ſua. Opera quæ ego facio omnia in nomine patris
*oĩa tribue* mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Verba ſua. & ope
*bat patri.* ra. Verba quæ ego loquor uobis, a me ipſo non loquor.
*Io. 10.* Pater enim in me manens, ipſe facit opera. Chriſtus.n.
*Io. 14.* patrem ſuum maiorem ſe uocabat, & ideo ſibi in omni-
*Io. 14.* bus deferebat. Pater maior me eſt. Vnde Aug. ad Feli-
cianum. Quòd maior & minor dici poteſt tripliciter, ſci-
licet ætate, ſicut ſenior maior eſt puero. Forma, ſicut lõ
gior maior eſt paruo. Potentia, ſicut fortior maior eſt
imbecili & debili. Et ſubdit Aug. ꝙ filius nullo iſtorum
*Phil. 2.* modorum minor eſt patre. Non ætate, quia de principio
patre, conſtat in patre ipſum extitiſſe principiũ. Nõ for
ma, quia non eſt fas ipſum aliud prædicare, q̃ Deum. Iux
ta illud. Qui cum in forma Dei eſſet &cę. Non potentia,
quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
nihil. Qualiter aũt ipſe pater dicatur eſſe maior, determi
nat idem Aug. ſuper pſal. Vtrumque inquit dominus di-
cit, ego & pater unum ſumus, ſecundum formam Dei, &
pater maior me eſt, ſecundum formam ſerui. Quantum
ad ſecundum Chriſtus magnam patientiam exhibuit. cũ
enim dixiſſet, q d me quæritis interficere? Iudæi magnũ
opprobrium reſponderunt ſibi dicentes. Dæmoniũ ha-
bes. Sed Chriſtus ad tantum opprobrium motus nõ fuit,
ſed potius eos docere non ceſſauit. In hoc dat nobis exẽ
plum, ut quando iniurias recepimus, iram noſtram tem-
peramus.



peremus. Ponit autem Seneca quatuor remedia contra
illatas iniurias. Vnum eſt obliuioni tradere. Vnde dicit
iniuriarum remediũ obliuio eſt. Vnde & Cicero in lau-
dem Cæſaris dicit. nihil ſolebat obliuiſci, niſi iniurias.
Secundum negare iniurias recepiſſe. Magnanimus enim
nihil debet ſibi reputare iniuriam. Vnde dicit idem Se-
neca, inquirens quid faciet ſapiens colaphis percuſſus?
dicit ꝙ debet facere illud quod Cato fecit. Cum enim
quidam ipſum in ore percuſſiſſet, nagauit ſe ab illo in-
iuriam recepiſſe. Tertium eſt quod debet diſſimulare,
ſe multa non audire, nec uidere. Sen. Non expedit om-
nia audire, uel uidere, multæ iniuriæ nos tranſeunt, ex
quibus plerunque non accepit, qui neſcit, nõ uis eſſe ira
cundus, non ſis iniurioſus.

Quartum eſt in ludum & ſolamen iniurias conuerte-
re. Vnde dicit idem Seneca. Circũſcribenda eſt ira, vt in
ludum iocumque conuertatur. Vnde narrat idem, quod
cum Diogenes quandam cauſam cum Lẽtillo haberet.
Lentillus tracta ſaliua pingui, in faciem eius expuit. Il-
le faciem abſtergens in ludum conuertit dicens. Affirma
bo omnibus Lentille, falli eos qui dicunt te os non ha- *Tertiũ.*
bere. Circa tertium notandum Chriſtus adhibuit ratio-
nem ueridicam, indignabantur enim quod Chriſtus ſab
bato curabat, ſed Chriſtus oſtendit quod male moue-
bantur, quia ſæpe pueros ſabbato circuncidebant, corpo
ra curabant, animalia ſoluebant. Multo ergo fortius ip-
ſe corpora & animas in ſabbato curare poterat. Nullum
enim Chriſtus ſanabat corporaliter, quem non ſanaret
ſpiritualiter, & ideo ſi corpora licebat ſabbato curare, *Cura ma*
multo magis animas curare licebat, quia maiorem cu- *ior de ani*
ram quilibet debet habere de anima quàm de corpore, *ma quã*
& hoc multiplici ratione. Primo propter dignitaté cor- *de corpo-*
pus enim de terra eſt formatum. anima uerò ad immagi *re haberi*
nem Dei, & ſimilitudinem facta eſt. Ideo dicitur. Fili *debet.*
in manſuetudine ſerua animam tuam & da illi hono
rem ſecundum meritum ſuum. Secundo propter neceſ- *Eccl. 10.*
ſitatem, anima enim eſt cauſa & principium omnium
bonorum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



bonorum & malorũ, corpus enim per ſe nullum bonum
vel malum poteſt velle, nec facere per ſe, pluſquã lapis
& ideo indeget anima maiori cuſtodia, quã corpus. Ter-
tio propter vltimum finem .i. gloriam & fœlicitatem, cor
pus enim per ſe non eſt ſuſceptile, ſed tota fœlicitas, &
gloria, quæ erit in corpore cauſabitur a gloria ipſius ani
mæ, & ideo dignius eſt ut ipſam cuſtodiamus magis quã
corpus. Circa quartum notandum quòd Chriſtus oſten-
*Quartũ.* dit ſuam diuinam & humanam naturam. Nam quan-
tum ad humanam naturam ipſum cognoſcebant. Vnde
dicebat, & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis Quantum ad diui
nam naturam ipſum non cognoſcebant. Vnde ait, ſed
eſt uerus qui miſit me quem uos neſcitis &cæ. Quia igi-
tur iudæis eius cognationem infimam ſciebant, ideo ip-
ſum deſpiciebant. His multi ſunt ſimiles, qui deſpiciunt
pauperes & ignobiles. Notandum autem quod nobiles
*[no]biles* & ignobiles quantum ad tria ſunt æquales. Sicut ha-
*& ignobi*betur ſcilicet, quantum ad principium, medium, & fi-
*les æqua*nem vltimum. Omnes enim ignobiles & nobiles ſimi-
*les ſunt* lem habent introitum, quia omnes de terra ſunt forma
*quo ad* ti, & in uentre matris ex ſanguinibus configurati, & cũ
*tria.* luctu & fletu emiſſi. Vnde dicitur ibidem. Sum qui-
*Sap. 7.* dem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus. Ex gene-
re terreno illius, qui primus factus eſt, & primam uo-
cem ſimilem omnibus emiſi plorans. Secundo ſunt ſi-
miles quantum ad medium, quia omnes habent ſimilem
aerem, non enim eſt alius aer hominis ignobilis & no-
bilis, habent ſimilem terram. Vnde ſequitur, & ego
natus accepi communem aerem, & inſimul factam deci
di terram. Tertio ſunt ſimiles quantum ad ultimum fi
nem, quia omnes ad eandem mortem, & ad eoſdem uer
mes & ad eandem putredinem deducuntur. Sequitur, u-
nus ergo introitus eſt omnibus ad uitam, & ſimilis exi-
tus. Putredini dixi. Pater meus & mater mea, & ſoror
*Iob 17.* mea uermibus. Circa quintum oſtendit Chriſtus ſuam
*Quintũ.* magnam miſericordiam. illi enim volebãt eum capere,
ſed Chriſtus eos cœpit. Vnde dicitur, de turba autem
multi



multi crediderunt in eum. Volebãt quidem eum capere
corporaliter, ſed ipſe cępit eos ſpiritualiter. Eſt. n. ſermo
Dei ſicut hamus, qui dum capitur, capit. Vnde dictũ eſt
Apoſtolis. Venite poſt me, faciã uos fieri piſcatores ho
minũ. Sicut aũt dñs nos capit, uerba ſua in nos immitten
do, ſic & nos eum capimus, ipſum amando & depræcan-
do. Vnde Amb. Vim dño facimus, nõ cõpellendo, ſed flẽ *Matt. 4.*
do, non prouocando iniuriis, ſed lachrymis exorãdo, nõ
blaſphemando per ſuperbiam, ſed per humilitatem me-
rendo. O beata violentia, q̃ non indignatione percutitur
ſed miſericordia condonatur, quiſq; enim violẽtior fue
rit religioſior habebitur ab ipſo Chriſto. Deinde ſubdit
Aggrediamur in itinere dominum, & more latronũ ſuis
ſpoliare nitamur, cupiamus auferre aurũ, theſauros, &
uitã, aggrediamur inquã nõ fuſte, non ferro, non ſaxo,
ſed manſuetudine, bonis operibus, & caſtitate.

*Eadem feria 3. quartæ hebdomadæ. 40. Sermo ſecundus. In quo plures infirmitatis cauſæ, unà cum curationis remedia, ſignaque ſanitatis demonſtrantur.*

TOtum hominem ſanum feci in ſabbato. Magnum eſt
ſanare hominem corporaliter, maius ſpiritualiter,
maximum eſt ſanare vtroq; modo. Taliter ſanauit Chri
ſtus hominem. Ideo dicit, totum hominem ſanum feci
in ſabbato. fuit uerus medicus, ad nos de cœlo tranſmiſ
ſus, ut omnes infirmitates noſtras curaret. Pſal. Qui ſana *Primum.*
bat omnes infirmitates noſtras. Vnde Augu. Magnus de *Infirmi*
cęlo uenit medicus, quia per totum mundum, magnus *tas ſpiri-*
iacebat ægrotus. De iſto igitur ægroto, & medico q̃ to- *tualis, ſi*
tũ hominem ſanum facit, tria ſunt videnda ſcilicet, quæ *cut &*
ſunt cauſæ infirmitatis, quæ ſunt remedia curationis, q̃ *corpora-*
ſunt ſigna ſanitatis. Circa primum uidendum q̃ quæ- *lis ex plu*
dam infirmitas cauſatur ex nimia comeſtione, tali mo- *ribus cau*
do infirmatus eſt Adam, qui de pomo uetito comedit, & *ſatur.*
ideo infirmitatem corporis, & mentis incurrit. Iſtud
etiam

Universidad de Deusto Biblioteca



etiam uitium gulæ in multis hodie dominatur,& idẽ ſæ-
pe infirmantur. In multis eſcis erit infirmitas,immo ſæ-
Ecc. 37. pe multi moriuntur. Ibidem. Propter crapulam multi pe-
rierunt,corpora enim pinguia, diu uiuere non poſſunt.
Tum quia ſunt modici ſanguinis,qui eſt cauſa uitæ,tum
quia calor naturalis ſæpe præ nimia pinguedine,ſuffoca-
tur, tum quia via ſpirituũ ſæpe ad membra nimia pin-
guedine impeditur,& ſic mors ſequitur. Secundo cauſa-
tur infirmitas ex nimia infrigidatione. Peccatum enim
mortale eſt naturæ frigidæ,ita quod ignem diuini amo-
ris extinguit. Eſt enim aqua frigidiſſima, quæ extin-
Iere. 6. guit diuinum amorem. Sicut frigidam facit ciſternam
aquam ſuam, ſic frigidam facit malitia animam ſuam.
Iſtud etiam frigus peccati facit hominem in bono ope-
Prou. 20 re pigrum. Propter frigus piger arare noluit. Peccatum
enim prohibet arare hominem,id eſt cor ſuum ſcindere
per contritionem,& ipſum ſerere per bonam operatio-
nem. Non ſolum autem peccatum animam facit frigi-
dam,ſed etiam congelatam,ita quod reſolui poteſt per
Ecc. 43. mortem,ſed calefieri non poteſt per amorem Dei. Fri-
gidus ventus aquilo flauit,& congelauit criſtallus ab a-
qua. Tertio cauſatur infirmitas ex nimietate, & corru-
ptione ſanguinis. Sanguis nimius eſt abundantia terre-
norum,quæ eſt ſæpe cauſa peccati. Pſal. Prodiit quaſi ex
adipe iniquitas eorum. Sanguis putridus eſt ipſa carna-
lis concupiſcentia,quæ animam maculat, & coram Deo
putridam facit. De quo ſanguine dicitur. Cum multipli-
Eſa. 1. caueritis orationes veſtras,non exaudiam. Manus enim
veſtrę ſunt plenæ ſanguine. Sanguis ſanguinem tetigit,
Oſeæ. 4. tunc ſanguis ſanguinem tangit,quando vnum peccatum
ad aliud adducit. Quarto cauſatur infirmitas ex humo-
rum id eſt vitiorum corruptione. pſal. Corrupti ſunt &
abhominabiles facti ſunt. Non eſt qui faciat bonum non
vſt uſque ad vnum, id eſt vſque ad Chriſtum. Chriſtus
enim de ſancto ſanguine fuit generatus & natus, nos
autem ex corruptione uitioſa ſumus concepti,& nati,&
Secundo. educati. Secundo uidendum quæ ſunt remedia curatio-
nis



nis contra ipſas infirmitates. Circa quod notandum, ꝙ
quatuor remedia attulit,per quæ iſtas infirmitates ſana- *Remedia*
uit. Primam enim infirmitatem ſanauit per dietam,quã- *quatuor*
do quadraginta diebus,& quadraginta noctibus ieiuna- *cõtra in-*
uit,nos etiam iſtas infirmitates gulæ ieiunando & abſti- *firmita-*
nendo ſanare debemus. Qui abſtinens eſt, adijciet ad ui- *tes ſpiri-*
tam. Vt uero noſtra ieiunia ſint meritoria, & poſſint uo- *tuales.*
lare ad Deum,debent habere duas alas.ſ.orationem, & *Eccl. 37.*
eleemoſynam. Quando enim auis non habet alas,in ter- *Ieiunij*
ra remanet, quando tantum unam habet, parum poteſt *alæ duæ.*
uolare,quando autem duas; velociter volare poteſt. ſic
etiam quando quis habet abſtinentiam & nullã eleemo
ſynam,nec aliquam orationem, ſua abſtinentia manet
in terra,quando uero unum iſtorum habet,parum uola-
re poteſt,ſed ſi ieiunat, orat & eleemoſynam dat, tunc
ieiunium in cœlum uolat.

Secundam infirmitatem Chriſtus ſanauit per ſudorẽ
quãdo factus eſt ſudor eius ſicut guttę ſanguinis decur
rentis in terram,ipſe enim totus inflammatus fuit igne
noſtri amoris,qui ipſum ſudare fecit, & noſtram frigi-
ditatem calefecit. Nos ergo ſudare debemus lychrymas
emittendo,tunc enim oculi ſudant,quando plorant. In
iſto autem ſudore lachrymarum, homo frigidus inflam
matur. Vnde dicit Grego. de Magdalena, quod frigida
uenit,& inflammata receſſit. In iſto etiam ſudore lachry
marum, ſpiritus ſanctus libenter commoratur. Spiritus *Gen. 1.*
domini ferebatur ſuper aquas:ĩ iſto etiã ſudore lachry-
marum diabolus contribulatur,& ſubmergitur. Pſalm.
Contribulaſti capita draconum in aquis. Submerſi ſunt *Exo. 15.*
quaſi plumbum in aquis uehementibus. Tertiam infir-
mitatem Chriſtus ſanauit, & curauit per minutionem,
quando ſcilicet in latere, & manibus & pedibus minu-
tionem fecit. Iſtam minutionem & nos facimus, quan-
do uenam oris noſtri in confeſſione aperimus. Vena *Pro. 10.*
uitæ os iuſti, os impiorum operit iniquitatem. Ali-
quando enim ſanguis eſt putridus,aliquando ſuperfluus
aliquando neceſſarius. Tunc autem laudabilis eſt minu-
tio,

Universidad de Deusto Biblioteca



tio, quando ſanguis putridus extrahitur, ſuperfluus dimi
nuitur, neceſſarius conſeruatur. Sanguis putridus eſt
amor peccati, iſte ex toto eſt abijciendus. Sanguis ſu-
perfluus eſt amor mundi, quando ſcilicet quis amat diui
tias ad ſuperfluitatem, iſte eſt per eleemoſynam dimi-
nuendus. Sanguis neceſſarius eſt amor Dei, qui eſt cauſa
vitæ animæ, & iſte ſanguis eſt conſeruandus. Quar-
tam infirmitatem Chriſtus ſanauit per amaræ medicinę
*Pſa. 21.* ſumptionem. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti
mea potauerunt me aceto. Iſtam medicinam amaram,
ſcilicet dolorem, & contritionem cordis, nos recipere
debemus, quæ quanto erit amarior, tanto ad expellen-
dum malos humores erit uirtuoſior. Amara erit potio
*Eſa. 24.* bibentibus illam. Iſte dolor aſſimilatur torſioni, & do
*Contritio* lori parturientium, & dolori flentium vnigenitum. Iſti
*cui aſſimi* enim tres dolores ſunt maiores qui inueniri poſſunt. Et
*letur.* ideo ſcriptura dat nobis intelligere, quod dolor pecca-
ti non debet eſſe paruus, ſed magnus, uel maximus. De
duobus primis dicitur. Torciones & dolores tenebunt,
*Eſa. 13.* & quaſi parturiens dolebunt. De tertio luctum unige-
*Hiere. 6.* niti fac tibi planctum amarum. Tertio uidendum eſt
*Tertium.* quæ ſunt ſigna ſanitatis. Circa quod notandum ꝙ qua-
*Sanitatis* tuor ſunt ſigna ſanitatis. Primum eſt appetitus ordina-
*ſigna qua* tio. Tria autem ſunt quæ appeti poſſunt nociua, ſuper-
*tuor.* flua, & utilia ſiue neceſſaria. Si enim poſt infirmitatem
quis appetit nociua uel nimis ſuperflua, manifeſtum eſt
quòd non eſt perfecte ſanus. Si uero appetit utilia, uel
neceſſaria, perfecte ſanatus eſt. Nociua ſunt malæ ſocie-
tates, uel peccati occaſiones, quæ ſæpe ſunt cauſa pec-
*Pro. 13.* candi. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, ami-
cus autem ſtultorum, efficietur ſimilis. Superflua ſunt di
uitiæ mundanæ quæ nimis ſuperfluæ abundant. Illi igi-
tur qui habēt appetitum caninum, terrena ſuperflue ap-
petendo, perfecte ſanati non ſunt. De quibus Pſal. Famē
patientur ut canes. Neceſſaria & utilia ſunt ſpiritualia,
*Col. 3.* quæ Apoſtolus nos hortatur appetere dicens. Quæ ſur-
ſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

Secun-



Secundum ſignum eſt totius cordis & corporis forti-
ficatio. Debent enim eſſe fortes in faciendo opera for-
tia. Omnia poſſum in eo qui me confortat. in proficien-
do de bonis ad meliora. Pſalm. Ibunt de uirtute in uir- *Pſ. 4.*
tutem &c. Etiam potenter & perſeueranter ſuſtinendo
aduerſa. In diſciplina perſeuerate, quis enim eſt filius, *Heb. 12.*
quem non corripit pater? Tertium ſignum eſt coloris ue
nuſtatio. Illi enim qui habent uiridem, uel croceum co-
lorem. non ſunt perfecte ſanati. Debet autem perfecte
ſanatus habere tres colores. Iuxta illud. Dilectus meus *Can. 5.*
candidus, rubicundus, electus ex milibus. Debet habere
colorem candidum per puritatem, rubicundum per cha
ritatem, lucidum, per lucidam conſeruationem. Et iſte
eſt color electus ex milibus. Ille enim ex milibus eligi-
tur, qui inter malos ſancte & honeſte conuerſatur.
Quartum ſignum eſt leuitas, & agilitas. Vere enim pœ
nitentes ad omnia mandata Dei ſunt ualde agiles. Qui *Eſa. 40*
ſperant in domino, habebunt fortitudinem, aſſumēt ſpen
nas ut aquilæ, uolabunt, & non deficient. Peccatores
autem ſunt ualde pōderoſi & graues, ita quod nec Deus
poteſt eos portare. Vos eſtis onus, proiiciā quippe uos. *Hier. 23.*
Laboraui ſuſtinens. Nec cœlum potuit eos ſuſtinere, ſi- *Eſa. 1.*
cut patet in lucifero. Videbam ſathanam ſicut fulgur de *Luc. 10.*
cœlo cadentem. Nec terra eos potuit ſuſtinete. Ecce *Eſa. 13.*
dies domini ueniet crudelis, & indignatione plenus, ad
ponendum terram in ſolitudiuem, & peccatores eius cō
terendos de ea.

*Feria quarta quartæ hebdomadæ quadrageſimæ.* Sermo
*primus. In quo genus infirmitatis cæci hu-
ius, modus, atque effectus cura
tionis notatur.*

PRæteriens Ieſus uidit hominem cæcum a natiuita *Io. 9.*
te. Dominus noſter ſanando in hominibus ſen-
ſus corporales, ſanauit & ſenſus ſpirituales. Nam



quando

Universidad de Deusto Biblioteca



quando reddidit ſurdo auditum corporis, reddit ſibi au
ditum mentis. Illum auditum de quo dicitur in Pſalm.
Audiam quid in me loquatur dominus Deus. Quando
ſanauit mutum dans ori corporis, ut proferret uerbum
de ore. & dedit & cordi, ut Dei dulcedinem prægustaret
De quo dicitur in Pſalm. Guſtate & uidete quoniā ſua
uis eſt dominus. Quoniam illuminauit iſtum cæcum ut
uideret corporaliter, illuminauit ipſum in mente, ut ui
deret ſpiritualiter. Ideò per iſtũ cæcum illuminatum in
telligere poſſumus peccatorem iuſtificatum. circa cuius
curationem tria uidenda ſunt. Primo genus infirmita-
tis, quod notatur cum dicitur Vidit hominem cæcum a
natiuitate. Secundo modus curationis, cum dicitur. Ex-
puit in terram & fecit lutum de ſputo. Tertio effectus ip
ſius curationis, qui notatur cum dicitur, Abiit ergo &
*Primum* lauit, & uenit uidens. Circa primum notandum quod cæ
*Cæcitas* citas ſpiritualis tribus modis cauſatur. Primo modo, ſci
*ſpiritua-* licet a putredine terræ cupiditatis, quod figurat̃. Thobię
*lis tribus* 2. ubi dr̃. Qđ Thobias ſtercore hirũdinis excecatus fuit.
*modis ca* Iſta ſtercora ſunt temporalia. De quibus dicitur. Oĩa ar
*uſatur.* bitro ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Periculum
*Thob. 2.* eſt autem ut iſta ſtercora, ſiue iſti pulueres nimis diu ad-
*Phi. 3.* hereant. Pulueres enim recentes, citò ab oculis, & pe-
dibus eiiciuntur. Pulueres uerò inueterati, aliquando in
ſubſtantia carnis cõuertuntur. Ideò dominus ammonet
*Mat. 10.* dicens. Excutite puluerem de pedibus ueſtris. Iſti pulue-
res mundani adherent aliter affectibus ſanctorum uiro-
rũ, & aliter affectibus auarorum. Nam affectibus ſancto
rum adherent, per modum formæ accidentalis. Accidés
autem eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptio
nem. In ſanctis autem uiris amor terrenorum & diuitia-
rum ineſt per modum accidentis. Quia ſi adſunt, non
corrumpitur eorum mens per ſuperbiam. Si deſunt nó
corrumpitur per impatientiam. Talis erat Apoſtolus qui
*Phil. 4.* dicebat. Scio abundare, ſcio penuriam pati, ideſt ſcio
abundare ſine ſuperbia. & penuriam pati ſine impatien-
tia. In auaris autem talis amor ineſt menti ipſorum
per



per modum formæ ſubſtantialis. Quia ſi diuitiæ adſunt
corrumpitur eorum mens per ſuperbiam. Diuitibus hu- *1. Thi. 6.*
ius ſeculi præcipe non ſublime ſapere. Vbi dicit Auguſt.
quod uermis diuitiarum eſt ſuperbia. Si uerò diuitiæ de
ſunt, corrumpitur eorum mens per impatientiam. Diui- *Ecc. 5.*
tiæ conſeruatæ in malum domini ſui pereunt in afflictio
ne peſſima. Secundo cauſatur cæcitas mentis ex igne
carnalis concupiſcentiæ. Pſalm. Supercecidit ignis &
non uiderunt ſolem. Sicut igitur uiſus excecatur ad pel
uim candentem, ſic libidinoſus ad concupiſcentiam ar-
dentem. Nam ex pollutione carnalis concupiſcentiæ, fu
moſitates aſcendunt, quæ oculum mentis obſcurant, &
excecant. Quando autem uas cordis per ignem malæ *Remediũ*
concupiſcentiæ ebullit, triplex remedium adhiberi de *triplex*
bet: Vnum eſt quod uas ab igne debet remoueri, id eſt a *contra ig-*
colloquiis & aſpectibus & uicinatibus mulierum ſe ab- *nẽ concu-*
ſentare. Auerte faciem tuam a muliere compta. Et in- *piſcentia.*
fra. Speciem mulieri alienæ multi admirantes, reprobi *Ecc. 9.*
facti ſunt, colloquium illius quaſi ignis exardeſcet. Se-
cũdo debet ligna uel prunas, id eſt cogitationes ignitas *Pro. 6.*
a corde ſuo remouere, & abiicere. Quia ſicut dictur. Nũ
quid abſcondere poteſt homo ignem in ſinu ſuo, ut ueſti
menta illius non ardeant? Tertio debet aquam frigidã *Eccl. 9.*
penitẽtiam aſperã corpori ſuo imponere. Malitias unius *1. Cor. 9.*
horæ obliuionem facit luxuriæ magnę. Caſtigo corpus
meum & in ſeruitutem redigo &c Tertio cauſatur cæci
tas mentis ex tumore ſuperbiæ, quia ſicut dicit Grego.
Tumor mentis eſt obſtaculum ueritatis, iſta cæcitas eſt
inducta a natiuitate. Eſt enim quædam ſuperbia in affe-
ctu quæ eſt appetitus excellentiæ, & iſta ortũ habuit in
cœlo, quando lucifer excellentiam Dei appetiuit. Eſt *Superbia*
alia ſuperbia in intellectu, quę eſt appetitus immodera *multiplex*
tæ ſcientiæ, & iſta ortum habuit in paradiſo terreſtri,
quando homo appetiuit ſcientiam Dei. Et eſt alia ſuper
bia in actu, quæ eſt uiolentia irrogatæ iniuriæ, & iſta or
tum habuit in mũdo quãdo ſcilicet Cayn occidit Abel
fratrem ſuum. Meritò igitur ſuperbia eſt cæcitas a na-



tiuitate,

Universidad de Deusto Biblioteca



tiuitate, quæ ortum habuit in ipſa angeli creatione, in ipſa hominis formatione, in ipſa mundi habitatione.

*Collirium triplex.* Circa ſecundum, ſcilicet modum curationis notandum eſt quod eſt triplex collirium. Primum eſt totum amarum, quod conficitur ex felle piſcis, quo Thobiæ oculi *Thob. 11.* ſunt ſanati. Et repreſentat Chriſtum, prout fuit in patibulo, ubi tanquam piſcis fuit aſſatus, & felle potatus. Iſta autem amaritudo paſſionis debet ſanare cæcitatem inductam ex carnali uoluptate, quia ſeruns nõ debet delectationes quærere, quando uidet dominum ſuum amaritudinibus repleri. Augu. Sub ſpinoſo capite, non debet membrum fieri delicatum.

Secundum collirium eſt totum dulce, quod cõficitur ex fauo mellis, quo ſanati ſunt oculi Ionathæ & illuminati. *1. Re. 14* Et ſignificat Chriſtum prout erit in regno ſuo. *Eccl. 24.* Vbi erit totus dulcis. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Mel quidem in ſuperficie eſt dulce, in medio dulcius, in profundo dulciſſimum. Sancti quidem ex uiſione corporis Chriſti habent delectationes dulces, ex cogitatione animæ ipſius, dulciores, ex contemplatione profunda deitatis, habent dulciſſimas. illud collirium debet expellere cæcitatem cauſatã ex puluere terrenæ cupiditatis. Quia ſecundum Augu. omnes diuitiæ deberent contemni, ut ſaltem una hora poſſet uideri facies Dei. Tertium collirium eſt ex parte dulce, & ex parte amarũ quod conficitur ex ſaliua, quæ eſt dulcis, & terra quæ eſt amara, de quo habetur hic. Et ſignant Chriſtum pro *Eſa. 2.* ut erit in iudicio, ubi erit dulcis bonis, & amarus reprobis. Et illud collirium debet expellere cæcitatem inductam ex tumore elationis, quia tunc ſuperbi humiliabuntur & reprimentur. *Tertiũ.* Dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantẽ, & humiliabitur.

Circa tertium, ſcilicet effectum curationis, Nontandum quod homo erat ſuperbus, & inſipidus, & immundus. Ideò Chriſtus in terram expuit, ſuper oculos lutum poſuit, & ut ſe lauaret præcepit. Quia igitur erat inſipi-



inſipidus, ideò in terra expuit. Per ſaliuam intelligitur Dei ſapientia, quæ dicit. Ego ex ore altiſſimi prodii. *Eccl. 24.* Tunc ergò Chriſtus ſaliuam expuit, quando diuinam ſapientiam homini terreno infundit. Saliua uerò aliquando eſt dulcis. aliquando amara. aliquando inſipida. *Saliuæ uarietas.* Saliua dulcis eſt ſapientia diuina, quæ ſpiritualia facit dulceſcere. Saliua amara, eſt ſapientia carnis, quæ ſpiritualia facit uideri amara, & carnalia dulcia, de iſta duplici ſapientia dicitur. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ *Rom. 8.* carnis ſunt ſapiunt, qui uerò ſecundum ſpiritum, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. Saliua inſipida eſt ſapientia mundana, homines enim mundani inſipidi ſunt, intantum quod non poſſunt ſentire dulcedinem Dei Vnde dicitur de ſancto ſpiritu. Quem mundus non poteſt accipere quia non *Io. 14.* uidet eum, nec ſcit eum. Secundo quia homo erat ſuperbus. Ideò lutum ſuper oculos eius liniuit, lutum linire eſt utilitatem humanam homini ad memoriam reducere, & talis reductio, eſt homini cauſa humilitatis. Humiliatio tua in medio tui, medinm. n. præſupponit utrumque *Mich. 6.* extremum Quaſi dicat. cauſam habes humilitatis, ſi reſpicias tuam natiuitatem, & uitam & mortem: Vnde quidam interrogauit quendam philoſophum dicens, quid fui, quid ſum. & quid ero? Ille reſpondit. ſperma fœtidũ, ſaccus ſtercorum, & cibus uermium.

Tertio quia homo erat immundus, ideò præcepit ipſum lauari. qui enim immundus eſt per peccatum, debet lauari aqua confesſionis. Laua à malitia cor tuum *Hier. 4.* Hieruſalem, ut ſalua fias. Qui autem lotus eſt debet ſeruare ſe mundum. Lauamini mundi eſtote. Sed illi qui *Eſa. 1.* lauant ſe in quadrageſima, & poſt paſcha ſe inquinant. Sunt tanquam canes immundi, tanquam porci fœtidi, tanquam aratores ſtulti. De duobus primis. Canis reuerſus ad uomitum, & ſus lota in uolutabro luti. De tertio. *2. Pet. 2.* Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. *Luc. 9.*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Eadem quarta feria quarta hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De tribus ſignis cuiuslibet ſpiritualiter illuminati.*

ABiit ergo & lauit, & uenit uidens. Quando aliquis cæcus, i. peccator, ſit ſpiritualiter illuminatus, tria ſunt ſigna. Vnum eſt quando rectè uadit, & rectè incedit. ideò dicitur. Abiit ergo. Secundum eſt quando omnes maculas licet minimas in ſe perpendit, & eas abluit. Ideò ſequitur, & lauit. Tertium eſt quādo clare uidet omnia, & cognoſcit, & hoc eſt quod ſequitur. Et uenit uidens.

*Primum Iuſtus recte ire debet.* Circa primum notandum q̄ quilibet iuſtus qui eſt ſpiritualiter illuminatus, debet ire recte non diſtorte. Semita iuſti recta eſt, & rectus callis eius ad ambulandum. Quando uerò aliquis diſtorte incedit,

*Eſa. 26.* uel in uia errat, perfecte illuminatus non eſt. Ideò monet Apoſtolus. Rectores greſſus facite pedibus ueſtris, ut

*Hebr. 12* non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. Videamus ergo qui ſint illi qui uadunt per uiam rectam, & q uadunt per uiam diſtortam. Primo ergo per uiam rectam uadunt pauperes Chriſti, per uiam diſtortam uadunt auari. Eſt enim rectum cuius medium non diſcre-

*Hō duo habet extrema.* pat a ſuis extremis, quilibet homo habet duo extrema. ſ. natiuitatem, & mortem. Inter hæc duo extrema eſt unū medium. ſ. uita. Tunc igitur homo rectè incedit, quando ſuum medium, id eſt uita non diſcrepat a ſuis extremis, id eſt a natiuitate & morte. Natiuitas igitur hominis & mors, ſunt cum paupertate, quia homo nudus naſcitur

*Iob. 1.* & nudus moritur. Nudus egreſſus ſum de utero matris meę, & nudus reuertar illuc. Quando igitur medium hominis, ideſt uita eſt cum paupertate, tunc eſt uita recta, quia medium eius concordat cum extremis. tales

*Mat. 5.* ſunt de quibus dicitur. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt reg. cœlorum. Sed ſi aliquis habet natiuitatem pauperem, & mortem pauperem, & vult habere vitā locupletē, tunc nō uadit per uiā rectam, quia ſuū mediū

*Mat. 19.* diſcordat a ſuis extremis. De talibus dicitur. Facilius eſt



eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regno cœlorum. Camelus eſt in principio & in fine depreſſus, & in medio gibboſus, & ſignat auarū, qui a natiuitate & in morte eſt mendicus, & in uita vult eſſe diuitiis ſarcinatus. Secūdo per uiam rectam uadunt humiles & manſueti, per uiam autem diſtortam uadunt ſuperbi, homo enim uiliter & deſpecte naſcitur & moritur. Quando aliquis habet uitam deſpectam & abiectam propter Deum, ideſt humilem, tūc uadit per uiam rectā, quia ſuum medium concordat cum ſuis extremis. De talibus dicit Bernar. Diſce unde uenis & erubeſce. ubi ſis & ingemiſce, quò uadis & contremiſce: Quando enim habet natiuitatem & mortem deſpectam, & vult habere uitam elatam, tunc non uadit per uiam rectam. Quid ſuperbis terra & cinis? quaſi dicat. Mirum eſt cum ſis terra, *Eccl. 10.* ideſt de terra in uētre formatus, & iterum in terram ſeu cinerem ſis redigendus, & tamen in uita uis eſſe elatus. Tertio per uiam rectam uadūt homines, qui ſunt in mūdo mortificati, per uiam autem diſtortam uadunt delitioſi & diſſoluti, homo enim cum fletu naſcitur, & cum dolore & fletu moritur. Sancti igitur uiri, qui habent uitam ſuam cum luctu uadunt per uiam rectam. de quibus dicitur. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. *Mat. 5.* Quando uerò, quis habet natiuitatem & mortem flebilem, & vult habere uitam riſibilem, non uadit per uiam rectam. De talibus dicitur. Tenent timpanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum buccinæ, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Secun- *Iob. 21.* dum ſignum, quòd quis ſit illuminatus, eſt quando maculas etiam minimas in ſe aduertit, & eas abluit, quanto enim quis illuminatus, & magis ſanctus fuerit, tanto magis omnes maculas, etiam minimas, citius depræhendit. Sicut poteſt oſtendi per tria exempla, quorum duo prima ponit Chryſoſt. Vnum eſt quia in loco pulchro & mundo modicæ immunditiæ ſtatim apparent. In loco autem immundo etiam magnæ immunditiæ non apparent Secundum eſt, quia in ueſte alba modica macula ſtatim

 uidetur.

Universidad de Deusto Biblioteca



uidetur. In ueſte aũt nigra, ét magnæ maculæ non vñr.
Tertiũ eſt, quia in aere radio ſolari pfuſo, minuti pulue-
res conſpiciuntur, in aere uerò nõ radiato, non conſpiciũ
tur, ſed parum prodeſt maculas recognoſcere & eas nõ
lauare, & ideò ſignanter dicit, abiit & lauit. Qui aũt ma-
culas vult lauare, dẽt ad ſimilitudinem mulieris in ſpe-
culo reſpicere, & maculas quæ ſunt in facie eius ablue-
Exo. 38. re. Vnde dr̃. Fecit labrũ æneũ cũ baſi ſua de ſpeculo mu-
lierum &c. Dicitur in hiſto. Sco. ꝙ labrũ æneũ erat uas
lauatorium, & in circuitu labii ſupremi erãt ſpecula mu-
lierũ, in quibus ſacerdos poſſet uidere ſi quas maculas
in facie haberet, & eas lauare poſſet, & ſic mũdus ad ſa-
crificandũ Deo accederet. Per illud ſpeculum intelligi-
*Chriſtus eſt ſpeculum.* mus Chriſtũ incarnatũ. Speculum.n. fit de uitro & plum
bo, neq; enim uitrum p ſe, neq; plumbum p ſe põt face-
re ſpeculum, ſed utrumq; cõiunctum, ſeu cõmixtũ, uitrũ
enim eſt lucidum, plũbũ uerò habet colorẽ terreum. Per
uitrum enim intelligitur diuina natura, per plumbũ uerò
humana natura, homo enim non poterat ſpeculari in di-
1.Tim.6 uina natura, propter immenſam claritatẽ. Lucẽ habitat
inacceſsibilem, quam nullus hominu uidit, ſed nec uide
Pro. 20. re põt, nec in natura humana propter ſuã impuritatem.
Quis põt dicere mundũ eſt cor meum, purus ſum a pec-
cato? Ideò coniunctum eſt, uitrum diuinitatis, cum plum
bo noſtræ humanitatis, & ſic unum ſpeculũ eſt effectum,
quia Chriſtus eſt uerus Deus, & uerus homo. In hoc igi-
tur ſpeculo, omnes maculas poſſumus ſpeculari, & eas p
aquam, ideſt cõfeſſionem mundare, & lauare poſſumus.
Superbus ibi ſpeculabitur deformitatem ſuæ ſuperbiæ,
Mar. 2. quia ibi uidebit magnam humilitatem. Diſcite a me, qa
mitis ſum & humilis corde. Auarus ibi ſpeculabitur ſuæ
auaritiæ & cupiditatis deformitatẽ, quia ibi uidebit ma-
1.Cor.8. gnam paupertatem. Scitis gratiam domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui cum diues eſſet pro nobis, egenus factus eſt.
Guloſus ibi ſpeculabitur deformitatem ſuæ uoracitatis,
quia ibi uidebit magnam ſobrietatem, quia quadraginta
diebus, & quadragiata noctibus ieiunauit, & nunquam
carnes



carnes legitur comedisſe, niſi de agno paſchali propter
præceptum legis. Tertium ſignum eſt, quòd peccator ſit
illuminatus quando clare uidet, & cognoſcit Iſta autem *Cognitio*
cognitio in duobus conſiſtit. Primo in cognoſcendo ſe- *illuminati*
ipſum. Vnde in libro ſoliloquiorum dicit Augu. Ora q̃ *in duobus*
breuius potes. Et reſpondet Augu. Deus ſemper noue- *conſiſtit.*
rim te, & nouerim me oratum eſſe. Secundo iſta cogni-
tio eſt cognoſcendo Deum in præſenti, & ſuam poten-
tiam & ſuã bonitatẽ, cognitio autem potentię generat
in nobis timorem, qui timor facit nos recedere a malo.
Secundum illud. Per timorem autem domini declinat Prou.15.
omnis homo a malo, cognitio bonitatis generat in no-
bis amorem, qui quidem amor inducit nos ad bonum,
quia ſicut dicit Greg. Non eſt amor Dei ocioſus, opera-
tur enim magna ſi eſt, ſi autem operari negliglit, amor
non eſt. Cognitio autem noſtri generat in nobis humili
tatem, iuxta illud. Humiliatio tua in medio tui, humili- Mich. 6.
tas aũt eſt cuſtos omnium uirtutum, quia ſicut dicit Gre
gor. Qui cæteras uirtutes ſine humilitate congregat.
quaſi puluerem in uentum portat. Et ſic patet, ꝙ hæc du
plex cognitio, ſcilicet Dei noſtri, eſt cauſa totius noſtræ
ſalutis, nam cognitio potentiæ Dei, generat timorem, q
facit uitare malum. Cognitio bonitatis Dei, generat
amorem, qui facit operari bonum. Cognitio autem no
ſtri, generat humilitatem, quæ nos conſeruat in uitatio-
ne mali, & operatione boni.

*Feria quinta quartæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſermo primus.*
*De ſtatu peccatoris, quomodo ſcilicet eſt mortuus,*
*extra domum delatus, portatur ſepelliendus, & a multis plangitur.*

IBat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naym, & ibant
diſcipuli eius cum eo, & turba copioſa plebis. Cum
autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defun-
ctus efferebatur filius unicus matris ſuæ. Quia hiſtoria Luc. 7.
huius euangelii ſatis eſt plana, ideò ad moralia tranſea-
mus.

Universidad de Deusto Biblioteca



mus. De iſto igitur adoleſcente, quatuor dicuntur.ſ.q
erat mortuus, q extra domũ iã erat delatus, q portaba
tur ſepeliẽdus, & q plãgentiũ multitudine erat uallatus.
Ideò merito per ipſum intelligi põt peccator in mortali
*Peccator mortuo aſſimilatur.* poſitus. Primo ergo erat mortuus, peccator aũt aſſimila
tur mortuo, quia ad inſtar mortui, eſt fœtidus, frigidus,
& ponderoſus. Eſt aũt conſciẽtia peccatoris fœtida tri
plici de cauſa. Primo quia eſt latrina diaboli, qui libẽter
habitat in loco fœtido & immũdo. Vnde dæmones non
petierũt mitti in colũbas, quia nõ amãt ſimplicitatẽ, ne
que in turtures, qa non diligunt caſtitatẽ, nec in agnos,
ſiue in oues, quia non diligunt innocentiam, ſed in por
*Iob 40.* cos, quia amant immunditiã vnde dr̃, quia ipſe diabolus
habitat in locis humentibus.i.lutoſis, & fętentibus. Se
cundo eſt eius conſcientia fętida. quia ſentina peccati, eò
*Eſa. 34.* q ſpurcitiæ omnium peccatorũ habitant ibi. Ibi cubabit
lamina, quantum ad peccatũ luxuriæ, quæ dr̃ habere pe
des equinos, & cætera fęminea, ibi habet foueã ericius,
quantum ad peccatum ſuperbię, quia ſuperbi ſemper ſe
pugunt, ibi congregati ſunt milui alter ad alterũ, quãtũ
ad peccatum rapacitatis & auaritię. Tertio eſt eius con
ſcientia fœtida, quia mortua eſt, ſine uita Dei, aĩa quidẽ
a qua receſſit Deus, eſt mortua, eius ſepulchrũ ẽ corpus
propriũ, quod quamuis uideatur a foris ſpecioſum, tñ in
*Mat. 23.* tus eſt ſpurcitia plenũ. Væ uobis ſcribæ & phariſei hypo
critæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris
apparẽt hominibus ſpecioſa, intus autem ſunt plena oſ
ſibus mortuorũ & omni ſpurcitia. Secundo peccator eſt
frigidus eo, q eſt ſine igne amoris diuini, amor quippe
*Luc. 12.* Dei eſt ignis. Ignem ueni mittere in terram &c. Chryſo.
Qui nõ hẽt ignẽ amoris Dei, in hyeme eſt, ẽt ſi fuerit in
media æſtate. Ideò dñs monet ut rogemus Deũ, ne ĩ tali
*Mat. 24.* hyeme moriamur dicens. Orate ut nõ fiat fuga ueſtra in
hyeme, uel ſabbato, uæ aũt prægnãtibus, & nutrientibus
illis diebus. Fuga aũt in hoc loco eſt mors, quia tũc ani
ma fugatur a Deo, ut rõnem ſibi reddat, ab Angelo pro
prio, ut cõtra ipſam teſtimoniũ prohibeat, a diabolo, ut
ipſam



ipſam ad tartara rapiat, a proprio ſcelere, vt cõtra ipſam
accuſationẽ proponat, corpus ẽt à uermibus fugatur, ut
ipſum comedãt, diuitiæ fugãtur a parentibus, ut ipſas di
ripiãt, orandũ eſt ergo, ne fuga noſtra, i. mors nr̃a, fiat in
hyeme uel ſabbato. illi moriũtur in hyeme, q moriunt̃
ſine igne amoris diuini Illi in ſabbato, q moriũtur ocio
& torpore operis boni. Orandũ eſt ne moriamur p̃gnan-
tes uel nutriẽtes, illi moriũtur p̃gnantes, qui bona pro-
poſita, quæ cõceperũt non cõpleuerũt, illi nutrientes mo
riuntur, qui peccãt ſub ſpe lõgioris uitæ, uel ſub ſpe diui
næ ueniæ, & uſq; ad mortẽ deducũt. Tertio peccator eſt
põderoſu, nihil.n. eſt põderoſius peccato, qđ patet, quia
dñs habet immenſam fortitudinẽ. Si fortitudo quæritur *Iob. 9.*
robuſtiſſimus eſt, cœlum hẽt firmiſſimam ſoliditatem.
Tu forſitã cum illo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi *Iob. 37.*
quaſi ære effuſi ſunt? tertiò terra hẽt ſoliditatẽ Terra aũt *Eccl. 3.*
in æternum ſtat, & tñ peccatum ita ponderoſum eſt, q
nec Deus ipſum poteſt portare. Si dixerint, qđ eſt onus *Hier. 33.*
dñi, dices ad eos, uos eſtis onus, proiiciã quippe uos. Lo-
quitur dñs ad ſimilitudinem illius, qui portat onus gra-
ue, quod intantum ponderat, q ipſum proiicit. Prębuiſti
mihi laborẽ in iniquitatibus tuis, nec cœlum potuit ip- *Eſa. 43.*
ſum ſuſtinere, ſicut patet in lucifero, cuius ſuperbia ſic
fuit ponderoſa, q cœlũ fregit, & ipſe ſubitò cecidit. Vide *Luc. 10.*
bam ſathã, ſicut fulgur de cęlo cadentẽ, nec terra ipſum
potuit tolerare, ſicut patet in Dathã & Abiron, qa terra *Nu. 16.*
ſub eorũ pedibus rupta fuit & eos uiuos deuorauit. Ecce
q̃tã põderoſum eſt peccatũ, q p̃ ſui põderoſitate Deum
premit, cęlũ frangit, & terrã ſcindit. Scđo iſte mortuus
extra portã erat delatus. Vbi notãdum, q Chriſtus tres *Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit.*
mortuos ſuſcitauit. Vnum in domo. ſ. filiam principis ar-
chiſynagogi, ut dicitur. Alium extra domũ, ſicut dicitur
hic. Alium ſepultum, & fętidum in monumento, ſicut
Lazarum, Quid autem iſta ſignificent dicit Augu. in lib. *Mat. 9.*
de ſermone domini in monte. Peccati ſunt tres differen *Ioan. 11.*
tiæ, in corde, in facto, & in conſuetudine. Vna eſt quaſi
in domo, quando ſcilicet conſentitur libidini.

Alia

Universidad de Deusto
Biblioteca



Alia iam prolata, quaſi extra domum,cum in factum
proceſſit conſenſus. Tertia cum conſuetudine mala,tan
quam mole terrena præmitur animus, quaſi in ſepul-
chro iam fætens, tunc igitur peccator eſt mortuus in do
mo,quando eſt in conſenſu peccati,tunc eſt extra domũ
qñ procedit ad opus peccati,tũc mole præmitur,& fetet
qñ in eſt cõſuetudine peccati. Quãdo igitur dñs ſuſcitat &
reuocat aliquos a cõſenſu peccati,hoc eſt magnũ, qñ ab
opere,hoc maius,qñ uerò ſuſcitat a cõſuetudine,hoc eſt
maximũ. Sed notandum q̃ filia archiſynagogi fuit ſuſci-
tata,eiecta multitudine,puer cẽturionis corã multitudi
ne,& Lazarus ẽt corã multitudine, & ea flẽte, nã fleue-
Martha,fleuit Maria Magdalena,fleuit Chriſtus,fleuerũt
iudæi. Per puellam igitur in domo ſuſcitatã,intelligitur
peccator occultus,qui Deum offendit,ideò debet facere
pœnitentiam in occulto, vt Deum placet. Per puerum
extra domum,intelligitur peccator manifeſtus,q Deum
offendit, & proximum ſcandalizauit, ideo debet facere
pœnitentiam manifeſtam,ut Deum placet,& proximum
ædificet. Per Lazarũ quatriduanũ intelligitur peccator
conſuetudinarius,qui Deum offendit,& proximũ ſcãda-
lizauit,& a Deo ſe nimis elõgauit,ideò debet facere pœ-
nitentiã manifeſtam,& acquirere ſibi ſanctorum uirorũ
ſuffragia,& ſic placet Deum,ædificet ꝓximum,& paula-
*Tertio.* tim poſſit appropinquare ad Deum. Tertio iſte mortuus
*Luc. 16.* portabatur ſepeliendus, ſic & peccator eſt ſepeliẽdus in
inferno. Iuxta illud. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in
ĩferno. Portitores autem eius ad ſepulturam infernalẽ
(ſecũdũ Ambroſium ſuper Lucam) ſunt quotuor ſpecia
lia delicta. Quidam deportantur a terra per appetitũ ter
renorum,ſicut auari. Alii ab aqua,per appetitum deliti-
arũ,ſicut luxurioſi. Alii ab aere per appetitum ambitionũ,
*Quarto* ſicut ſuperbi. Alii ab igne, per irã & odiũ ſicut iracũdi.
*Peccator* Quarto ille mortuus plãgentium multitudine fuit uala-
*à multis* latus. Per quod datur intelligi,q̃ peccator debet a mul-
*plãguntur.* tis plangi,ſeu fleri. Primo enim fletur a Deo. Ve mihi,
*Mich. 7.* quia factus ſum ſicut qui colligit racemos uindemiæ in
au-



autumno,plorat enim Chriſtus, quòd diabolus colligit
omnes vuas magnas, id eſt animas omnes magnas, &
ipſe uix poteſt habere paruas. Heu conſolabor ſuper ho *Eſa. 1.*
ſtibus meis, & uindicabor de inimicis meis. Glo. More
pii patris,eos licet inimicos,plangit, & percutit. Secun
do plangitur ab angelis,ſicut enim gaudent de conuer-
ſione peccatorum,iuxta illud. Gaudium eſt angelis ſu- *Luc. 15.*
per uno peccatore,pœnitentiam agente &c. ſic dolent &
plorant de eorũ præuaricatione. Ecce uidentes clama- *Eſa. 33.*
bunt,angeli pacis amare flebunt. *Hier. 6.*
Tertio plorandus eſt a ſeipſo. Luctum unigeniti fac *Mich. 1.*
tibi planctum amarum. Item facias tibi planctum uelut
draconum,& luctum quaſi ſtrutiorum. Mulier amariſſi
me plorat, quando unigenitum ſuum amittit,draco plã
git quãdo elephas ſuum conterit, ſtrutio vlulat quando
oua ſua perdit, ſic peccator debet flere quãdo diabolus
animam ſuam unigenitam extinxit,quia caput ſuum, id
eſt Chriſtum abſtulit,& quia omnia merita ſua eum per
dere fecit.
Quarto flendus eſt a quolibet chriſtiano. Aug. Sunt
ne in te, o chriſtiane uiſcera miſericordiæ, qui plangis
corpus, a quo receſſit anima, & non plangis animam a
qua receſſit Deus? Super mortuum plora, deficit enim *Eccl. 22.*
lux eius. Super fatuum plora, deficit enim ſenſu, mo-
dicum plora ſuper mortuum,quoniam requieuit, neq̃ſ-
ſimi enim nequiſſima uita, ſuper morte fatui, luctus
mortui ſeptem dies,fatui autem & impii omnes dies ui-
tæ illorum. Ex quibus uerbis habetur quòd tres ſunt *Plorandi*
plorãdi. ſ.mortuus,ideo dicit,ſuper mortuum plora.&c. *ſunt tres.*
fatuus,ideo dicit,& ſuper fatuũ plora, & homo impius
ſiue nequiſſimus, ideò ſubiungit, nequiſſimi nequiſſima
uita, ſuper mortem fatuis, ac ſi diceret,fatuus eſt peior
quàm mortuus. Sed adhuc homo nequiſſimus, ſiue im-
pius,peior ẽ quam fatuus. Iſti igitur tres ſunt plorãdi. ſ.
mortuus,fatuus,& impius, ſed differẽter, quia mortuus
eſt plorãdus paruo tẽpore,fatuus uerò eſt plorãdus om
ni tempore uitæ ſuæ,impius autem flendus eſt & in to-
ta

ta uita ſua, & poſt mortem ſuam. Vnde ſubdit, luctus
mortui ſeptem dies, fatui autem & impii omnes dies ui-
tæ illorum.

*Eadem quinta feria quartæ hebdomadæ quadrageſi-
mæ. Sermo ſecundus. De Viduitate.*

ET hæc uidua erat &c. Iſta uidua multum flebat,
ex eo quod unicum filium ſuum perdiderat. Et
iſte dolor generabatur in ea, ex quatuor cauſis
ſcilicet, ex eo quòd erat mulier, ex eo quòd erat mater,
ex eo quòd erat uidua, & ex eo quòd erat filius unicus.
*Primo.* Primo quidē generabatur in ea dolor, ex eo quòd erat
*Mulieres* mulier, naturaliter enim mulieres patiuntur magis, &
*magis cō* compatiuntur quàm uiri ex eo quòd habent animum
*patiūtur* magis mollē, unde mulier dicitur quaſi mollier, & hoc
*quā uiri.* ideo ſecundum philoſophum, in omni genere animaliū
fęminæ ſunt molliores quàm uiri, præter urſam, & leo-
pardam. Vnde quando inuenitur aliqua mulier ſeuera,
poteſt uocari urſa, uel leoparda. Mulier enim naturali-
ter eſt frigida, & ideò naturaliter ē magis paſſibilis, uir
autem ſiccus & calidus naturaliter, & ideo non ſic de fa-
cili patitur, nec compatitur. ideo de filii morte, uel e-
ius aduerſitate, mater magis dolet, quàm pater, ex eo q
eſt magis mollis & paſſibilis. Iſti filii autem honore, ac
ſublimitate, pater plus naturaliter gaudet quàm mater
quia eſt magis magnanimus. Iſtud apertete inſinuatur
*Prou 10* Filius ſapiens lætificat patrem. filius ſtultus meſticia eſt
*Secundo.* matris ſuæ. Secundo cauſabitur in ea dolor ex eo quòd
*Mater* mater erat, naturaliter enim plus mater filium diligit
*plus dili-* quàm pater, & ideo magis dolet de morte eius. de amiſ-
*git filiū a* ſione enim rei, quā magis diligimus, magis dolemus.
*quàm pa* Quare autem mater plus diligit filium quàm pater tres
*ter tripli* ſunt cauſæ. Prima eſt, quia illud circa quod plus labo-
*ci de cau* ramus, plus diligimus. Mater autem plus laborat quàm
*ſa.* pater circa filios, tam portando quàm in parturiendo,
*Thob. 4.* quàm etiam in educando. Memor enim eſſe debes, quæ
&



& quanta pericula paſſa ſit propter te mater tua in ute-
ro ſuo. Secūda cauſa eſt, quia illam rem plus diligimus,
quàm certitudinaliter magis noſtram eſſe ſcimus. Ma-
ter autem pro certo ſcit, quòd filium de ſe generauit. Pa
ter autem ſi credit, tamen certus non eſt. Vnde Iudas
dixit de Beniamin. Ipſum enim ſolum habet mater ſua. *Gen. 44.*
Non enim auſus fuit dicere, ipſum ſolum habet pater
ſuus, quia ſciebat quòd pater certus non erat. Tertia
cauſa, quia illam rem plus diligimus, in quam plus iu-
ris nos habere ſcimus. Mater autem habet maius ius in
corpore filii, quàm pater, quia ſecundum philoſophum,
plus eſt ibi de ſubſtantia matris quàm patris. Tertio cau *Tertio.*
ſabatur iſte dolor ex eo quòd erat uidua. Nam uiduæ
ſæpè decipiuntur, quia ſunt ſine uiro conſiliatore. Ideò
dicitur. Deuorant domos viduarum, ſub obtentu pro *Mar. 12.*
lixæ orationis. Sæpè etiam moleſtantur, quia ſunt ſine
uiro defenſore. Ideo dicitur. Defendite uiduam. Sunt *Eſa. 1.*
etiam ſæpè in triſtitia. quia ſunt ſine uiro conſolatore.
Et ideo graue peccatum eſt contriſtatas, iterum contri-
ſtare. Viduam nolite contriſtare. Cor uiduæ conſola- *Hier. 22.*
tus ſum. Religio munda & immaculata apud Deum pa *Iob. 29.*
trem hæc eſt, uiſitare pupillos & uiduas in tribulatione. *Iac. 1.*
Quando igitur uiduæ filios amittunt, multum dolent,
quia remanſerant eis loco uiri conſiliatoris, defenſoris,
& conſolatoris. Quarto cauſabatur in ea iſte dolor ex *Quarto.*
eo quòd erat unicus. Si enim alios filios habuiſſet, ſuper
eos conſolata fuiſſet. Et ideò amiſſio unigeniti, eſt ni-
mium doloroſa. Vnde ſcriptura quando vult exprimere
aliquem luctum nimis doloroſum, aſſimilat ipſum lu-
ctui unigeniti. Tres enim ſunt luctus doloroſi. Vnus *Luctus*
eſt in præſenti mundo, quo peccator lugere debet de eo *tres ſunt.*
quòd Deum offendit. Et iſte luctus aſſimilatur luctui *Hier. 6.*
unigeniti. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.
Secundus erit in iudicio, quando peccatores Chriſtum
uidebunt in carne humana, cum ſtigmatibus vulnerum,
quæ pro ipſis pertulit, & iſte luctus aſſimilabitur luctui
unigeniti. Aſpicient ad me quem confixerunt, & plan- *Zac. 2.*
gent

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



gent planctu magno quaſi ſuper unigenitum, & dolebūt
ſuper eū, quaſi dolore ſolet in morte unigeniti. Tertius
luctus erit inferno,ubi non erit aliqua lux, ſed tenebræ
perpetuæ. Vbi loco feſtiuitatis erit perpetuus luctus,&
loco cantici planctus æternus. Ille planctus ſimiliter
*Amos. 8.* aſſimilatur planctui unigeniti. Occidet ſol in meridie,
& tenebreſcere faciam terram.ſ.infernalem in die lumi-
nis,& cōuertam feſtiuitates ueſtras in luctum,& ponam
eam quaſi luctum unigeniti,& nouiſſima eius quaſi diē
amarum. Quoniam autem hic ſit mentio de uidua ideo
de ipſis uiduis tria uideamus.

*Vidua.* Et primo quot ſunt genera uiduarum.

Secundo quot ſunt regulæ ipſarum.

Tertio utrum ſit melius ſtare in uiduitate quàm tran-
*Primum* ſire ad alium uirum, uel ſecundum coniugium. Circa
*Viduarū* primum notandum quòd ſicut dicit Aug. Tria ſunt ge-
*genera* nera uiduarum. Vnum eſt quod intendit epulis & deli-
*tria sūt.* tiis. Secundum quod intendit curæ domus & filiis alen-
ds. Tertium eſt quod die ac nocte intendit orationibus
& ieiuniis. Primæ uiduæ ſunt malæ. De quibus dici-
*1. Tim. 5.* tur. Vidua quæ in delitiis eſt uiuens, mortua eſt, licet
enim uiuens ſit corpore, eſt tamen mortua mente. Se-
cundæ ſunt bonæ, & maximè quando nutriunt filios
*1. Tim. 5.* ſuos in timore Dei. Si qua uidua filios uel nepotes ha-
bet, diſcat domum ſuam bene regere, & mutuam uicē
reddere parentibus. hoc enim acceptum eſt coram Deo
Et infra, Siquis autem ſuorum, & maxime domeſtico-
rum curam non habet, fidem negauit, & eſt in fideli de-
terior. Tertiæ ſunt optimæ. De quibus dicitur ibidem.
*Secundū.* Viduas honora,quæ uerę uiduæ ſunt. Circa ſecundum
*Viduæ* notandum ꝙ apoſtolus fecit regulam uiduarum,quæ ha
*q̄uo eſſe* bet quatuor capitula. Primum eſt,ut ſint ī orationē de-
*debeant.* uotæ. Vnde dicitur. Quæ autem uerè uidua eſt,& deſola
*1. Tim. 5.* ta ſperet in domino, inſtet obſecrationibus die ac no-
cte. De hoc habetur exemplum in una uidua. De qua dr.
Quòd non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecratio
*Luc. 2.* nibus ſeruiēs Deo die ac nocte. Exemplū de illa uidua q
impor-



portunè iudicem interpellabat, quam dominus ad exē
plum adduxit, cum ad orandum induceret ut habetur.
Secundum capitulum eſt ut non ſint ocioſę. Vnde Apo- *Luc. 18.*
ſtolus reprehendit aliquas uiduas dicens. Simul autem *1. Tim. 5.*
& ocioſæ diſcunt domos diſcurrere. Periculum eſt mu-
lieri, cum ſit ocioſa. Dominus enim poſuit Adam & E-
uam in Paradiſo terreſtri, ut ibi operarentur, ſed diabo-
lus quadā uice inueniens fœminam ocioſam, eā aggreſ-
ſus eſt, & ipſam tētauit, & in peccatum fecit ruere ipſam
& uirum. Ideò dicit Hier. Semper aliquid boni facite, ut
diabolus te inueniat occupatum. Sicut.n.in aqua ſtante
generantur uermes, ſic in aīa ocioſa, generantur malæ
cogitationes. Multam malitiā docuit ocioſitas. Tertium *Ecc. 43.*
cap. eſt ut non ſint uerboſæ. Vnde apoſtolus quaſdam ui
duas reprehendit dicens. Non ſolum autem ocioſæ, ſed *1. Tim. 5*
uerboſæ loquentes quæ nō oportet. Quamuis.n.uerboſi-
tas ſit reprehenſibilis in uiris, præcipuè tn̄ in fęminis, &
maxime in uiduis. Nam ſecundum Chryſo. Mulieres sūt
incautæ, molles, & fragiles. Quia ſunt incautę, ideò de
facili decipiuntur. Quia ſunt molles, ideò ad bonum &
ad malum cito flectuntur. Quia ſunt fragiles, ideò faci-
liter ſuperantur. Ideò diabolus non eſt aggreſſus uirum
ſed fœminam. Sciens quod fœmina facilius deciperetur,
cum ſit ſexus mollior, & facilius uinceretur, cum ſit ſe- *1. Tim. 5.*
xus fragilior. Quartum capitulum eſt ut non ſint curio- *Tertiū.*
ſę. Vnde apoſtolus quaſdam uiduas repræhendit dicens. *In uidui*
Non ſolum ocioſæ, ſed & curioſæ diſcunt circuire do- *tate ma-*
mos. Legitur de naturis animalium, quod turtur amiſſo *nere me-*
compari ſtat in nido, & raro diſcurrit. Sic uidua raro de *lius eſt*
bet diſcurrere de domo in domum, ſed debet morari in *quam ad*
nido domus propriæ ibi in ſilentio habitando, uel in ni *ſecundū*
do conſcientiæ ſuæ, ipſam mundando, uel in nido ſan- *coniugiū*
ctæ eccleſiæ, orationibus inſiſtendo. *tranſire*

Circa tertium notandum eſt quod melius eſt eſſe in ui *quadru-*
duitate quam tranſire ad ſecundum coniugium quatuor *plici de*
de cauſis. Primo quia maioris caſtitatis eſt indicium. *cauſa.*
Quando enim mulier totiens nubit, ſignum eſt magnæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.Tim.5. incontinentiæ. Adoleſcētiores uiduas deuita. Cum au-
tem luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere uolunt. Ibi-
dem. Vidua eligatur quæ fuerit unius uiri uxor. In ali-
quibus enim auibus inuenitur hoc, ut poſtquam una mo
ritur, reliqua alteri non ſociatur. Bernar. Pudeat ad
negocium honeſtatis, rationem non poſſe in homine,
quod natura poteſt in uolucre. Hiero. in lib. contra Io-
uinianum. Portia minor cum laudaretur, quædam bene
morigerata quæ ſecundum acceperat uirum, reſpondit.
Fœlix & pudica matrona, nunquam præter ſemel nubit.
Secundo, quia hoc eſt ſignum maioris amoris ad pri-
mum uirum, quando, ſcilicet amore primi mariti nul-
lum alium uult habere. Cum enim ambo fuerint una
caro, mortuo uiro mulier remanſit ſemimortua, & ideò
amplius nubere non deberet. Refert Hieron. ut ſupra,
quod cum Valeria rogaretur ſecundum uirum accipere.
Reſpondit ſe hoc non poſſe facere, quia primus adhuc
uiuebat, quandiu inquit uixero, uir meus ſemper per a-
morem uiuet in corde meo. Idem etiam refert ibidem,
quod cum Marcia catonis nollet iterum nubere, & ui-
rum defunctum ſemper lugeret, interrogata, quem diem
haberet ultimum ſui luctus? ait, quem & uitæ ultimum.
Tertio quia hoc eſt ad maiorem ſecuritatem. Vidua.n.
eſt domina ſui, & in pace uiuit, & ſi accipit uirum, expo-
nit ſe diſcrimini, quia fortè habebit uirum rixoſum, &
durum. Vnde refert Hiero. ut ſupra, quod cum Anna ro-
garetur ut ſecundo nuberet. Reſpondit non ſe hoc fa-
cere, quia bonum habuerat uirum, & ſi ſecundum acci-
peret, aut ille eſſet bonus aut malus. Si bonus, ſemper
eſſet in timore, ne ipſum perderet. Si malus, ſemper eſſet
in dolore, quia poſt bonum uirum tam peſſimum ſuſti-
neret. Quarto, quia ad ſeruiendum Deo maiorem li-
bertatem habet. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ
1.Cor.8. ſunt domini, & mulier innupta & uirgo, cogitat quæ
ſunt Dei, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu, quæ autem nu-
pta, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro.
Hiero: in epiſtola ad Paul. Sancta, & nobilis melancia,
noſtri



noſtri temporis inter Chriſtianos natura nobiliſſima,
cum caleſcente adhuc mariti corpuſculo, necdum huma
to, duos filios perdidit, rem dicturus incredibilem, ſed
Chriſto teſte non falſam, ſtetit immobilis, & ad pedes
aduoluta Chriſti, quaſi ipſum teneret, arriſit & dixit, Ex-
peditius tibi ſeruitura ſum domine, quia me tanto one-
re liberaſti.

*Feria ſexta hebdomadæ quarta quadrageſimæ. Sermo primus.*
*De ſuſcitatione Lazari. quomodo aliqua retrahe-*
*bant, aliqua inducebant: aliqua uerò admi-*
*raculum exequendū concomitabantur.*

ERat quidam languens Lazarus a Bethania de ca-
ſtello Marthæ & Mariæ ſororum eius. Cum qua Ioan.11.
dam die Chriſtus Hyeroſolimis prædicaret, & inter cæ
tera diceret. Ego & pater unum ſumus. Iudæi ipſum
cum diſcipulis ſuis, lapidare uoluerunt. Sed ipſe de ma
nibus eorum euadens abiit trans Iordanem, longè a Be-
thania per dietam. Dum autem ibi eſſet, Lazarus infir-
matur, ſorores eius nuncium miſerunt domino dicentes.
Ecce quem amas infirmatur. Sed quare non iuerunt
perſonaliter ſicut Regulus & Centurio? Ad hoc reſpon
det Chryſo. quia uehementer confidebant de Chriſto,
& ideò ſperabant, quod per nuncium faceret quod pete-
bant. Alia ratio eſt ſecundum eundem Chryſo. quia a
luctu detinebantur. Tertia ratio eſt ſecundum Theophi
lum, quod non decet de facili mulieres circuire. Aliam
quæſtionem facit hic Augu. quare, ſ. non dixerunt ueni
& ſana, uel iube, & fiet. Sicut dixit Centurio qui ait.
Dic tantum uerbo & ſanabitur puer meus, ſed tantum di
xerunt, Domine ecce quem amas infirmatur. Et reſpon-
det Aug. ſiue glo. quia ſufficit amanti nunciare neceſſita
tem amantis, quia non deſerit quem amat. Vel poteſt di
ci quod ideo ſanitatem fratri ſuo non petierūt, ſed Chri
ſti uoluntati cōmiſerunt, quia neſciebat quid magis fra-
tri expediret. Vtrum, ſ. ſanari, uel infirmari uel mori,

Chriſtus autem nunciauit eis per nuncium, infirmitas hæc non eſt ad mortẽ. Et tunc Chriſtus in loco ubi nuncius eum inuenerat, manſit duobus diebus. Ideò Chriſtus manſit (ſecundum Aug & Chryſo.) donec Lazarus expiraret, ſepultus iaceret, atque fœteret, ut ſic miraculum magis appareret, quarta autem die dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Eamus in iudæam iterum &c. Circa aũt iſtud miraculum fuerunt quædam retrahentia, quædam inducentia, quædam cõcomitantia, & quædam ſubſequẽtia. Retrahentia fuerunt tria, ſ. retractio diſcipulorum, qui

**Primo.**

Chriſtum uolebant retrahere, ne in Iudæam pergeret. Primo incutiendo ſibi timorem dicentes. Rabbi, nunc te quærebant iudęi interficere, & lapidare, & iterum uadis illuc. Ipſi autem hoc non dicebant, compatiendo Chriſto, ſed maximè timendo ſibiipſi. Quibus reſpondit Chriſtus. Nonne duodecim horæ ſunt diei? Hic appellat ſe diem, & duodecim Apoſtolos, duodecim horas, ac ſi dicat. Horæ ſequuntur diem, nõ dies horas. Sic & uos debetis ſequi uoluntatem meã, non ego ueſtram, & ſi uoluntatem meam qui ſum dies ſecuti fueritis, non offendetis. Ideò dicit. Si quis ambulauerit in die non offendit, ſi autem uoluntatem ueſtram, quæ eſt nox ſecuti fueritis, offendetis. Vel aliter. Nonnè duodecim horæ ſunt diei? Quaſi dicat, non debemus credere quod iudæi perſeuerent in uoluntate me lapidandi, quia ſicut horæ mutabiles ſunt, ſic & affectus hominum, & frequẽter ſæpius mutatur cor hominis in die, quam horæ, & ideò qui ambulat in die, ideſt in pace ſicut & ego & uos, non offendit aliquem, ideò ſecuri eamus. Secundo uolebant eum retrahere aſſignando bonam rationem, nam cum Chriſtus dixiſſet. Lazarus amicus noſter dormit. Reſponderunt. Domine ſi dormit ſaluus erit. q. d. ſecundum Augu. Non oportet quod propter hoc uadas, quia ſomnus ægrotantium eſt ſalutis indicium. Et quærit hic Auguſt. quomodo diſcipuli ſic erant ſtulti quod crederent Chriſtum uelle ire, per tot ſtadia, ad excitandum dormientem, & reſpõdet, quod credebant Chriſtum loqui





in enigmate, ſicut ſępe cõſueuit. Chriſtus autem de dormitione mortis intelligebat, ſicut exponit Euangeliſta. Dicuntur autem mortui dormientes tribus de cauſis. Primo propter ſpem reſurrectionis, quia ſicut de dormiente eſt ſpes quod debeat euigilare, ſic de mortuo eſt ſpes quod debeat reſurgere. Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem nõ habent. Secundo propter facilitatẽ reſurrectionis. Augu. Dominus tanta facilitate excitat te de ſepulchro, quanta tu excitas dormientem de lecto. Tertio propter meliorationem immutationis, ſicut enim dormientes ſurgunt meliorati, in melius mutati. ſic & mortui boni reſurgent in melius mutati. Seminatur in corruptione, reſurget in incorruptionem. Tertio uoluerunt Chriſtum retrahere oſtendendo magnam perturbationem. & hoc quando Thomas dixit, Eamus & nos ut moriamur cũ ipſo. q. d. ex quo uult ſe exponere morti, moriamur omnes. Secundum autem gloſſ. Non fuit uerbum turbationis, ſed amoris. Vbi dicit, Ecce uerus amantium affectus, aut cum eo uiuere, aut cum eo mori. Secundum uerò Chryſ. fuit uerbum formidinis, & timoris, omnes enim diſcipuli ut ibidem dicit, iudæos timebant. Super omnes alios Thomas. Sed Chriſtus non dimiſit nec propter eorum perturbationem, nec propter eorum amorem, nec propter ipſorum timorem. In hoc dat nobis exemplum, quod ea quæ ſunt ad gloriam Dei & ad utilitatem animarum, non debemus dimittere, nec propter priuatum amorẽ, nec propter alicuius perturbationem, nec propter aliquam formidinem. Secundo fuerunt quædam inducentia, & iſta fuerunt tria. Primum eſt honor paternus unde dixit. Infirmitas hæc nõ eſt ad mortem, ſed ad gloriam Dei. Circa quod ſciendum quod eſt quædam infirmitas quæ eſt ad mortem corporis tantum, ſcilicet ſanctorum martyrum. Alia eſt infirmitas quæ eſt ad mortem animę, quæ eſt tantum peccatorum. Tertia infirmitas eſt quæ eſt ad mortem utriuſq; quæ eſt damnatorum. Infirmitas aũt Lazari, non

*Mortui dicuntur dormientes triplici de cauſa*

1. The. 4

1. Co. 15

**Secundo.**

*Infirmitatũ uarietas.*

Universidad de Deusto Biblioteca



fuit ad mortem corporis,quia nõ fuit a morte detentus
ſed reſuſcitatus.Nec fuit ad mortem animæ,quia gratia
fuit plenus. Nec fuit cum morte damnatorum,quia non
deſcendit ad infernum , cum damnatis , ſed in limbũ cũ
patribus ſuis ſanctis,& ideò fuit ꝓ gloria Dei,ut glorifi
cetur filius Dei ꝑ illum,qa & Deus per eius reſuſcitatio
nem eſt glorificatus, & Chriſtus Deus eſt manifeſtatus
Secũdum inductiuũ fuit amor. Vnde dixit, Lazarus ami
cus noſter dormit ,ideò diligebat Ieſus Lazarum, & Ma
riam,& Martham ſorores eius, iſti enim quadã ſpeciali
familiaritate,Chriſto fuerũt coniũcti, ita ꝙ Lazarus uo
cabat eum amicum ſuũ,Maria magiſtrũ ſuũ , & Martha
hoſpitem ſuum.Tertium inductiuum fuit compaſſionis
affectus.Compatiebatur enim Chriſtus amico ſuo de-
functo,qui iacebat in tanto fætore & miſeria, compatie
batur ſororibus dilectis , quæ erant in tanta triſtia,com
patiebatur quodammodo ſibiipſi,quia carebat præſẽtia
tã boni amici,& ideo his tribus conſiderationibus intã
tum compaſſus eſt, ꝙ compaſſionem oſtendit uerbo, cũ
dixit.Vbi poſuiſtis eum?& eſt uerbum piæ compaſſionis
q.d.pater prius cõquærẽdo de filio defuncto & ſepulto,
ubi poſuiſtis filium meum?Ita Chriſtus quadam pia con
queſtione dixit.Vbi poſuiſtis amicum meum? oſtẽdit et
ipſam compaſſionẽ in ſigno, quia lachrymas fudit, oſtẽ
*Tertio* dit in facto,quia ipſum reſuſcitauit. Tertio fuerunt quę
dam concomitantia , & iſta fuerunt tria. Primum fuit
quia lapidem remouere fecit dicens, tollite lapidem.Po
tera enim Chriſtus ipſum facere reſurgere, non remoto
lapide, uel ſolo uerbo poterat remouere lapidẽ,ſed uo
luit ut ipſi accederent, & uiderent, & fœtorẽ ſentirent,
& de miraculo nõ dubitarẽt,ne dicere poſſent quòd fan
taſma fuerit,uel quòd alius fuerit qui reſurrexit Certifi
cati enim ſunt per omnes corporis ſenſus,ſcilicet per uo
cem,quando dixerũt,uenite & uidete,per uiſum, quãdo
ipſum faſciatum exire uiderunt,per tactum,quando lapi
dem leuauerunt,& uincula ſoluerunt,per auditum quan
do audierunt.Lazare ueni foras,per olfatum,quando fę
torem



torem ſenſerunt. Secundum concomitans fuit quod
Chriſtus fremuit & ſeipſum conturbauit , lachrymas fu
dit,Quod quidem Chriſtus uoluit,ut (ſecundum Theo-
philum)ſe eſſe uerum hominẽ oſtenderet,quia tales paſ
ſiones in deum cadere nõ poſſunt.Vel ideo hoc fecit,(ſe
cundum Hiero.)quia dolebat quòd amicũ ſuum ad iſtã
miſeriam reuocabat, Vel ideò hoc fecit,ut nos inſtruat,
quòd debemus compati miſeriis aliorum. Tertium con-
comitans fuit quia patrem orauit dicens,pater gratias ti *Orauit*
bi ago.Non autem hoc fecit ut indigeret oratione,quia
eiuſdem poteſtatis erat cũ patre,& quia multos ſanauit
ſola iuſſione, ſed ideo orare uoluit, ut oſtenderet quòd
non erat contrarius deo,ſicut iudei ſibi imponebant.Vn
de ſubdit.ego autem ſciebam quòd ſemper me audis,ſed
propter populum qui circunſtat dixi . Vel ideo orauit,
ut oſtenderet quòd miracula faceret uirtute Dei,non in
poteſtate diaboli, ſicut iudei ſibi imponebant. Vel ideo
orauit,ut doceret nos in noſtris neceſſitatibus ad ora-
tionis ſuffragium eſſe recurrendum. Quarto ponuntur *Quarto*
quædam ſubſequentia, Inter illos enim qui ibi aderant
quidam erant boni ſicut diſcipuli,quidam autem mali
ſicut iudei,ex iſto enim miraculo boni facti ſunt melio-
res,quia diſcipuli in fide fuerunt amplius confirmati.Ma
lorum autem quidam facti ſunt boni , quia ad fidẽ ſunt
conuerſi, ſicut ibidem habetur.Quidam facti ſunt peio-
res,de quibus dicitur.Collegerunt ergo pontifices & pha
riſei conſilium &c.Quidam fuerunt dubii,de quibus eſt
incertum,utrum fuerunt conuerſi uel non,de quibus di
citur.Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſeos &
dixerunt eis omnia quę fecit Ieſus(ut dicit glo.)ſiue ali
quid nunciando,ut crederent,ſiue prodendo ut ſeuirent
eodem modo accidit de prædicatione ueritatis, quia qui
dã de ipſa ueritate de bonis efficiuntur meliores , ſicut
ſunt manſueti,quidam de malis efficiuntur boni ſicut ad
pœnitentiam conuerſi, quidam in ſua malitia perſeue-
rant ut obſtinati,quidam nec peiores,nec meliores effi-
ciuntur,ſicut tepidi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Eadem feria ſexta quartæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſermo*
*ſecundus. In quo iuſtos lætari, peccatores timere, &*
*ſperare, trilati uerò conſolari debere oſtenditur.*

*Ioh. 2.* DIligebat Ieſus Marthã, & Mariam ſororem eius
& Lazarũ. In iſto euangelio ponuntur quędam
unde boni & iuſti debent gaudere,quædã deq-
bus peccatores debent timere, quædã unde ipſi peccato
res debent ſperare,& quædã unde tribulati cõſolationẽ
debẽt recipere. Boni enim audiẽtes,ꝙ a Chriſto dilguni
multũ gaudere debent. Vnde dr̃ hic, diligebat Ieſus Ma
*Via tri-* riã &c.Boni aũt aut ſunt in uita contẽplatiua , aut ſunt i
*plex eun* actiua,aut ſunt in pęnitẽtia. Iſtæ ſunt tres uiæ eũdi ad cę
*di ad cæ* lum. Prima uia eſt ire per uiã cõtẽplatiuã, iſta ſignatur
*lum.* per Mariã, quæ ad pedes Chriſti ſedebat,& eius uiſione
& locutioe paſcebat̃, iſta uia eſt diuturnior,q̃ actiua,qa
illa finitur,iſta non aufertur. Ideò dr̃ pars optima , quæ
nõ auferetur ab ea. Actiua.n.uita eſt tantum in præſenti
nõ in futuro. Ibi enim non eſt neceſſe, ꝙ aliquis aliquẽ
induat,quia ueſte immortalitatis ſunt oẽs induti,nec ali
quẽ potet uel paſcat,quia oẽs ſunt ſaturitate pleni. Nec
ꝙ in hoſpicio recipiat,qa oẽs ſunt in propria patria con
ſtituti,nec ꝙ aliquẽ infirmũ uiſitet, quia nullus ibi infir
matur,nec ꝙ ad ſepulchrũ uadat,quia ibi nullus morit.
Secũda uia qua itur ad cœlũ,actiua uita eſt, & iſta ſigni
ficatur ꝑ Marthã quæ pauperes & peregrinos recipiebat
hoſpicio,& iſta uita ẽ utilior & fructuoſior,q̃ prima. Eſt
enim utilior proximo, quia inde ſuſtentatur. Eſt utilior
facienti,quia inde remunerantur. Bona enim tp̃alia nõ
ſunt noſtra propria, ſed ſunt nobis accommodata, non
ſunt mãſura,ſed tranſitoria,non ſunt præcioſa,ſed uilia
*Eleemo-* eleemoſyna enim facit ut accommodata ſint propria,qa
*ſyna mu-* quæ pauperibus damus propria habemus Petrus Rauẽ.
*nus.* Da pauperi ut det tibi,quia quicquid pauperi dederis,tu
habebis,quod pauperi non dederis,alius habebit. Idẽ. Si
hic manſurus es, quæ tua ſunt hic depone, ſi illuc iturus
es



es,hic quæ tua ſunt cur relinquis ? qui relinquenda ſer-
uat,alienorum cuſtos eſt,non ſuorum. Facit enim ea quæ
ſunt tranſitoria,ut ſint perpetua , ſiue propria & ſecura.
Ambro. Hæreditas in tuto loco ponitur,quæ Deo cuſto
de ſeruatur. Petrus Rauẽ. Quidquid pauper accipit pa-
ter cęleſtis ſuſcipit,& in cęlo recondit. Aug. Quaſi fœ-
dus traiectitium his facis cum Deo tuo, hic das res peri
turas,ibi recipis ſine fine manſuras. Facit etiam eleemo-
ſyna,uilia,ut ſint precioſa,quia terram mutat in cęlum
unum uertit in centuplum. Petrus Rauen. Da pauperi,ut
accipias cęlum,da nummum,ut accipias regnum, da mi-
cam,ut accipias totum panem. Et ſubdit. Deus unum ac
cipit,& centum dat, & tamen nolunt homines cum Deo
habere contractum : Quantum Deus diligit uitam acti-
uam,oſtenditur per hoc quòd non de Rachel , per quam
ſignificatur uita contemplatiua,ſed de Lya. per quam ſi
gnificatur uita actiua naſci uoluit. Tertia uia eũdi ad cœ
lum eſt per pœnitentiam . Si enim aliquis per mortale
peccatum a uita contemplatiua,uel actiua receſſit , unũ
ſibi reſtat remedium , ſcilicet ꝙ recurrat ad pœnitentiæ
ſuffragium,& tunc qui erat mortuus per culpam , reſur-
git per pœnitentiam. Iſti ſignificantur per Lazarum re-
ſuſcitatum. Diligebat igitur Ieſus Mariam,& Martham,
& Lazarum. Quia Chriſtus diligit ferucnter contemplã *Chriſtus*
tes,utiliter operantes,& a peccato reſurgentes. Qui non *quos fer-*
eſt in numero iſtorum trium a Deo nõ diligitur, ſed odi *uenter di*
tur. Iſti ſunt tres uiri illi de quibus dicitur. Tres iſti uiri, *ligit.*
ſcilicet Noe, Daniel,& Iob, in ſua iuſtitia liberabunt ani *Eze. 14.*
mas ſuas. Per Noe,qui Deo arcam fabricauit,& in flucti
bus rexit, ſignificantur actiui , qui ſæpe fluctuationibus
exponuntur. Per Danielem, qui cœleſtes uiſiones aſpe-
xit,intelliguntur contemplatiui. Per Iob, qui interpreta-
tur dolens,intelliguntur pœnitentes,qui de peccatis ſuis
dolere debent. Secundo in iſto Euangelio ponuntur quæ
dam unde peccatores debent multum timere. Mul-
tum enim debent timere peccatores, quia nunquam pro
pria uirtute a peccato poſſũt exire,ſicut nec Lazarus po
tuiſſet

Universidad de Deusto Biblioteca



euiſſet reſurgere, niſi Dei uirtute. Et ſuper hoc ponitur
triplex exemplum. Primum ponitur ab Arſenio, qui
dicit, quòd homo poteſt ſe per ſe in foueam præcipita-
re, ſed per ſe non poteſt inde exire. Et illud exemplum
Eſa. 24. pertinet ad auaros. de quibus dicitur. Formido, & fo-
uea, & laqueus ſuper te, qui habitatores terræ. Auarus
enim ſemper eſt in formidine, ne diuitias ſuas perdat.
ſemper eſt in fouea profundę cupiditatis, quia nunquam
poteſt ſatiari. Semper illaqueatus eſt a diabolo, quia nũ-
quam vult reſtituere. Secundum exemplum eſt Chry-
ſo. qui dicit, quòd ſicut nauis fracto gubernaculo, illuc
ducitur vbi tempeſtas uoluerit, ſic homo perdito auxi-
lio gratiæ Dei, non facit quod uult, ſed quòd diabolus.
Et illud exemplum pertinet ad luxurioſos, qui ſunt in
mari carnalium uoluptatum, quæ licet uideantur dul-
Pro. 23. ces, tamen in ueritate ſunt amaræ. Oculi tui uidebunt
extraneos, & cor tuum loquetur peruerſa, & eris dormi-
ens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo
clauo, id eſt Dei auxilio. Tertium exemplum eſt eiuſ-
dem Chryſo. qui dicit. Antequam peccemus liberi ſu-
mus. Sed ſi ſemel operibus diaboli nos obligauerimus,
iam noſtra uirtute liberari non poſſumus. Sicut enim po-
pulus facit regem, tamen iam factum non poteſt expel-
lere, ſic poſtquam homines thronum diaboli in cordi-
bus ſuis poſuerunt, iam nullus poteſt eos corrigere, niſi
Deus. Et iſtud exemplum pertinet ad ſuperbos, qui
Iob 41. diabolum ſuum regem fecerunt. Iuxta illud. Ipſe eſt
rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Tertio in iſto Euange-
lio ponuntur quædam, unde peccatores multum ſpe-
rare debent. Lazarus enim erat mortuus, & ſepul-
tus, & fœtidus, & tamen reſurrexit ad uitam. Per
quod datur intelligi quòd quantumcumque ſit aliquis
grauis peccator, tamen cum Dei auxilio, poteſt ad
pœnitentiam reſurgere. Debet tamen quilibet Deum
rogare, ne in peccatis profundetur. Et ſi profun-
datus fuerit, debet recurrere ad Deum, ut non de-
mergatur. Hoc modo orabat propheta dicens. Non
me



me demergat tempeſtas aquæ &c. Tunc tempeſtas Pſa. 68.
aquæ hominem demergit, quando grauis tentatio pec-
cati impellit. Tunc profundum abſorbet, quando pro-
funditas uitiorum ipſum detinet. Tunc puteus ſuper os
ſuum urget, quando in deſperationem ductus, confiteri
non audet. Vbi dicit Auguſt. Si cecidiſti o homo, non
claudet ſuper te puteus os ſuum. ſed tu non claudas os
tuum, ſed confitere & dic. De profundis clamaui ad te,
& ſic euades Non debet tamen etiam profundatus de-
ſperare, quia ſicut dicitur in Pſalm. Dixit dominus ex
baſan conuertam, conuertam in profundum maris. Se-
cundum Glo. baſan interpretatur confuſio, uel ſiccitas.
Per profundum maris ſecũdum Glo. interprætantur de-
ſperatiſſimi. Eſt ergo ſenſus quòd Deus ſæpè conuer-
tit illos, qui ſunt in confuſione peccatorum & in ſiccita
te gratiæ Dei & bonorum operum, & qui prolapſi ſunt
uſque ad profundum deſperationis. Quarto in iſto E-
uangelio ſunt quędã unde tribulati poſſunt conſolari, Quarto
Chriſtus enim diligebat Mariam & Martham, & tamen
dimiſit eas uenire in magnam tribulationem, ut per hoc
detur intelligi, quòd Deus amicos ſuos in præſenti uita
multis tribulationibus exponit, quia ipſæ tribulationes
ſunt eis in ſignum amoris, & meritum æternæ gloriæ,
Vnde ipſæ tribulationes a propheta appellantur apes,
ideò dicit. Circundederunt me, ſicut apes. Apes enim
licet pungant, tamen me propinant. Sic etiam perſe-
cutiones licet pungant in carne, tamen dant conſola-
tionem in mente. Pſalm. Secundum multitudinem dolo-
rum meorum in cor. me o conſo. tuæ leti. animam meã.
A Deo autem ipſę perſecutiones uocantur uirga, ſiue ba
culus Dei. Væ aſſur uirga furoris mei, & bacũlus ipſe ẽ. Eſa. 10.
Solet enim pater filium percutere uirga, & poſtquam
fuerit correctus, uirgam proiicit in ignem, & filio dat
ſuam hæreditatem. Sic Deus per malos corrigit bonos
& tandem malos proiicit in ignem inferni, & bonos de
ducit ad hæreditatem cœli. Et in hoc ſenſu loquitur
dominus, cum dicit, Vę aſſur, quaſi dicat. Quamus
per

per malos bonos corrigam, tamen uæ eis, quia poſtmo-
dum malos igni infernali tradam, & bonos ad gloriam
*Perſecu-* deducam. Ab Auguſt. autem in lib. 50. Homel. ipſi perſe-
*tor, torcu-* cutores uocantur torcular & mole. Vnde ait. Conſidera
*lar et mo-* quòd illi, qui te perſequuntur, apud Deum uelut mole
*le, quare* & tocular deducantur, tu uerò quaſi oliua, & uua egre-
*nocetur.* gia. Sicut ergo in torcularibus uua & oliua præmuntur
ut uinum & oleum ſeruentur, & ponantur in cellario &
caua, ita per nequitiã malorum, illi qui boni ſunt, multis
tribulationibus fatigantur, ut animæ eorum tanq̃ uinũ
& oleum recondi in æterna cellaria mereantur.

*Sabbato quartæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. Quomodo Chriſtus lux eſt. De aliquibus lucis contrariis effectibus.*

*Iob. 8.* EGo ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambu-
lat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Super
hunc locum dicit Auguſtin. Hæc uerba domini,
cum uerbis pſal. concordant dicentis. Quoniam apud
te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. In
iſtis uiſibus corporalibus aliud eſt lumẽ, aliud eſt fons.
Fontes fauces quærunt lumen oculi apud Deum, qui lu-
men eſt. Hic eſt fons, qui tibi lucet, ut uideas, ipſe ti-
bi manat ut bibas. In hoc igitur euangelio, primo luci
ſe aſſimilat, cum dicit. Ego ſum lux mundi. Secundo
oſtendit, quòd iſta lux homines in uia morum dirigit &
illuminat, cum dicit. Qui ſequitur me non ambulat in
tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Tertio oſtendit, quòd
fulgor iſtius lucis, Iudæorũ oculos excæcauit. Cũ enim
ad illud q̃d dominus dixit. Ego ſum lux mũdi &c. debuiſ-
ſent eſſe illuminati, potius fuerũt excæcati dicendo. Tu
de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuũ nõ eſt
uerũ. Quarto abſcentia huius lucis, hoĩes in iudiciis er-
rare facit. Vnde ſubdit. Vos ſecundũ carnem iudicatis
&c. Quinto iſta lux ſeipſum & patrem manifeſtat. Vnde
ait, Solus nõ ſum, & ego, & q miſit me pater unũ ſumus.
Circa



Circa primum notandũ q̃ Chriſtus aſſimilatur luci, ex *Primum*
eo q̃ omnes illuminat. Erat lux uera quæ illuminat om- *Chriſtus*
nem hominẽ uenientem, ſed tamen non oẽs illuminan- *luci aſſi-*
tur. Quod põt cõtingere tribus de cauſis. Vel quia homo *milatur,*
in domo tenebroſa ſe includit. Vel quia oculos claudit. *& quare.*
Vel quia obſtaculum interponit. In domo obſcura ſe in- *Io. 1.*
cludit, quando affectat ignorantiam. Vnde dicitur. Ipſi *Iob 24.*
fuerunt rebelles lumini. Oculos claudit, qui non aperit
uoluntatem ſuam. Declinauerunt oculos ſuos ut non *Dan. 13.*
uiderent cœlum, neq; recordarẽtur iudiciorum iuſtorũ.
Obſtaculum enim interponit, qui habet mortalẽ culpã.
Iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos & Deum. Circa *Eſa. 59.*
ſecundum notandum q̃ iſta lux Chriſti ambulantes illu- *Secundũ.*
minat, ne tenebras incurrant. ideo dicit, Qui ſequitur me
non ambulat in tenebris ſed &c. Vbi dicit Aug. Tenebræ
metuendæ ſunt morum, non oculorũ, & ſi oculorũ non
exteriorũ, ſed interiorũ. Nõ illorũ vñ diſcernitur nigrũ
& albũ, ſed unde diſcernitur iuſtũ & iniuſtũ. Nõ poſſunt
errare qui uadunt poſt iſtam lucem. i. Chriſtũ. In ipſo fue- *In Chri-*
runt tria quæ hoĩem defendũt ne erret in uia, pedũ. ſ. fer- *ſto tria*
ramentorũ impreſſio, crucis erectio, & ſpinarũ ſiue plan- *fuerunt.*
tarũ reflexio. Chriſtus igit fuit uia. Ego ſum uia, & ueri- *Io. 14.*
tas. In iſta uia fuit imp̃ſſio uulnerũ. Fuit crucis erectio. i. *Io. 18.*
crucis baiulatio. Baiulãs ſibi crucẽ. Fuit ſpinarũ & plan-
tarũ reflexio. i. de ſpinis coronatio. Impreſſio igitur ferra-
mẽtorũ. i. uulnerũ docet nos ad currẽdũ per iſtã uiã pa-
tiẽter, aſpiciendo. ſ. q̃ ipſe fuit actor & cõſumator uulne-
rũ. Deponẽtes oẽ pondus, & circunſtans nos peccatũ, p *Heb. 12.*
patientiã curramus ad propoſitũ nobis certamẽ, aſpiciẽ-
tes in actorẽ fidei & cõſumatorẽ Ieſum. Inſpectio crucis
debet nos inducere ad eundũ in uia mandatorũ Dei ual-
de gaudẽter. Vnde ſubdit Apoſtolus, Qui propoſito ſibi
gaudio ſuſtinuit crucẽ omni confuſione contempta. In-
ſpectio coronæ ſpineæ debet nos inducere ad eũdũ perſe-
ueranter & infatigabiliter. Iudæi enim contradixerunt *Io. 19*
eum regem eſſe. Non habemus regem niſi Cæſarem. Et
ideò in ſignũ deriſionis, coronã ſpineã ſibi impoſuerunt.
Iſta

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Iſta igitur contradictio & deriſio Ieſu Chriſti, debet
nos inducere ne deficiamus in uia per aduerſa aliqua.
Vnde ſubdit Apoſtolus, Recogitate eum qui talem ſu-
ſtinuit aduerſus ſemetipſum a peccatoribus contradictio
nem, ut non fatigemini animis ueſtris deficientes. Vn-
de dicit glo. Auguſt. Omnia bona terrena contempſit
Chriſtus, ut in illis non quæratur fœlicitas, & omnia
mala terrena ſuſtinuit, ut in illis non timeretur infœli-
*Tertiũ.* citas. Circa tertium notandum quòd iudæi fuerunt de
natura noctuæ quæ ad lucem excæcatur. Sic & ipſi cum
debuiſſent illuminari, fuerunt excæcati. Vnde dixe-
runt, Tu de teipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuũ
non eſt uerum. Chriſtus autem oſtendit eis quòd teſti-
monium patris & ſuum eſt recipiendum, quia ſcriptum
eſt in lege ipſorum, quòd in ore duorum uel trium te-
ſtium ſtat omne uerbum. Verum eſt tamen quòd in cau
ſa propria non accipitur teſtimonium alicuius, ſed in
cauſa aliena, quia homo poteſt fallere & falli. In Deo
autem non ſic, quia nec in cauſa ſua, nec in cauſa noſtra
poteſt fallere nec falli. Sicut enim obſcuritas facit nos
errare circa res cognoſcendas, lux autem non poteſt
errare, nec circa ſe nec circa alia, quia in ueritate ſe &
alia manifeſtat. Sic & homo cum ſit in tenebris igno-
rantiæ, ſæpe poteſt fallere & falli. Deus autem cum ſit
lux, nec falli nec fallere poteſt. In hoc autem quòd iu-
*Iudæi q̃ Chriſto imponebant.* dæi dixerunt Chriſto. Teſtimonium tuum non eſt ue-
rum, imponebant ei mendacium. Nam aliquando impo
nebant ſibi mendacium in ore, ſicut hic. Aliquando
peccatum in corde. Nos ſcimus quia hic homo pecca-
*Io. 9.* tor eſt. Aliquando tranſgreſſionem in opere. Ibidem.
Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.
*Eſa. 17.* Magna ueſania eſt imponere mendacium ueritati. Ser-
mo tuus, id eſt filius tuus ueritas eſt. Imponere peccatũ
*Dan. 9.* ſanctitati. Vocatur ſauctus ſanctorum. Imponere tranſ-
greſſionem ſabbati domino. Chriſtus enim inquantum
*Mat. 12.* Deus, dominus erat ſabbati. Dominus eſt filius homi
*Quartũ.* nis etiam ſabbati. Circa quartum notandum quòd ab-
ſentia



ſentia ueri luminis facit errare hominẽ in iudiciis, ut di-
cat uerba mala eſſe bona uerba. Vnde dicit. Vos ſecun-
dum carnem iudicatis. Illi enim qui non habent lucem
gratiæ & ſapientiæ, dicunt diuitias, & delitias, & hono-
res eſſe uera bona. Sed quòd iſti errent patet. Diuitiæ *Temporalia non ſunt uerè bona.*
enim temporales non ſunt ueræ diuitiæ. quod patet in
morte & poſt mortem. Nam in morte deducunt homi-
nem ad denudationem, & ſummam paupertatem. Nu-
dus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus reuertar *Iob 1.*
illuc. Idem. Saccum conſui ſuper cutem meam, & ope *Iob 16.*
rui cilicio carnem meam. Mortui enim, ſacco & cili-
cio inuoluuntur. Poſt mortem uerò deducunt ad extre-
mam penuriam, ſicut patet. De illo diuite qui ad tan- *Luc. 16.*
tam deuenit penuriam, quòd non potuit habere guttam
aquæ. Similiter delitiæ carnales non ſunt uerè delitiæ.
quod patet in morte & poſt mortem. Nam in mor-
te corpus in delitiis nutritum deducunt ad uermium co
meſſionem In puluere dormient & uermes operiẽt eos.
Poſt mortem deducunt animam ad tinearum & uermiũ
corroſionem. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua.
Concidit cadauer tuum, ſubter te ſternetur tinea, & o- *Eſa. 14.*
perimentum tuum erunt uermes. Similiter honores
mundani non ſunt ueri honores, quod patet in morte
& poſt mortem. Nam in morte deducunt ad ſuppedita-
tionem, quia illi qui alios ſuppeditabant, tandem in
morte ab aliis ſuppeditabuntur, quando ſcilicet tran-
ſeuntes homines & beſtiæ, & ſerpentes & uermes ſuper
eorum foueam gradientur. Cum enim morietur homo, *Eccl. 10*
hæreditabit ſerpentes & uermes & beſtias. Poſt mortem
uerò deducunt ad laci infernalis profunditatem. Qui *Eſa. 14.*
dicebas in corde tuo. In cœlum conſcendam &c. Ideò
ſequitur, Veruntamẽ ad infernum detraheris in profun
dum laci. Chriſtus autem qui lucem diuinæ ſapientiæ
habet, dat iudicium uerum, & iudicat iſta falſa eſſe. Vn-
de poſtquam dixit, Vos ſecundum carnem iudicatis. ſub-
dit, Ego non iudico quenquam, ſcilicet ſecundum car-
nem. & ſi iudico ego, iudicium meum uerum eſt. Po-
nit

Universidad de Deusto
Biblioteca



nit autem uerum iudicium de ſupradictis, ſcilicet de di-
Matt. 6. uitiis & delitiis & honoribus, cum dicit. Nolite theſau-
rizare uobis theſauros in terra, vbi erugo, & tinea demo
litur, & ubi fures effodiunt. Non ſunt enim uerę delitiæ,
quia corpora delicate nutrita, a tineis & uermibus co-
meduntur. Non ſunt ueri honores, quia homines exalta-
ti in terra effodiuntur, & fures, id eſt dęmones omnem
Quintũ. gloriam ipſorum furantur. Circa quintum notandum q
lux manifeſtat ſe & omnia alia. Sic & Chriſtus manife-
ſtauit ſeipſum & patrem ſuum. Vnde ſubdit, Ego ſum q
teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhi-
bet de me qui miſit me pater. Et cum iudæi interrogaſ-
ſent ubi eſt pater tuus? Reſpondit, Neque me ſcitis neq;
patrem meum ſcitis. Quę verba exponit Augu. dicens,
Quando uides aliquem alicui ſimilem quotidiana locu
tio eſt, ſi hunc uidiſti illum etiam uidiſti, propter ſuam
ſimilitudinem. Sic & Chriſtus dixit, Si me ſciretis, & pa
trem meum ſciretis, non q pater ſit filius, ſed quia patri
eſt ſimilis filius. Deinde Aug. ſubdit, Hoc autem uerbũ
forſitan uidetur eſſe uerbum dubitationis. Homines ue
rò de rebus quas certas habent, aliquando uerbũ dubita
tionis ponunt, uelut ſi indigneris ſeruo tuo, & dicas con
temnis me. conſidera. forſitan dominus tuus ſum. Sic &
dominus non dubitando increpat infideles, cum dicit,
Tria de patre æterno incognita ſunt. Forſitan & patrem meum ſciretis. Notandum autem q
de patre nobis tria incognita erant, ſcilicet gloria eius,
quia nullum ad ſuam gloriam recipiebat. Gratia eius,
quia nullum ſibi reconciliabat. Veritas & ſapientia eius,
quia nulli uiam eundi ad cœlum demonſtrabat. Sed iſta
tria Chriſtus nobis manifeſtauit & ſecum portauit. De
Io. 1. quibus dicitur. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi uni
geniti a patre, iſtud refertur ad primum. Plenum gra-
tiæ, iſtud refertur ad ſecundum. Et ueritatis. iſtud refer-
tur ad tertium.

Eodem



*Eodem ſabbato quartæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundu. De beata Virgine, quomodo diuerſis generibus perſonarum eſt aurora, luna, ſol, & ſicut acies terribilis.*

EGo ſum lux mundi. Secundũ Beatũ Augu. tanta eſt Io. 8.
unitas capitis ad mẽbra, & membrorũ ad caput, q̃d
aliquando caput aſſumit perſonam membrorum. Iuxta
illud. Saule Saule, quid me perſequeris? aliquando mẽ- Act. 9.
bra nominantur ex parte capitis. Iuxta illud Pſal. Noli-
te tangere Chriſtos meos. Multofortius tãta eſt unitas
inter mrem. ſ. beatam uirginẽ & eius filiũ Ieſum Chriſtũ
q illud quod dr̃ de filio, pôt matri conuenire. Vnde ver-
bum propoſitũ. Ego ſum lux mundi. licet dictum ſit de
filio, tamen & matri cõueniri pôt. Eſt enim Chriſtus lux
mũdi, quæ illuminat, & nõ illuminatur. Eſt ẽt mater lux
mundi, quia eſt lux per quã mundus illuminatur. Quali
ter aũt ipſa ſit lux mundi. Salomon admirandum oſten-
dit dicens. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſeu progredit̃ qua- Can. 6.
ſi aurora conſurgens, pulchra ut luna. electa ut ſol. terri
bilis ut caſtrorum acies ordinata? Ecce qualiter eſt lux
mundi. In mundo enim ſunt quidam tribulati, quidam
tentati, quidam peccatores, & quidam iuſti. Ipſa quidam
eſt peccatoribus ſicut aurora, quia eis dat radium ſuæ
miſericordiæ. Tribulatis eſt ſicut luna, quia eis dat radiũ
ſuæ conſolationis. Ipſa iuſtis eſt ſicut ſol, quia eis dat ra
dium gratiæ. Ipſa tentatis eſt ſicut acies terribilis, quia
dæmones expellit fulgore ſuæ maieſtatis.

Primo igitur eſt peccatoribus ſicut aurora, quia dat
eis radium miſericordiæ ſuæ. Sicut enim aurora tene- *Primo. Maria eſt peccatoribus ſicut aurora.*
bras expellit & lucem adducit, ſic eius miſericordia à
peccatoribus expellit noctem culpæ, & dat eis lucem
gratiæ. Ideo uocatur mater miſericordiæ, quia Deus in
poteſtate ſua tradidit facere omnes miſericordias. Ip-
ſa autem in ſuis miſericordiis non eſt auara, ſed multũ
liberalis, & larga, iuxta illud quod dicitur. Manum

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extendit ad pauperẽ.

*Prou.ul.*

Si eſſet aliqua dña, quæ ſꝑ brachium ſuum extenderet ad paupes,& manus apertas teneret,& ipſas manus plenas haberet,multum liberalis eſſet. Per iſtum modũ loq̃tur Salomon de muliere forti.id eſt de beata Virgine, q̃ ſic fuit fortis,quod Deum de cęlo traxit & diabolum uicit. Iſta igitur mulier fortis uerſus peccatores,tenet brachium extenſum,quia eius miſericordiam ad omnes extenditur uniuerſaliter. Tenet manum apertam non clauſam,quia ſuas miſericordias non dat difficulter,ſed ualde faciliter.quia non multum nec diu facit ſe rogare. Habet manus plenas eleemoſynis,quia ſuas miſericordias largitur, dat,& abundanter. Siquis ergo eius miſericordiam nõ habet beatæ Mariæ non imputet,poſtquam ipſa brachium extendit dando uniuerſaliter,poſtquam manũ plenam habet dando abundanter, poſtquam manum apertam tenet dando faciliter. Iſtud igitur officium dandi & faciendi miſericordias Deus ſibi commiſit.

*Deus habet tres cancellarios ĩ ſua curia.*

Sicut enim in curia Papę quædam concedentur literæ ſimplicis iuſtitię,quędam puræ gratiæ,quædam mixtæ, ſcilicet quæ uidentur iuſtitiam & gratiam continere. Sic Deus in ſua curia tres habet cancellarios. Vnum cui cõmiſit dare literas ſimplicis iuſtitiæ. Iſte eſt Michael, qui animas ponderat ſecundum menſuram bonorum, uel malorum operum. Dat menſuram ſupplicij, uel cœleſtium præmiorum. Alius cancellarius eſt cui commiſit Deus dare literas mixtas,ſcilicet iuſtitiæ & gratiæ. Iſte eſt beatus Petrus qui eſt ianitor cœli, vbi ſunt duę portæ,ſcilicet iuſtitiæ, per quam ingrediuntur qui ſaluantur ex operibus iuſtitiæ. Quam portam propheta ſibi aperiri petit dicens. Aperi mihi por.iuſti. &cęt. Alia eſt porta gratiæ,per quam ingrediuntur illi qui ſaluantur ex ſola gratia Dei,ſicut ſunt pueri baptiza. Beata autem uirgo eſt cancellaria Dei, cui commiſit Deus dare miſericordiam & gratiam. Ideò talem cancellariam debemus ſæpe inuocare & dicere. Eia ergo aduocata noſtra il.tu.mi.ad nos cõ.

*Secundo,*

Secundo tribulatis eſt ſicut luna,



quia eis dat radium conſolationis ſuæ. Luna eñ habet uirtutem ſupra mare, ſic & ipſa ſuper tribulatos & amaricatos. Et ſicut luna lucet in nocte & ſic & ipſa ſubuenit ĩ tribulatione.

*Maria ẽ ſicut luna tribulatis.*

Dr̃ aũt pulchra ut luna. Luna.n. tũc eſt pulchra, qñ eſt plena,& tũc tota nocte lucet. Quãdo aũt luna non eſt plena, modo lucet in principio noctis, modo in medio,modo in fine. Sic etiam ſunt quidã ſancti qui adiuuant tribulatos aliqñ in principio tribulationis,conſtantiam in tribulatione tribuendo. Aliqñ uerò permittunt eos tribulari & tentari in principio, ſed tñ iuuant in medio,perſeuerantiam dando. Aliqñ dimittunt eos tribulari in principio,& in medio,& adiuuant in fine,ne,ſ.per impatientiam cadãt uictoriam eis conferendo. Virgo autem Maria eſt ſicut luna plena quæ adiuuat in principio tẽtationis,& tribulationis. dando cõſtantiam. Adiuuat in medio,dando perſeuerantiam. adiuuat in fine dando coronam ſeu uictoriam. Nec mirum ſi iſta luna lucet tribulatis & obſcuratis,quia ipſa etiam fuit tribulata,& obſcurata, & ideo ſcit melius tribulatis compati & miſereri. Secundum Augu. luna tripliciter obſcuratur.aut quando eſt uacua,aut qñ eſt nube tecta,aut quando eſt eclipſata.

*Maria in hac uĩta tres habuit tribulationes.*

Beata Virgo in hac uita habuit tres tribulationes. Vna fuit quãdo Herodes puerũ interficere uoluit,& ipſa in Aegyptũ fugit, tũc.n.iſta luna oĩno cõſolatione fuit uacua,qũo enim conſolatio ſibi eſſe poterat,quãdo ipſa puella delicata,de partu paulo ante ſurrexerat,& in terram longinquam per uias aſperas cogebatur fugere,& quando inter idolatras compellebatur manere,& quãdo puerũ ſic tenerũ cogebatur circunferre? Secundam triſtitiam habuit quando filium ſuum amiſiſſe credidit,timens ne in manus hoſtium deueniſſet,uel ad longinquas partes gentes conuertendas acceſſiſſet,vel ad patres cœleſtem ſine redemptione humani generis rediiſſet, & tunc fuit nube tecta, quia nubes obſcura doloris & triſtitiæ,eius animam occupauit. Vnde ipſa dixit. Pater tuus & ego,dolẽtes quęrebamus te &c. Tertiam tribulationem habuit in filij paſſione, &

Universidad de Deusto Biblioteca



tunc luna fuit eclipſata. Luna autem quando eclipſatur
tota ſanguinea uidetur, & ipſa in filii paſſione fuit gla-
*Luc. 2.* dio doloris uulnerata. iuxta illud. Et tuã ipſius animam
pertranſibit gladius. Item. Sol, id eſt. Chriſtus conuerte
*Ioel. 2.* tur in tenebras, ſcilicet per mortem, & luna, id eſt Beata
*Tertio.* Maria in ſanguinem per dolorem. Tertio iuſtis eſt ſicut
ſol quibus mittit radium gratiæ ſuæ, illuminat enim eos
per exemplum & beneficium. Per exemplum quidẽ quia
*Maria* eſt ſpeculum diuinum in quo nos debemus ſpeculari.
*iuſtis eſt* Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.
*ſicut Sol.* Speculum enim fit de uitro & plumbo. Per uitrum quod
*Sap. 7.* eſt lucidum intelligitur uirginitatis eius. Per plumbum
quod eſt ductibile & habet colorem cinereum, intelli-
gitur eius humilitas, & ſicut uitrum per ſe, uel plumbũ
per ſe, non facit ſpeculum, niſi coniungantur, nec reſul-
tat imago, ſic nec Mariæ humilitas ſine uirginitate, nec
uirginitas ſine humilitate, feciſſet eam ſpeculum Dei ut
in ea reſultaſſet Chriſtus qui imago Dei niſi ad inuicem
iuncta fuiſſet, ſcilicet humilitas cum uirginitate, & uirgi
nitas cum humilitate, & ſicut ſpeculum recipit illũ qui
ſe fecit, ſic & ipſa in ſuo utero habuit illum qui ſe crea
uit. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo &c.
In iſto igitur ſpeculo omnes debent proſpicere & macu
las ſuas uidere. nam ſuperbi cognoſcent ibi ſuperbiam
ſuam & maculam, reſpiciẽdo ad ſuam humilitatem, lu-
xurioſi ad ſuam uirginitatem, auari ad ſuam pauperta-
tatem, quam ſacrata fuit eius uita ad quã ſpeculari de-
bemus, oſtendit Hiero. in epiſtola ad cromaciũ & Elio-
dorum. Dicit. n. quod ipſa à mane uſq; terram orationi
inſtabat, poſt modum ab oratione ſurgens, à tertia uſq;
ad nonam operi manum uacabat, poſtmodum intermit-
tẽs opera manuum, iterum ad orationes redibat, & inde
non recedebat donec Angelus ueniebat, qui ſibi cibum
miniſtrabat, cum quo conſolationem ſuam habebat. Et
hoc igitur exemplũ habemus ut inſiſtamus orationi, &
operationi, & ꝙ libentius conuerſemur cum viris ange-
licis, quam cum uiris diabolicis. Secundo lucet omnibus





per beneficiũ, & dat beneficia illa de quibus dicitur. Ego
mr̃ pulchræ dilectionis & ti. & agniti. & ſanctæ ſpei. Dat *Eccl. 24.*
eis dilectionem, per quam inflammantur. Dat eis timo-
rem per quem humilientur. Dat eis agnitionem per q̃
illuminantur. Dat eis ſanctam ſpem per quam ad ſperan
dum cœleſtia animentur. Quarto tentatis eſt ſicut acies *Quarto.*
ordinata, quibus dat radium ſuæ defenſionis. Eſt enim *Maria tẽ*
demonibus terribilis denominatio eius, ſalutatio eius, & *tatis eſt*
laudatio eius. Quandocunq; enim ipſam nominamus, uel *ſicut a-*
ſalutamus uel laudamus, protinus dæmones territi fu- *cies ordi*
giunt. quãdo. n. diabolus audit nomen eius, ita eſt ac ſi *nata.*
ſentiret bacculũ, uel clauum cũ quo percuteret̃. Cõſur-
get uirga de Iſrael, & pcutiet duces Moab. Quãdo audit *Nu. 24.*
eius ſalutationẽ, ita eſt ac ſi audiret tonitruũ quo terrea
tur. p̃s. Vox tonitrui tui ĩ rota. Tũc. n. Diabolus tanq̃ in
ſanus terret̃. Qñ uero audit eius laudationẽ, ita eſt ac ſi
audiret ſeu ſentiret gladiũ quo iugularet̃. Hoc figuratũ
eſt Iudith. 16. ubi dr̃ quod ipſa pugione amputauit caput
Holofernis. Si igit̃ grauemur à diabolo ſiue à tyrãno ſi-
ue à corpore nr̃o, ad ipſam curramus, ad ipſam appelle-
mus, ipſa. n. eſt dña & Auguſta, ſiue imperatrix, & inter-
miſſis oĩb. intermediis ſc̃tĩs ad ipſam appellare licet ſi-
ue quis grauet̃ a diabolo. ſicut patet in Theophilo, quia
diabolo deceptus & auguſtã appellauit, & ſtatim libera-
tus fuit. Siue quis grauet̃ à tyranno. Hoc ſignatũ eſt in
Mardocheo, qui ab Aman grauabatur, & ad Heſter Au
guſtã appellauit, & Aman cõdẽnatus, & Mardocheus li
biratus fuit. Siue quis grauetur à carne ſua, ſicut patet ĩ
Maria Egyptiaca, q̃ cũ eẽt uoluptati dedita. ad auguſtã
appellauit, & mox ſibi caſtitatẽ cõceſſit. Siue q̃s grauet̃
a iuſtitia Dei. Vñ legitur in uita bti Dñici, q. cũ Xp̃s con
tra mundũ multũ eẽt iratus. Virgo ei dixit. Bone fili, nõ
debes cum eis agere ſecundũ iuſtitiam tuam ſed ſ̃m mi-
ſericordiã tuã, & ſic illi ſñiam reuocauit. Et ita in oĩ tri-
bulatione ad eã appellare licet. Propter quod dicit Ber-
nar. Sileat miſericordias tuas uirgo beata, quicunque, te
inuocatam in ſuis neceſſitatibus meminerit defuiſſe.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Dominica in paſſione. Sermo primus. De quatuor ueritatibus, quare duæ ad nos, cæteræ ad Chriſtum ſpectant.*

*Io. 9.* QVis ex uobis arguet me de peccato? ſi ueritatem dico, quare non creditis mihi? magna cauſa quare iudæi Chriſtũ perſequebantur erat, ex eo ꝙ ueritatẽ prædicabat, quã ipſi recipere nolebant, ideo dicit. Si ueritatem dico, quare nõ creditis mihi? Ille enim qui prædicat ueritatem doctrinæ debet habere ſanctitatẽ uitæ, ideo præmittit. Quis ex uobis arguit me de peccato? Non enim potuit argui de peccato cordis, quia ſemper habuit cogitationes ſanctas nec de peccato oris, quia ſemper habuit locutiones diſcretas, nec de peccato operis, quia ſp habuit operatiões iuſtas, nec de peccato omiſſionis, quia nullum bonum quod facere debuit, omiſit, non de peccato originis, quia nullum peccatum originale cõtraxit, ſed fuit ſanctus conceptus, & ſanctus in partu. Talis igitur qui habet talem ſanctitatem uitæ, ſecura poteſt prædicare ueritatem doctrinæ. Ponit autem dominus in iſto Euangelio quatuor ueritates, quibus tamen iudæi contradixerunt, quarum duæ ueritates ſpectant ad nos, aliç duæ ad ipſum. Prima veritas eſt per quam oſtendit cauſam, quare quidam audiunt uerbum Dei, & quidam non audiunt. cum dicit. Qui ex Deo eſt, non natura, ſed fide, timore, & amore, uerba Dei audit. Ille uerò, qui ueraciter in Deum credit, & ueraciter Deum timet, & diligit ueraciter, uerba Dei audit. Qui uero non habet fidem nec amorem nec timorem Dei, (ſicut erãt iudæi,) audire nõ põt. Ideo ſubdit. Ideo uos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis. Iſti ueritati iudæi neſcierũt contradicere uerbis, ideo cõtradixerunt iniurijs dicentes. nonne bene diximus nos, quia ſamaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Vnum Chriſtus negauit, ſcilicet dæmonium ſe habere. aliud conceſſit, ſcilicet Samaritanum ſe eſſe. Samaritanus enim interprætatur cuſtos, Chriſtus autem debet dici cuſtos,

*Christus nullo modo de peccato argui potuit.*

*Prima.*



ci cuſtos, de quo dicit. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ fruſtra &c. negauit autem aliud, ſcilicet quod dæmoniũ haberet. quia continebat infamiam, ſcilicet quòd dæmonium hẽret, quia talem infamiã non poterat ſuſtinere, non negauit illud in quo nulla erat infamia, & poterat ſuſtinere. ſ. ꝙ eſſet Samaritanus. In hoc enim dat nobis exemplum, ne ad omnia quæ de nobis dicuntur reſpondeamus, ſed ſi talia ſint, quæ poſſint tolerari, debemus diſſimulare. Si uero infamiã importent, poſſumus nos humiliter excuſare. Secunda ueritas fuit per quã Chriſtus oſtendit uirtutem, & efficaciam quam habẽt uerba Dei. cum dicit. Amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ nõ uidebit, id eſt nõ experietur in ęternum. Per hoc autem, quòd dicit in æternum oſtendit ſe non intelligere de morte corporis, ſed animæ. In hoc oſtenditur magna Chriſti benignitas, quia illis a quibus tunc receperat conuitium, non negauit ſuæ doctrinæ beneficium. Iſti ueritati iudæi contradixerunt inferẽdo iniuriã, cũ dicunt. Nũc cognouimus, quia dæmoniũ habes, allegãdo rationẽ falſam, cũ dicunt. Abrahã mortuus eſt, & prophetæ &cæ. Fundabant enim ſuã rõnem ſuper falſum. ſ. ꝙ Chriſtus dixiſſet de morte corporali, qui tamen intellexerat đ morte æterna. Duæ aũt ueritates ſunt ad ipſum pertinentes. Vna eſt per quam oſtendit ſuam natiuitatem ęternalem, quia æternaliter natus eſt de patre ſine matre, & ſuam natiuitatem æternalem, qua tẽporaliter natus eſt de matre ſine patre, cum dicit Abraham pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, & uidit & gauiſus eſt, ſecundũ enim glo. poteſt intelligi de die ſuę æternitatis, uel de die ſuæ temporalitatis, quia in carnẽ uenit, & utrunque Deus Abrahæ reuelauit, unde immẽſum gaudiũ habuit. Dixerãt iudæi ſuperius, ꝙ Chriſtus non erat maior Abrahã, qui tamen mortuus eſt, & Chriſtus oſtendit ſe eſſe maiorẽ inquãtum æternaliter natus de patre, & inquantum natus temporaliter de matre, qa vtrunque diem Abraham tanquam fidelis ſeruus, deſiderauit uidere. Iſti ueritati iudæi cõtradixerũt reſpõdẽtes

*Pſal.*

*Notãdũ.*

*Secũda.*

Universidad de Deusto Biblioteca



eum ira & cum ſuppoſitione falſa dicentes. Quinquagin
ta annos nondum habes, & Abraham uidiſti? Suppone-
bant enim falſum, ſcilicet, ꝙ Chriſtus dixiſſet ſe uidiſſe
Abraham in præſenti uita oculo corporaliter, quod ta-
men non dixerat. Sed cum Chriſtus tunc haberet.22.an
nos, quomodo Iudæi dixerunt eum eſſe quinquegenariũ
Vna cauſa eſt, quia Iudæi erant irati, & ira impedit ani-
mum, ut non poſſit cernere uerum. Alia cauſa eſt, ꝙ Xp̄s
licet iuuenis eſſet, tamen uidebatur quodammodo anti
quus, tum propter nimiam morum grauitatem, tum pp
nimiã corporis laſſitudinẽ & aſperitatẽ, quas ſæpe ĩ cor
pore fuerat expertus. Alia cauſa poteſt eẽ, quia ſi homo
iuuenis appellatur ſenex, iniuriam ſibi reputat fieri. Iu-
dæi ergo iniuriam Chriſto credebant facere & dicere,
quia ipſum ſenem uocabant. Secunda ueritas pertinens
ad ipſum fuit per quam oſtendit ſuam cum patre æter-
nitatem, cum dixit. Amen amen dico uobis antequam
Abraham fieret ego ſum. Non dixit antequam Abrahã
eſſet, quia Abraham à Deo fuit factus. Non dicit etiam
ego ſum factus, quia Chriſtus inquantum Deus, non fuit
factus, ſed ab æterno patre genitus. Huic ueritati Iudæi
non contradixerunt uerbis contumelioſis, uel ratione
uel ſuppoſitionibus falſis, quemadmodum contradixe-
rant tribus ueritatibus ſupradictis, ſed contradixerunt
huic ueritati iniurioſo facto, uolentes eum lapidare tan
quam blaſphemum, ſed Chriſtus abſcondit ſe, & exiuit
de templo, ideo exiuit ab eis ut auferret ab eis cauſam
ſæuiendi. Vel ideo exiuit, quia noluit mori lapidatus, ſed
crucifixus. Vel ideo exiuit, quia adhuc non uenerat hora *Veritas*
patiendi. Ex ſupradictis patet, quod iudæis odioſa erat *odioſa eſt*
ueritas, & ꝙ Chriſtus furentibus cedebat. Veritas.n. mul *malis*
tis eſt odioſa ita enim eſt de ueritate, ſicut de luce, odo
re, & ſapore. Lux.n. eſt amabilis oculis ſanis, ſed odioſa
ægris. Odor hoĩem recreat, ſed ſerpentẽ fugat. Panis pa
lato ſano eſt ſapidus, ſed infirmo eſt pœnoſus. Veritas igi
tur ẽ odioſa ſuperbis ſicut lux oculis lippis. Si.n. p̄dicat
ſuperbo de humilitate talis ueritas eſt ſibi odioſa. Et cau
ſa



ſa eſt, quia lippitudo ſuperbiæ facit hanc lucem diſplice-
re. Abhominatio eſt ſuperbo humilitas. *Ecc. 13.*
Secundo ueritas eſt odioſa luxurioſis, ſicut odor ſer-
penti. Si enim prædicatur eis de odore puritatis, talis o-
dor diſplicet ſibi. Et cauſa eſt, quia conſueuerunt ſtare
in fœtore luxuriæ. Audiet luxurioſus & diſplicebit ei. *Ecc. 21.*
Tertio ueritas eſt odioſa auaris, ſicut panis palato cor-
rupto. Si enim prædicatur eis contemptus terrenorum,
talis panis doctrinæ licet in ſe ſit ſuauis, eis tamen uide
tur execrabilis. Execratio diuitum pauper. Cauſa eſt,
quia habẽt palatum animæ corruptũ, ideo non poſſunt
ſentire ſaporem cœleſtium. Animalis homo non perci- *Ecc. 13.*
pit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.
Secundo Chriſtus a iudæis furentibus recedebat, per *1.Cor.2*
quod datur nobis exemplum, ut à furentibos nos ſubtra
hamus, ne ipſorum iram amplius inflammemus. Habuit
autem Chriſtus contra furorem iudæorum quinq; reme
dia, ſicut patet in hoc euangelio. Primum eſt patientiam
ſeruare. Vnde cum plures iniurias audiuerit, ſcilicet, ꝙ
dæmonium habet. ipſe tamen patientiam in omnibus
ſeruabat. Nec habuit aliquem motum in animo, nec ali- *Eſa. 42.*
quẽ motũ oſtẽdit in ſigno, nec in uerbo, nec in facto. Vn
de dicitur. Non erit triſtis in animo, nec turbulentus in
exteriori ſigno, nec clamabit uerbo. Calamum quaſſa-
tum non conteret in facto aliquo iniurioſo. Secundum
remedium fuit tacere. Vnde cum iudæi dixiſſent, ꝙ ha-
beret dæmonium, & ꝙ eſſet Samaritanus, ipſe omnino
tacuit. Sciebat enim, ꝙ illud dediſſet iudæis occaſionem
litigandi & materiam, quia ſi dixiſſet non ſum Samarita
nus, fortè iudæi ſibi reſpõdiſſent, immo es Samaritanus,
quia Samariam iuiſti & cum eis bibiſti, comediſti cũ eis
cõmoratus cum eis, & eis prædicaſti. Et iſte etiam con-
ueniens modus extinguendi ignẽ furentis. ſ. tacere & cũ
talibus non litigare. Sicut enim ignis extinguitur, quan-
do ligna ſubtrahuntur ſeu non apponuntur, ſic ira fruẽ-
tis annihilatur, quando nihil reſpondetur. Cum defece-
rint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone, ſubtracto *Prou. 26*
iurgia

Universidad de Deusto
Biblioteca



iurgia cōquieſcunt. Quando uerò quis litigat, ligna pa-
Eccl. 8. rat. Nō litiges cū homine linguato, & non ſtrues in ignē
illius ligna. Greg. Imitatione Dei, glorioſius eſt iram ta-
cendo fugere quàm reſpondendo ſuperare. Tertium re
medium quod habuit Chriſtus fuit pacifica uerba reſpō
dere. Cum enim iudæi uerbum tam iniurioſum ſibi dixiſ
ſent, ſcilicet quòd dæmonium haberet, ille patienter re-
ſpōdit eis dicēs Ego dæmoniū non habeo. Et iſte eſt cō
ueniens modus extinguendi irā fuerentis, uerba, ſcilicet
pacifica reſpondere. Cor enim iracundum eſt ſicut olla
bulliens. Os ſtulti ebullit ſtultitiā. Sicut ceſſat ebullitio
Pro. 15. ollæ, quando aqua frigida apponitur, ſic ceſſat ebullitio
iræ, quando pacifica uerba quæ ſunt refrigeratiua reſpō
dentur. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſu-
Pro. 15. ſcitat furorem. Quartum remedium quod habuit Chri-
ſtus contra iudæos furentes, quia uoluit ſe ab eis abſen-
tare. Et hoc fuit quando ſe abſcondit & ab eis exiuit.
Greg. Exemplo dominus nobis loquitur, ut cum etiam
reſiſtere nō poſſumus, iram ſuperbientium declinemus.
Et iſte ſimiliter eſt conueniens modus extinguendi irā
furentis, ab eius, ſcilicet facie recedere. Sicut enim olla
quæ fortiter bullit, ſi ab igne eleuatur, ceſſet eius ebulli
tio. Sic quando ille contra quem furitur elongatur, ceſ-
Prou. 20 ſat ebullitio, ſcilicet iræ inflammatio. Honor eſt homini
qui ſeparat ſe à contentionibus, omnes autem ſtulti mi-
ſcentur cōtumeliis. Quintū remediū quod habuit Chri-
ſtus cōtra iudæos furētes, fuit beneficia impēdere. Vnde
poſtquàm iudæi dixerunt ei, dæmonium habes. Ipſi tū
propter tāta improperia, non ceſſauit eis impēdere ſa-
lutaria documenta dicens. Siquis ſermonē meum ſerua-
uerit &c. Vbi dicit glo. ſic diſcat hō Ieſus nō malū redde
re, ſed bonum. Et iſte eſt conueniens modus extinguen-
di iram furētis, ſcilicet beneficia exhibere. Si eſurierit
Rō. 12. inimicus tuus ciba illū, ſi ſitit, potū da illi, hoc. n. faciens
carbones ignis congeres ſuper caput eius. Iſti carbo-
nes ignis ſecundum glo. ſunt uel feruor charitatis, ad
quam amplius incitantur. Vel amor ſpiritus Sancti, ad
quem



quem inflammantur. Vel ardor pænitentiæ ad quem
prouocantur.

*Eadem dominica in paſſione. Sermo ſecundus. In quo Iudæorum magna malitia. Chriſtique magna patientia inſinuatur.*

TVlerunt lapides iudæi ut iacerent in eum, Ieſus au-
tem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Omnia quæ
Chriſtus dicebat & faciebat, ad noſtram vtilitatem con
uertebat, & ad noſtram inſtructionem. Si enim dicebat
uerba, conuertebat ea ad noſtram inſtructionem. Si fa-
ciebat miracula, conuertebat ea ad noſtræ fidei confir-
mationem. Si præbebat exempla, conuertebat illa
ad noſtram informationem, ſicut patet hic quando do-
minus à iudæis furentibus ſe abſentauit, dans nobis e-
xemplum, quod & nos ſimiliter faciamus. In uerbo ergo
præmiſſo duo tanguntur. Primum eſt iudæorum ma
gna malitia, qui Chriſtum voluerunt lapidare. Secun-
dum eſt magna Chriſti patientia, qui eis uoluit cede-
re. Circa primum ſciendum quòd iudæi quatuor mor *Primum.*
tes Chriſtum pati voluerunt. Primo enim eum volue *Iudæi*
runt occidere cum adhuc eſſet paruulus, ſcilicet tempo- *quatuor*
re Herodis. Secundo uoluerunt eum de quodam mon *mortes*
tis ſupercilio præcipitare, ut ſic confracto cerebro & ca *Chriſtū*
pite colliſo moreretur ſicut habetur. Tertio uolue- *pati uo-*
runt ipſum lapidare ſicut patet hic. Quarto volue- *luerunt.*
runt ipſum crucifigere, & crucifixerunt. Multi autem *Luc. 4.*
ſunt qui hodie iſtis quatuor modis Chriſtum occidunt
Primo cum eſt adhuc paruulus. Chriſtus enim paruu-
lus eſt in illis qui de nouo ad pœnitentiam conuertun-
tur. De quibus dicitur. Filioli mei quos iterum parturio *Gal. 4.*
donec formetur Chriſtus in vobis. Illi igitur qui de
nouo ad pœnitentiam conuerſos ſcandalizant, uel ab
ipſa pœnitentia reuocant. Chriſtum paruulum in eorū
cordibus occidunt. Contra quos dicitur. Qui ſcanda-
lizauerit unū de puſillis iſtis qui in me credunt, expe- *Mat. 18.*
dit

dit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & de
mergatur in profundũ maris, Alij ſunt ſcilicet qui Chri
*1.Cor.11* ſtum præcipitant,& caput ſibi frangunt. Iſti ſunt hære
tici. Nam ſicut dicitur. Caput Chriſti eſt Deus. Hæretici
igitur qui Chriſtum Deũ eſſe nõ credunt, caput ſibi auſe
runt. Alii ipſum lapidant. Iſti ſunt qui malas cogitatio
nes & voluntates habere non ceſſant. Quælibet.n. mala
cogitatio,& mala voluntas, eſt vnus lapis quem in Chri
ſtum mittunt. Beda. Quot quot malas cogitationes quis
aſſumit, quaſi tot lapides Chriſto immittit. Alij ſunt qui
Chriſtũ crucifigũt. Iſti ſunt qui iterũ ad peccatũ redeũt.
*Heb.6.* De quibus dicitur. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis fi
lium Dei. Amb. Quid eſt Ieſus niſi veritas, pax, & iuſti
tia? Qui igitur ꝓ falſitate relinquit veritatẽ, & ꝓ cupidi
tate dirumpit & odit pacem, & pro aliquo præmio occul
tat iuſtitiam, nihil aliud dicitur facere, quã lapidare, &
crucifigere, & occidere Chriſtum. In hoc autem ꝙ iu
dæi in Chriſtum lapides voluerunt immittere, videntur
pilam põtis inchoaſſe. Nã Chriſtus dicitur põtifex.i.pon
tem faciens. In epiſtola aũt agitur de ponte cũ dr̃, Chri
ſtus aſſiſtẽs põtifex.i.faciẽs pontẽ In Euangelio aũt agi
tur de pila. Tunc enim iudæi pilã fecerũt, qñ lapides in
Chriſtũ miſerũt. Sed in paſſione crux poſita eſt ſup pilã
*Adiuto-* & ſic nobis pons factus eſt. Mundus.n. iſte erat tanquã flu
*rium tri-* uius rapidus,& tãquã mare periculoſum, in quo oẽs pe
*plex con* riclitabantur. Sed contra iſtud naufragium dedit nobis
*tra nau-* Chriſtus triplex adiutoriũ.ſ.nauẽ, tabulã, & põtẽ. Nauis
*fragium.* enim innocentia eſt, in qua poſitus fuit Adã. Sed illa na
uis fracta fuit, quãdo ipſe peccauit. In hac naui fuit bea
ta uirgo ꝗ naui integra & ſaluis mercibus ad portũ para
diſi peruenit. In hac naui ſunt oẽs pueri baptizati, quam
diu ſeruãt innocẽtiã baptiſmalem, Sed qa fere oẽs fran
gunt nauẽ baptiſmalis innocentiæ, iõ Deus parauit tabu
lam pœnitentiæ. Nã ſecundum Hiero. pœnitentia eſt ſecũ
ma tabula poſt naufragiũ. In hac tabula pęnitentiæ fuit
Maria Magdalena, ꝗ cũ iſta tabula ad portũ paradiſi per
nit, immo & multas virgines, quæ erãt in naui innocẽtiæ
tran-



tranſcendit,& quantum ad meritum,& quantum ad prę
mium. Ber. Sicut Deus non priuabit bonis eos, qui am-
bulant in innocentia, ita non priuabit bonis eos, qui am
bulant in pœnitentia. Quia vero ſunt multi qui frangũt
nauem innocẽtiæ,& qui ꝑdunt tabulã pnĩæ, iõ Deus ter
tiũ adiutoriũ ꝓparauit.ſ.pontẽ paſſionis ſuæ. iſte põs ho-
die initiatus eſt ĩ pilæ fundatione, ſed ĩ paraſceue cõſu-
matus eſt in trabiũ & tabularũ ſuppoſitione. Tunc igitur
quatuor trabes ſuperinductę ſunt. Quarum prima fuit de *Crux ex*
palma. Secunda de oliua. Tertia de cedro. Quarta de cy *quatuor*
preſſo. De his eñ lignis crux facta fuit. Deinde ſup has *lignis fa-*
trabes poſita eſt tabula.i.caro Chriſti puriſſima.ꝗ qua- *cta fuit.*
tuor clauis fuit confixa,& ſic factus eſt pons. Ideo Chri-
ſtus bene dr̃ pontifex.i.põtem faciens. Nihilominus di-
citur pontifex triplici de cauſa. Primo propter habitum *Chriſtus*
Habuit enim amictũ, qñ fuit velatus. Habuit albã qñ ad *dicitur*
Herodem fuit ductus, & ab eodẽ alba veſte fuit indu- *Pontifex*
tus. Habuit planetã, qñ purpura a militibus fuit circun- *triplici*
datus Habuit cingulũ & ſtolam, qñ ad columnam fuit li *de cauſa.*
gatus. Habuit manipulum, quãdo in manibus fuit clauis
confixus. Habuit mitram, quando ſpinis fuit coronatus.
Habuit baculum paſtoralem quando arundo fuit ſibi da
ta in manibus. Habuit ſandalia, qñ habuit clauos in pedi
bus. Secundo dr̃ pontifex propter unctionis myſteriũ, ip
ſe enim fuit unctus, iuxta, illud pſal. Vnxit te Deus Deus
tuus oleo letitiæ præ conſortibus tuis. Olim quidẽ deus
erat homini durus, ſed Chriſtus eſt vnctus, ideo factus
eſt manſuetus. Ideo dr̃, unxit te Deus &c. Olim erat ira-
tus ſed factus eſt lætus, ideo dicit̃, oleo letitiæ. Olim de
gratia ſua erat auarus, ſed in Chriſto factus eſt largus,
ideo dicitur, præ conſortibus tuis. Redit enim ſibi ſpi-
ritũ ſine menſura. de cuius plenitudine omnes accepi-
mus. Tertio dicitur pontifex propter officium, quod qui *Põtificis*
dem officium triplex eſt. Primum eſt pro populo ora- *triplex of*
re,& Chriſtus pro nobis orauit multipliciter, nam ora- *ficium.*
uit uerbis. Non pro eis rogo tãtum, ſed pro illis qui cre *Io. 17.*
dituri ſunt per uerba illorum in me. Orauit lachrymis.
Cum

Cũ clamore ualido & lachrymis offerens exauditus eſt
Heb.5. pro ſua reuerentia. Orauit ſanguine. Acceſſiſtis ad ſan-
Heb.12. guinis aſperſionem melius loquentem q̃ Abel. Orat ēt
quotidie cicatricum repræſentatione, quia eas quotidie
Heb.9. patri repræſentat. Intrauit Ieſus in ipſum cœlum vt ap-
pareat vultui Dei pro nobis.

Secundum officium pontificis eſt ſacrificium offerre,
& illud Chriſtus habuit qui ſeipſum pro nobis in ſacri-
ficium obtulit. Per ſpiritum ſanctum ſeipſum obtulit im-
maculatum Deo. quando autem ſacrificium offerebatur
Heb 9. igne accēdebatur, & ipſe fuit accenſus igne amoris quo
ad animam. De quo igne dicitur. Ignem ueni mittere
in terram &cæt. Iſto igne fuit totus accēſus. Maiorem
hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat
Luc.12. quis pro amicis ſuis. Fuit accenſus igne doloris quo ad
Io.15. corpus & animam. O uos omnes qui tranſitis per viam,
&c. Fuit accenſus igne paſſionis, quo ad carnem ſuam.
p̄s. Igne me examinaſti & non eſt inuenta in me iniqui-
Thren.1. tas. Tertium officium pontificis eſt præbendas diſtribue-
re, & ipſe præbendas diſtribuit. ſicut Ambro. dicit in hæc
verba. Actor humani generis in cruce extenſus, pie-
tatis officia diuidebat, perſecutionem Apoſtolis, pacem
diſcipulis, corporis iudæis, patri ſpiritum, virgini para-
nymphum, latroni paradiſum, peccatoribus infernum,
Chriſtianis pœnitentibus crucem pœnitentię delegauit.
Secundũ Secundo in Chriſto fuit magna patientia in hoc quod
iudæis furentibus ſe abſentauit. In hoc dat nobis exem-
plum ne immiſceamus nos rixis, ſed homines rixoſos, &
Hominũ contentioſos declinemus, maxime quando ex noſtris
genus tri- correctionibus peiores fieri uidentur. Sunt enim qui-
plex. dam ſicut cera mollis. Alii ſicut lapides. Alii ſicut
ſpinæ pungentes. Cera mollis ſi tangitur ſtatim ce-
dit, & ſeduci permittit, ſic etiam ſunt multi qui ita man-
ſueti ſunt quod quando tanguntur, id eſt reprehen-
duntur. ſtatim obediunt & ad omne opus bonum ſe duci
permittunt, in quorum perſona propheta dicit. Factum
eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. tales ſunt ſæpe
ad-



admonendi, quia ſicut dicit Chryſo. Iuſtus ſi admonitus
non fuerit, per negligentiam euaneſcit. Alii ſunt ſicut la-
pides, lapis enim ſi tangitur non cedit, tamen non lædit,
ſic ſunt multi qui quando repræhenduntur non obediũt
ſed in ſua duritia perſiſtunt. Cor eius indurabitur quaſi Iob 14.
lapis, unum tamen bonum habent, quia contra ſe repre-
hendentes non mouentur, nec uerba iniurioſa eis dicũt
tales ſępe admonendi ſunt & reprehendendi, quia ſæpe
molleſcunt cum reprehenduntur & corriguntur, quia
dicitur. Lapides excauant aquę. ſicut enim lapides ex fre-
quentatione aquæ excauantur, ſic multotiens homines
duri, ex frequenti reprehenſione corriguntur. Alii ſunt Iob 14.
ſicut ſpinæ, nam ſi ſpinæ tanguntur non cedunt, inſuper
pungunt, ſic ſunt multi, qui quando reprehenduntur nõ
ſe corrigunt, & inſuper ſe reprehendentibus uerba con-
tumelioſa inferunt, & ideo oportet qui uolunt tales ho-
mines ſpinoſos reprehendere, prius ſe arment forti patiē-
tia. i. dominicæ paſſionis memoria, & charitate ſuccēſa.
De iſta triplici armatura dr̃. Præuaricatores quaſi ſpinę
euellentur uniuerſi, q́ non tolluntur manibus, & ſiquis 2.Re.23.
eas tangere uoluerit armabitur ferro & ligno lancea-
to, igneque ſuccenſæ comburentur uſque ad nihilum. Si
quis igitur tales reprehendere uoluerit, debet ſe arma-
re lorica ferrea. i. ĩpenetrabili patiētia, ideo dr̃. Armabi-
tur ferro. Debet ſe armare dominicæ paſſionis memoria
ideo dr̃. Ligno lanceato. Chriſtus. n. fuit lignũ de quo di-
citur. Erit tanquam lignum quod plantatũ eſt ſecus &c. Pſal. 1.
Illud lignũ fuit lãceatũ. ſ. in cruce lancea perforatũ. De-
bet ſe armare ſuccenſa charitate, ut ſic omnia uerba ma-
ledicta ab illis ſpinoſis prolata igne charitatis com-
burantur, & ad nihilum redigantur. ſicut ui-
demus in ſpinis quæ igni impoſitæ com-
buruntur & annihilantur. ideo di-
citur. Igneque ſuccenſæ com-
burentur uſque ad
nihilum.

Feria

Universidad de Deusto Biblioteca

*Feria ſecunda quintæ hebdomadæ, quadrageſimæ Sermo primus. In quo Iudæorum peruerſio, ſapiens Chriſti reſponſio, ſtulta eorum interrogatio, benignaque Chriſti inuitatio manifeſtatur.*

MIſerunt principes & phariſei miniſtros ut appræhẽ-
Io. 7. derent Ieſum. Sicut dicit Ioannes ſupra immedia-
te. Multi de turba crediderunt in Chriſtum & dicebant,
Chriſtus cũ uenerit, nunquid plura ſigna faciet, q̃ quæ
hic facit? Et ideo contra phariſeos qui Chriſtum perſe-
quebãtur murmurabant. Quod audientes phariſei inui-
dia cõmoti, nõ ſunt auſi ut pſonaliter ad Chriſtum acce-
derẽt timore turbarum, ad ipſum capiendum, ſed miſe-
runt miniſtros, qa tales perſonæ pro leui precio pericu-
lo ſe exponunt. In iſto ergo Euangelio quatuor deſcri-
buntur. Primo magna Iudæorum peruerſio cũ dr. Miſe-
runt princi. Secũdo ſapiẽs Chriſti rñſio cũ dicit. Adhuc
modicum tempus uobiſcum ſum. Tertio ſtulta iudæorum
interrogatio cũ dicitur. Quò hic iturus eſt, quia nõ inue-
niemus eum. Quarto benigna Chriſti inuitatio. cũ ait. Si
*Primum.* quis ſitit ueniat ad me & bibat. Circa primum notandũ
q̧ iudæi ſæpe Chriſtũ multipliciter compræhendere uo-
*Iudæi* luerunt, aliquando in perſona ſua ſicut hic, aliquãdo in
*multipli* ſermone ſuo. Abeuntes phariſei conſiliũ inierunt, ut ca-
*citer chri* perent Ieſum in ſermone, aliquando in opere ſuo. Erat
*ſtum com* homo habens manũ aridã, & obſeruabant eum, ſi ſabba-
*phendere* to curaret, ut accuſarent illum, aliquãdo in iudicio ſuo.
*uoluerũt* Adducunt iudæi & phariſei mulierem in adulterio depræ-
*Mat. 22.* henſam. Et ſequitur, hoc autem dicebant tentantes eum
*Mat. 3.* ut poſſent eũ accuſare, aut de immiſericordia, ſi iudica-
*Io. 8.* ret ipſam lapidandam, aut de iniuſtitia, ſi diceret eã lapi-
dandam non eſſe, quia tunc contra legem iudicaret. Sed
Chriſtus contra illud quod uolebant eum capere in per-
ſona, oſtendit magnam potentiã. Vnde dicit. Adhuc mo-
dicum tẽpus uobiſcum ſum. Chryſ q.d. Quid feſtinatis
me



me interficere, parũ expectate tempus, quod mihi uultis
facere, facturi eſtis, ſed nõ modo, quia nolo. Cõtra illud
quod uolebant eum capere in ſermone, oſtendit magnã
ſapiẽtiã dicens. Reddite q̃ ſunt Cęſaris Cęſari. Cõtra il-
lud q̧ uolebãt eũ capere in opere, ponit increpationẽ ue-
rã dicens, licet ſabbatis benefacere, an male? animã ſal-
uã facere, an pdere? Contra illud quod uolebant eũ ca-
pere in iudicio, oſtendit ſimul in iudicio & iuſtitiã, cum
dicit, Qui ſine pctõ eſt ueſtrum, primus in illã lapidẽ mit-
tat. & ſuam miſericordiam ſubdit, cum dicit, Nec ego te
condemnabo, uade & amplius noli peccare. Circa ſecun-
dum notandum q̧ phariſei faciebant Chriſtum quære-
re, & uolebant ipſum appræhendere. & ad utrũq; reſpon-
dit Chrs. nã ad illud qđ ipſum faciebant quęrere dixit,
Quęretis me, & non inuenietis, hoc fuit ſecundum Aug.
poſt Chriſti aſcenſionem, quando multi iudæi compun-
cti ad prædicationem Apoſtolorum crediderunt. Vnde
dicit Aug. Viderunt Chriſtum ſuo ſcelere morientẽ, &
crediderũt in Xp̃o ſuis ſceleribus ignoſcentẽ. Et quouſq;
biberunt ſanguinem quem effuderunt, de ſua ſalute de-
ſperauerunt. Secundum autẽ Chryſ. hoc fuit quãdo ciui-
tas eorũ capiebatur. probabile eſt enim ut dicit, tunc eos
meminiſſe Chriſti, & miraculorum eius, ut eius præſen-
tiam quærerent, & ideò dicit, quæretis me, & non inue-
nietis. Iſtud autem quotidie accidit, quia multi Chriſtũ *Chriſtum*
quærũt & non inueniunt, ex eo quòd non quærunt ubi *quare*
eſt, ſed ubi non eſt. Chriſtus enim nõ eſt in delitiis, nec ĩ *multi q̃-*
diuitiis, nec in honoribus. & ideo ibi non inuenitur. Nõ *rẽtes nõ*
inuenitur in terra ſuauiter uiuentium, hoc quantum ad *ĩueniũt.*
delitioſos, abyſſus dicit, non eſt in me, hoc eſt quantum *Iob. 28.*
ad auaros, quorũ cupiditas non habet fundũ, & mare lo-
quitur, nõ eſt mecum, hoc eſt quantum ad ſuperbos, qui
ſemper ſunt tumidi, & inflati. Inuenitur autẽ in humilita- *Chriſtus*
te, paupertate, & aſperitate, quia ibi eſt. Iſta enim tria, *ubi inue-*
Chriſtus in hunc mundum ueniens ſecũ portauit, & cum *niatur.*
iſtis naſci uoluit. Ĩuenietis infantẽ. Ecce quanta humi- *Luc. 2.*
litas pannis inuolutum. Ecce quanta paupertas, & poſitũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



in præſepio. Ecce quanta aſperitas. Ad illud auté quod
iudæi uolebant eum appræhendere & capere. Chriſtus
reſpondit, ubi ſum ego, uot nõ poteſtis uenire, [illegible] eſt ubi
ſum ego immutabilis. unum cum patre, non autem ſe-
cundum gloſſ. dixit non poteritis, ſed non poteſtis, tales
enim erant tunc, qui non poſſent, ſicut & alibi dixit Pe-
tro, non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea,
quamuis aũt Chriſtus dicat, ubi ſum ego, uos non pote-
*Io. 12.* ſtis uenire, tamen de miniſtris ſuis dicit. Vbi ſum ego, il
*Mar ul.* lic & miniſter meus erit. Chriſtus aũt é in dextera Dei
ſedens. Et dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus
eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum & ſedet a dextris Dei. Eſt
*Phil. 2.* in gloria Dei. Omnis lingua confiteatur quia dominus
Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Eſt in lumine Dei
*1. Tim. 6* Lucem habitat inacceſſibilé. Miniſtri ergo Chriſti erũt
in dextera Dei, quia pater dextera ſuæ potentiæ eos in
æternitate conſeruabit. erunt in lumine Dei, quia filius
lumine ſapientiæ ſuę eos illuminabit, erũt in gloria Dei,
quia ſpiritus ſanctus dulcedine ſuæ ſuauitatis glorifica-
bit eos. Peccatores autem erunt in dextera Dei, ſed ſub
pedibus Dei. Tres enim tenebunt pedes ſuos ad gulam
damnatorum, ſcilicet Deus. Pſalm. Ponã inimicos tuos
*Iob. 18.* ſcabellum pedum tuorum. mors perpetua. Calcet ſuper
eum quaſi rex interitus. & tota congregatio ſancto-
*Mal. 4.* rum. Calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta
pedum ueſtrorum, non erunt etiam in lumine Dei, ſed
*Mat. 22* in tenebris inferni. Ligatis manibus & pedibus mit. in
*Mat. 25.* tenebras exter. nec erunt in gloria Dei ſed in pœna æter
*Tertium.* na. Ibunt hi in ſupplicium æternum. Circa tertium
notandum quod iudæi prophetauerunt ignoranter quã
do dixerunt? Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus
eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & do
cturus gentes? Verum quidem dixerunt, ſed ignoranter
dixerunt, quia Chriſtus per Apoſtolos gentes docuit, &
ad fidem conuertit. Totum quidem genus humanum
erat in tenebris ingnorantiarum, & in profunditate ui-
tiorum Deus enim tenebat in cœlo ueritatem ſuam, &
miſericor



miſericordiam ſuam, iuxta illud pſalmus. Deus miſeri-
cordia tua in cœlo, & ueritas tua uſq; ad nubes. Tan-
dem Deus ueritatem, i. ueram ſui cognitioné in terram
miſit, & eam in quodam angulo, id eſt in iudæorum po
pulo occultauit, iuxta illud. Notus in iudæa Deus, in *Pſa. 75*
Iſrael magnum nomen eius, gratiam tamen ſuæ miſe-
ricordiæ per quam omnes reconciliaret, & in gloriam
eos reciperet, eis non dedit. Chriſtus autem utrumq; ſe *Chriſtus*
cum portauit, ſcilicet gratiam, & ueritatem, ita quod per *quæ ſecũ*
ueritatem, ueram cognitionem de Deo gentibus dedit, *portaue-*
& per gratiam eos reconciliauit ſibi. De his duobus di- *rit.*
citur Lex per Moyſen data eſt, id eſt cognitio unius Dei *Ioan. 1.*
data eſt per Moyſen, ſcilicet populo iudæorum, ſed gra
tia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, quia Chri-
ſtus dedit gratiam recõciliãtem, & ueritatem illuminan
tem. Circa quartum notandum quod Chriſtus ad aquã *Quartũ.*
gratiæ ſuæ nos inuitauit dicens, Si quis ſitit ueniat & *Chriſtus*
bibat. Aug. ſi ſitimus ueniamus non pedibus, ſed affecti- *ad gra-*
bus, nec migrando, ſed amando. Ad iſtas aquas nos uo *tiam quo*
cat Deus per Eſaiã dicens. Omnes ſitientes uenite ad *modo uo-*
aquas. & qui non habetis argentum, properate, emite, & *cat.*
comedite, uenite emite abſque argento & aſque ulla *Eſa. 55.*
commutatione, uinum & lac. quare appenditis argen-
tum non in panibus, & laborem ueſtrum non in ſatu-
ritate? Dominus uocat ſitientes illos qui ſunt uacui ab
amore mundi, & aquas uocat amorem Dei. tales enim
debent uenire ad aquas gratiarum. ideò dicit, Omnes
ſitientes uenite ad aquas.. Augu. Si habitat in te amor
mundi, non eſt quo intret amor Dei. uas es, ſi plenus
es, funde quod habes ut recipias quod non habes, fun-
de amorem ſeculi, ut implearis amore Dei, ſequitur,
Et qui non habetis argentum, properate emite, & co-
medite. Per argentum intelligitur terrena ſubſtantia,
uel æloquentia, ſiue ſubtilis intelligentia, ſi ergo ſunt
aliqui qui non habent argentum temporalis ſubſtantiæ
nec humanæ facundiæ, nec profundæ intelligentiæ. ſal-
tem properent, emãt & comedant, properent per deſi-

Universidad de Deusto Biblioteca



derium & uoluntatem, emant per ſeruentẽ orationem,
& comedãt per deuotam meditation. m Sequitur, Veni
te emite abſq; argento.ſ.mundanæ eloquentiæ, uel pro-
fundæ intelligẽtiæ, & abſq; ulla cõmutatione tpalis ſub
*Notandũ* ſtantiæ, uinum & lac. Per uinum intelligitur iocũditas
mentis, per lac puritas corporis, emite ergo uobis p ora
tiones & deſideria, ſpũalem iocunditatẽ in mente, & pu
ritatem in carne. Vel per uinũ & lac intelligunt duæ na
turæ in Chr̃o. nam per uinũ intelligitur eius diuinitas io
cundiſſima. Pſalm. Vinum letificat cor hominis, per lac
intelligit eius humanitas puriſſima. Debemus ergo eme
re per deſideria & orationes, uinum & lac.i. ut nos poſ-
ſimus in cœleſti gloria contemplari eius diuinitatẽ & ui
dere eius humanitatẽ, quia in iſta contemplatione & ui
ſione conſiſtit tota beatitudo ſanctorũ, & tunc uerificat
*Can.* 5. illud quod dicit ſponſa. Bibi uinum cũ lacte meo. ſequit
Quare appenditis argentum nõ in panibus & laborem
urm̃, non in ſaturitate? Multi ſunt qui argentũ.i. ælo-
quentiam uel ingenium appẽdunt & ponunt nõ in pani-
bus.i. non in uera ſcientia, quæ habet animam reficere,
*Mat.* 10 iuxta illud. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni
uerbo quod procedit ex ore Dei, & laborem ſuum & ſtu
dium ſuum non ponunt in ſaturitate, quia diſcunt ſcien-
tias lucratiuas, quæ animam non ſatiant, ſed euacuant,
non adducnnt ſaturitatem, ſed uanitatem.

*Eadẽ ſecunda Feria quintæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De gratia, quomodo quilibet poteſt eam recipere, & quomodo Deus, nedum guſtum gratiæ, ſed & plenitudinem & continuationem dare pollicetur.*

SI quis ſitit ueniat ad me & bibat. Qui credit in me
ſicut dicit ſcriptura. flumina de uentre eius fluent
aquæ uiuæ. Iſta aqua uiua quã Christus uult dare
ſitientibus, non eſt materialis, ſed ſpiritualis, ſicut imme
diate ſubditur. Hoc autem dicebat de ſpiritu quem acce
pturi



pturi erant credentes in eum. Magnum eſt habere poten
tiam receptiuam gratiæ, maius eſt habere aliquem gu-
ſtum gratiæ, maximum eſt habere plenitudinem gra-
tiæ, & permaximum eſt habere perſeuerantiam gra-
tiæ. Iſtas quatuor differentias ponit dominus in uerbis
præmiſſis.

Primo enim oſtenditur ꝙ quilibet habet potẽtiã rece
ptiuam gratiæ, quia in poteſtate cuiuslibet eſt uenire ad
fontẽ gratiæ, iõ dicit, ſi quis ſitit ueniat ad me. Secundo
promittit dare guſtũ gratiæ cum ſubdit, & bibat. Tertio
promittit dare plenitudinem gratię, cum dicit, Flumina
de uentre eius fluent.i. de corde eius. Quarto promittit
dare continuationem, & perſeuerantiam gratiæ, cũ ſub-
dit, fluent aquæ uiuæ. Circa primum notandum, ꝙ ho- *Primum.*
mines tam boni quàm mali, habent potentiam recepti
uam gratiæ, ſoli autem damnati iſta potentia carent. Nõ *Dãnati*
enim ad iſtum fontem poſſunt uenire, nec de ipſo fonte *gratiam*
etiam minimam guttam haurire, ad fontem quidem ue *recipere*
nire non poſſunt, quia habent ligatas manus & pedes & *non poſ-*
ſunt in tenebris. Ligatis manibus & pepibus mit. cum *ſunt.*
in tenebras exteri. Non igitur poſſunt uenire, quia ha- *Mat.* 22.
bent ligatos pedes. Nec etiam poſſunt ſe diſſoluere, qa
habent ligatas manus. Nec etiam ſcirent uenire, quia ſũt
in tenebris, damnati habent ligatas manus, qa nullum bo
num uelle, vel deſiderare poſſunt, uel facere, ſunt in tene
bris, quia nullũ bonum poſſunt intelligere, ſunt in tene
bris exterioribus, quia nullum bonũ poſſunt ſperare, ſed
ſunt extra ſpem omnẽ ſalutis Dato etiã ꝙ ad fontẽ poſ-
ſent uenire, tamẽ de illo fonte nec modicã guttam gra-
tiæ poſſent haurire, ſicut patet in illo diuite, qui modi-
cam guttam aquæ, ideſt gratiæ refrigerantis petiit, & ta-
men obtinere non potuit. Si ergo dæmones uel damnati
haberent iſtam potentiam receptiuam gratiæ, ad momẽ
tum unius horæ, ita ſe diſponerent, quòd ad iſtum fon-
tem uenirent, & aquam gratiæ obtinerent. Miſeri au- *Gratiæ*
tem peccatores, quãdocunq; uoluerint uenire poſſunt, & *fons omni*
tamẽ uenire contemnũt. Iſte.n. fons omnibus patet tã bo *bus pates*

 nis

Universidad de Deusto Biblioteca



Zac. 13. ⁊is quam malis. de quo fonte dicitur. Erit fons patens
domini Dauit & habitãtibus Hieruſalem in ablutioné
peccatorum, & menſtruatæ. Per Dauid qui interpreta-
tur manu fortis, intelliguntur actiui. Per Hieruſalem
quæ interpretatur uiſio pacis, intelliguntur contempla-
tiui, nomine autem peccatoris, intelliguntur illi qui ha-
bent peccata ſpiritualia. Per mẽſtruatam autem qui ha-
bent peccata carnalia. omnes enim iſti in iſto fonte bibe-
re deberent, ſ. actiui, ut amplius roborentur. Cõtempla-
tiui, ut dulcius contemplentur, & omnes peccatores, ut
Secundũ a ſordibus mundentur. Circa ſecundum notandum quod
Gratiæ, dominus ſeruis ſuis dat guſtum gratiæ, & ille guſtus eſt
guſtus ex- tantæ uirtutis, quod extinguit ſitim omnium mundano-
tinguit ſi- rum, eſt tantæ dulcedinis, quod in dulcedinem cõuertit
tim. ſupplicia tormentorum, eſt tantæ ſuauitatis q̃d animam
excitat ad deſideria ſupernorum, quod enim eius uirtus
extinguit ſitim mundanorum, patet in Magdalena quã-
do extinxit in ea ſitim carnalis concupiſcentię, in Ma-
theo ſitim auaritiæ, in Paulo ſitim ſuperbiæ & mundanę
gloriæ, in Iacobo & Ioãne extinxit amoré domeſticum
Matt. 4. & amorem propriũ, nam ſicut dicitur. Vidit Ieſus Iaco-
bum & Ioannem in naui cum Zebedeo patre eorum &
uocauit eos. Illi autem mox ut ſenſerunt guſtũ diuinæ
gratiæ, reliquerunt amorem terrenum, & patré dimiſe-
runt in naui, & ſic reliquerunt amorem domeſticum, &
ſecuti ſunt Chriſtum, nõ ſeipſos, nec proprias uolunta-
Gratiæ ef- tes, & ſic reliquerunt amorem proprium. Aug. Qui bibe-
fectus. 2 rit de fluuio paradiſi, cuius gutta maior eſt oceano, re-
ſtat ut in eo ſitis mũdi penitus extincta ſit. Quod autem
dulcedo eius torméta & ſupplicia uertat in dulcediné,
patet in Stephano, qui lapides torrẽtis fecit dulces. Iux-
ta illud. Lapides torrẽtis illi dulces fuerunt. In Andrea
Crucis ſupplicium uertit in gaudiũ. Vnde dixit alloqués
ipſam Crucé, ſecurus, & gaudens uenio ad te. In Lau-
rentio ignis incendium uertit in refrigerium. Vnde di-
xit Decio: Diſce miſer, quia carbones tui mihi præſtant
refrigerium, tibi autem parant æternum incendium. In

Apoſto-



Apoſtolis, omnes contumelias uertebatur in gloriam.
Ibãt Apoſtoli gaudẽtes a conſpectu concilii, quoniã di- Act. 5.
gni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati, ꝙ uerò
eius ſuauitatis faciat deſiderare cœleſtia dicitur. Vbi Pe-
trus aqua ſpiritus ſancti potatus, & quodãmodo ebrius
effectus, dixit. Domine bonũ eſt nos hic eſſe. ſi uis, facia-
mus hic tria tabernacula. Dicitur aũt tabernaculũ a ta-
berna, uolebat enim Petrus, ꝙ ibi eſſent tres tabernæ, in
quibus uinum ſpiritus ſancti uenderet, ita ꝙ pater habe-
ret ſuã tabernã, filius ſuam, & ſpiritus ſanctus ſuam. In Gratia
taberna autem patris uenditur uinum forte, ideſt gratia triplex.
corroborans, quæ habet animam in dono confirmare. in
taberna filii uenditur uinum clarum, ideſt gratia illumi-
nans, quæ habet animam in agendis dirigere, & illumi-
nare. In taberna ſpiritus ſancti uenditur uinum dulce. i.
gratia dulcorans quæ habet animam cœleſti dulcedine
adimplere. Circa tertium notandum, quòd Chriſtus ui-
ris perfectis dat ſpiritum ſanctum in magna plenitudine,
ideò dicitur, flumina de uentre eius fluent aquæ. Voca- Spiritus
tur ſpiritus ſanctus flumen ſecundum Chryſo. quia ſicut S. quare
flumẽ nec reuertitur nec ſtat, ſed ſemper currit, ſic & il- flumẽ uo-
li, qui habent ſpiritum ſanctum, non reuertuntur ad pec- catur.
catum, nec ſtant per ocia, ſed ſemper currunt ad fortia.
De iſto flumine dicitur. Menſus eſt mille cubitos & tra- Eze. 47.
duxit me per aquam uſque ad talos. Rurſumque mẽſus
eſt mille, & perduxit me uſque ad genua. Rurſumque
menſus eſt mille, & perduxit me per aquam uſque ad re-
nes. De hoc etiam flumine dicitur. Spiritus domini ue- Eſa. 30.
lut torrens inundans uſque ad medium colli. Quidã er-
go in hoc flumine introducuntur uſque ad talos, quidã
uſque ad genua, quidam uſque ad renes, quidam uſque
ad collum. In talis autem eſt corporis ſupportatio, in
genibus deambulatio, in renibus uiget concupiſcentia,
a collo procedunt uerba. Illi ergo in flumine ſpiritus ſan-
cti introducuntur uſque ad talos, qui fortes ſunt ad ſup-
portandum aduerſa. Pſalmus. Spiritu oris eius omnis
uirtus eorum. Illi introducuntur uſque ad genua, qui

Universidad de Deusto Biblioteca



*Eze. 1.* ſunt magnanimes ad aggrediendum opera uirtuoſa. Vbi
erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur. Illi introdu-
cuntur uſque ad renes, in quibus extinguuntur omnia
deſideria carnalia. Grego. Guſtato ſpiritu deſipit omnis
caro. Illi introducuntur uſque ad collum, qui habent
*Mat. 10.* utilia uerba. Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiri-
*Mar. 11.* tus ſanctus. Circa quartum notandum, ꝙ ſpiritus ſanctus
*Spiritus S. aqua uiua dicitur.* dicitur aqua uiua, quando ſcilicet quis habet gratiæ cō-
tinuationem & perſeuerantiam. Sine hac enim nihil ua-
lerent præcedentia. Bern. in epiſtola ad Eugenium papā.
Tolle perſeuerātiam, nec obſequium mercedem habet,
nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Iſte aūt
fluuius aquæ uiuæ ſpecialiter fluit in cœlo. De quo dici-
*Apo. ult.* tur. Oſtendit mihi fluuium aquæ uiuæ ſplendidum, tan-
quam criſtallum procedentem de ſede Dei & agni, & in
medio plateæ Hieruſalem. Ex quibus uerbis habetur, ꝙ
iſte fluuius ſpiritus ſancti dabit ſacietatem reficientē, idō
uocatur flumen. In præſenti enim uita ſancti uiri bibunt
*Eze. 4.* aquam ſpiritus ſancti ad menſuram. Aquam in menſu-
ram bibes. In futuro autem in iſto flumine erunt, & ſine
*Can. 5.* menſura bibere poterunt. Bibite amici mei, & inebria-
mini chariſſimi. Serui Dei in præſenti ſunt amici Dei, in
futuro erunt chariſſimi. Amici ergo bibunt, quia ſpiritū
ſanctum habent ad menſurā. Sed chariſſimi erunt ebrij,
quia ipſum habebunt ſine menſura. Secundo iſte fluuius
habet emanationē, ideò dicitur aquæ uiuæ. Fluuius aquæ
mundi deficit, ſed fluuius ſpiritus ſancti, deficere non ua-
*Hier. 2.* lebit. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderūt ſi
bi ciſternas diſſipatas, quæ continere non ualent aquas.
Mundus eſt ſicut ciſterna perforata, quia amor eius defi-
cit cito. Spiritus autem ſanctus eſt aqua uiua, quia amor
eius nunquam deficit, ꝙ enim amor mundi cito deficiat,
*Io 2.* dicitur. Mundus tranſit & concupiſcentia eius, ꝙ autem
*1. Co. 13.* amor ſpiritus ſancti non deficiat dicitur. Charitas nun-
quam excidit. Tertio habet claritatem refulgētem, ideò
dicitur. Splendidum tāquam criſtallum. Fluuius amoris
mundi eſt turbidus, & ideo facit animam turbidam, & fe
dam.



dam. Quid tibi in uia Aegypti ut bibas aquam turbidā? *Hier. 2.*
Fluuius uerò amoris Dei eſt clarus, & ideò facit animā
claram, & pulchram. Clara eſt & quæ nunquam marceſ *Sap. 6.*
cit ſapientia. Implebit animam tuam ſplendoribus. Quar *Eſa. 58.*
to habet ſuauitatem afficientem, ideò dicitur. Proceden
tem de ſede Dei & agni, hoc eſt de cōtemplatione Dei,
& eius diuinitatis, & uiſione humanitatis. Ex qua uiſio-
ne & contemplatione, cauſatur tota dulcedo & ſuauitas
ſanctorum. Fluuius autem mundi habet aquas amaras.
Amara erit potio bibentibus illam. dicitur ꝙ populus nō *Eſa. 24.*
poterat bibere de aquis Marath, Marath enim interpre- *Exo. 15.*
tatur amaritudo peccati, & ſignat mundum in quo ſunt
multæ amaritudines peccatorum. Fluuius autem ſpiritus
ſancti habet aquas dulces. Spiritus meus ſuper mel dul- *Eccl. 24*
cis, & hære. mea ſuper mel & fauum, qui edunt me ad-
huc eſu. & qui bi. me ad. ſitient. Quinto habet præſentiā
aſſiſtentem, quia fluit in medio plateæ Hieruſalem. Mun
dus dat ſuas conſolationes cū magno labore, quia opor-
tet, ꝙ homo ultra mare uadat, & labores multos ſuſti-
neat, ut diuitias, & conſolationes mundanas acquirat.
Sed fluuius ſpiritus ſancti, & in præſenti uita fluuit ad o-
ſtium uoluntatis, & in futuro fluuit in medio ciuitatis cę
leſtis. Et quilibet ſine labore poteſt inde haurire. Manda *Deu. 30.*
tum, quod ego precipio tibi, non ſupra te eſt, neque pro-
cul poſitum, neque trans mare, ut cauſeris & dicas. Quis
ex nobis transfretare poterit mare, & illud ad nos uſque
deferre? ſed iuxta te eſt ualde in ore tuo, & in corde tuo
ut facias illud. Fluuit etiam ad oſtium noſtræ uolūtatis.
Ego ſto ad oſtium, & pulſo. *Apo. 3.*

*Feria tertia quintæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſermo primus.*
*Quomodo aliqui Iudæorum erant malitioſi, aliqui*
*uanaglorioſi, & aliqui formidoloſi.*

AMbulabat Ieſus in Galileam. Sicut patet in *Io. 7.*
iſto Euangelio inter Iudęos quidam erant ma
licioſi, qui ſcilicet Chriſtum occidere uolebāt.

De

De quibus dicitur in principio Euangelii. Ambulabat Ie-
ſus in Galileam. Non enim volebat ambulare in Iudæã,
quia quærebant Iudæi eum interficere. Secundo erant
quidam uanaglorioſi, qui mundi gloriam quærebant,
ſicut erant quidam propinqui Chriſti, qui dixerunt ei.
Tranſi hinc, & uade in Iudæam. Tertio erant quidam
formidoloſi, qui ſcilicet in Chriſtum credebant, ſed pro
pter metum Iudæorum eum confiteri non audebant, de
quibus dicitur. Quidam enim dicebant, qui bonus eſt,
alij autem dicebant non, ſed ſeducit turbas. Nemo ta-
men, ſcilicet illorum, qui in pręſenti credebant, palã lo
quebatur de illo, propter metũ Iudæorum. Inter iſtos ſ.
malitioſos, uanaglorioſos, & formidoloſos erat Chri-
ſtus in medio cõſtitutus. Circa primũ, duo dicuntur, ſ. q
Chriſtus in Galileã ambulabat, & ꝙ in Iudæam ire no-
lebat. Galilea autem interpretatur trãſmigratio, ſiue uo
lubilis. Et ſignat præſenté uitam, quæ eſt uolubilis & trã
ſitoria. In qua uolubilitate Chriſtus nobiſcũ fuit, & ideò
in Galileã cum diſcipulis ſuis ambulauit. Poſt reſurre-
ctionem autem diſcipulos ſuos in Galileam præceſſit.
Mar. ul. Præcedam uos in Galileam, quia iam cum eis in uitæ
mutabilitate non fuit. Poſtquam enim in baculo crucis
flumen noſtrę mortalitatis tranſluit, omnem mutabilita
Gen. 32. tem abiecit. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtũ. Iſte
*Humanæ mutabilitatis ſtatus triplex.* autem fluuius mutabilitatis humanæ, triplicem habuit
ſtatũ. In primo quidem ſtabat & paratus erat ſtare & flue
re. Et hoc fuit in prima hominis conditione, quando ho
mo habuit in poteſtate mori, & nõ mori. In ſecundo au-
tem ſtatu non ſtat nec reuertitur, ſed ſemper fluit. Iuxta
2. Re. 14. illud. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in ter-
ram, quæ non reuertuntur. In tertio autem ſtatu iſte flu-
uius reuertetur, quia omnes qui fluxerunt per morté, re-
uertentur per reſurrectionem. Et tunc iſte fluuius ſemp
*Chriſti ſtatus triplex.* ſtabit, quia nullus de cætero morietur. Poſſumus igitur
dicere, quòd Chriſtus in iſto triplici ſtatu fuit. Nam uir
tute diuinitatis potuit mori & non mori. Iuxta illud. Po
Ioan. 10. teſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumẽ
di



eam. Inquantum autem homo mortalis fuit. in ſecun
do ſtatu fuit, quia ideò naſci uoluit ut moreretur. Ideò i
ſua natiuitate magi ſibi myrrham obtulerũt, ad innuen-
dum, ꝙ homo mortalis erat, quia tunc corpora mortuo
rũ condiebantur cum myrrha. Inquantum auté a mor-
tuis reſurrexit. fuit in tertio ſtatu. Chriſtus reſurgens a Rom. 6.
mortuis iam non moritur. Secundo dicitur, quòd nole-
bat in iudæam ire. Et ſubditur cauſa, quia quærebant eũ
iudæi interficere. Subtrahebat ergo ſuam pręſentiam
ab eis triplici de cauſa, ſcilicet ratione ſui, noſtri & iu-
dæorum. Primo ratione ſui, quia nolebat adhuc a iu-
dæis occidi, ex eo quòd nondum uenerat tempus paſſio
nis ſuæ ab ipſo electum. Vnde reſpondet illis, qui ſuade-
bant ut in iudæam iret. Tempus meũ nondum aduenit,
tempus autem &c. Secundo ratione noſtri, ut nobis exẽ
plum daret, ꝙ aliquãdo perſecutores poſſumus declina-
re. Iſtam rationem ponit beatus Aug. dicés. Poterat do
minus inter iudæos ambulare & non occidi ab eis. Hanc
enim potentiam, quando uoluit demonſtrauit, ſed infir-
mitati noſtræ præbebat exemplum. Non enim ipſe per-
diderat poteſtatem, ſed noſtram conſolabatur fragilita-
tem. Futurum enim erat, ut aliquis fidelis abſconderet
ſe, ne a perſecutoribus inueniretur, & ne illi pro crimine
latibulum obiiceretur. præceſsit in capite, ut in mẽbris
confirmaretur. Tertio ratione iudæorum. Hanc rationé
aſſignat Theophilus dicens. Nolebat in iudæam ambu-
lare. Vanum enim reputabat in medio inimicorum ma-
nere, & magis ipſos ad odium incitare. Circa ſecundum
notandum, quòd Chriſtus quoſdam habebat cognatos
ſecundum carnem, qui more iudæorum fratres diceban
tur, qui tamen de numero Apoſtolorum non erant, nec
adhuc in Chriſtũ credebant. Iſti enim erant cupidi mun
danæ gloriæ. Erat auté tunc in proximo dies fęſtus iu-
dæorum ſcenophegia. Et dicitur ſcenophegia a ſcenos,
qd eſt umbra, quia tũc iudæi ĩ umbraculis habitauerãt.
Iſti igitur cognati Chriſti uolebant, ꝙ Chriſtus ad illud
feſtum aſcenderet, & ibi gloriam ſuam manifeſtaret.
Et

*Chriſtus pſentiam ſuam à Iudæis ſubtraxit triplici de cã.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Et imponebant Chriſto tria, ſecũdum Chryſ. ſcilicet ſor-
midinem, amorem gloriæ, & quia non erant uera multa
miracula, quæ de ipſo dicebantur. Nam in hoc, ꝙ dicunt
ꝙ nemo quidẽ ĩ occultò aliquid facit, notabãt eũ de for-
midine. In hoc qđ ſubdunt, & quęrit ipſe in palam eſſe,
notant eũ de amore glorię. Et in hoc, quod ſubiungitur
ſi hoc facis manifeſta teipſum mundo, notabant eum, ꝙ
non faciebat multa, quæ dicebantur. Chriſtus autem re-
ſpondit eis oſtendens, ꝙ inter ipſum & ipſos tres erant
differentiæ. Vna eſt, quia tẽpus ſuũ nondũ aduenerat, tem-
pus aũt ipſorum ſemper paratũ erat. Et pôt intelligi de
tp̃e glorificationis ſuæ, q.d. Vos uultis, ꝙ ego oſtendam
gloriam meã, ſed tp̃s gloriæ meæ manifeſtãdę, quale eſt
tp̃s meæ reſurrectionis, & aſcenſionis, nondum aduenit.
Tempus aũt ueſtrum. i. gloria mundi, ſemper eſt paratũ.
Vel pôt intelligi de tempore paſſionis. Dicit. n. Chryſo.
ꝙ iſti fratres, qui in eum non credebant, ideò forte cõſu-
lebant, ut in Iudæam aſcenderet, ut ipſum Iudæis trade-
rent. Et ideò dicit. Tempus meum. ſ. me tradẽdi iudeis, &
ab eis occidẽdi, nõdum aduenit, tempus aũt ueſtrũ. i. ſedẽ-
di cum iudæis ſemper eſt paratum. Habuit aũt Chriſtus
triplex tempus. ſ. præteritum, præſens, & futurum. Tẽpus
præteritum fuit tempus natiuitatis. ſ. de quo. Vbi uenit
plenitudo tẽporis miſit Deus filium ſuum &c. Et illud
tempus fuit ad gloriam Dei, & ad pacem mundi. Vnde
tunc Angeli gloriam cantauerunt dicentes. Gloria in ex-
celſis Deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.
Tempus præſens fuit tempus uitæ ſuæ. & illud expendit
in utilitatem noſtram. totum enim tempus uitæ ſuæ ex-
pendit & conſumpſit ad noſtram eruditionem & inſtru-
ctionem. Tempus futurum, erat tempus ſuæ paſsionis,
& illud expendit ad redemptionem generis humani, ecce
quàm utiliter Chriſtus totum tempus expendit. Sed mul-
ti ſunt, qui tempus ſuum præteritum in uanitatibus con-
ſumpſerunt, tempus præſens ſimiliter in uanitatibus ex-
pendunt, tempus uerò futurum, Deo dare nolunt di-
adhuc ero bonus homo, adhuc pœnitentiam faciam.

*Inter Chriſtũ & cognatos eius differentiæ tres.*

*Chriſtus triplex tẽpus habuit.*

*Gal. 4.*

Sed



Sed ſicut dicit Auguſt. Qui promiſit ueniam pœniten-
ti, non promiſit diem craſtinum differenti. Dicit ta-
men Berñ. quòd uerè pœnitens de tempore nihil per-
dit, & quia præteritum reſtaurat per contritionem &
confeſſionem, præſens per bonam operationem, & futu-
rum tenet per boni propoſiti conſtantiam & firmita-
tem. Secunda differentia inter Chriſtum & illos erat,
quia Chriſtus mũdũ. i. mundanos reprehendebat, & ideò
mundus ipſum odiebat, ipſi autem mundum diligebãt,
& ideò mundus eis fauebat. Vnde ſubdit. non pôt mun-
dus odiſſe uos. Ita eſt enim de mundo & mundi contem-
ptoribus & amatoribus, ſicut de duobus hominibus cõ-
morantibus inſimul. Si enim duo homines inſimul ui-
ui ſunt, ambo mutuo ſe poſſunt uidere, & diligere, ſi ue-
rò ambo ſunt mortui, neuter poteſt alterum uidere, nec
diligere. Si autem unus eſt mortuus, & alter uiuus, ui-
uus mortuum uidet, mortuus autem uiuum uidere non
poteſt, homo igitur & mundus ſunt quaſi duo homines,
tunc autem ambo ſunt uiui, quando homo mundum di
ligit, & mundus ſibi proſpera tribuit, de his duobus di-
citur. Ipſi de mundo ſunt, & ideò de mundo loquun-
tur, & mundus eos audit, tales erant iſti fratres Chri-
ſti. ideò dixit eis, non poteſt mundus odiſſe uos. Vbi
dicit Chryſ. qualiter eos mundus odit, qui eadem cum
mundo uolunt, & pro eo ſtudent? Tunc ambo ſunt
mortui quando homo mundum non amat & mundus
de ipſo non curat, talis erat Apoſtolus qui dicebat,
Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. talis erat
Chriſtus, qui mundum reprehendebat, & ideò mundus
ipſum odiebat. Vnde ait. Me autem odit, quia teſti-
monium perhibeo de illo, quia opera illius mala ſunt.
Tunc autem unus eſt mortuus, & alter uiuus, quando
mundus de homine non curat, & tamen homo mundum
amare non ceſſat, uel quando homo mundum amare
contemnit, & tamen mundus occupationibus eum aſtrin
git. Tertia differentia erat inter Chriſtum & illos, quia
illi gloriam mundi amabant, Chriſtus autem gloriã mũ

*Mũdus, & eius contẽptor quomodo ſe habeant.*

*1. Io. 4.*

*Gal. 6.*

di

Universidad de Deusto Biblioteca

di contemnebat. Vnde ait, Vos aſcendite ad diem fe-
ſtum hũc ergo non aſcendam, ſcilicet uobiſcum, uel
non aſcendam eo modo quo vultis, ſcilicet ut laudem &
fauorem humanum habeam & acquiram. Iſti uolebant
ſemper in feſto eſſe, licet non in uigilia, qa ſemper uo-
lebant habere gloriam mundi, & nullam ferre mundi
moleſtiam, ſimiles iſtis ſunt multi in præſenti uita, qui
volunt ſemper facere feſtum, & ideò in futuro facient ui-
giliam. Volunt enim modo eſſe in comeſſationibus, ri-
ſibus, & uanitatibus, ideo erunt ſemper in eſurie, & in
fletu, & in tribulatione. & ideo modo faciunt feſtũ, quia
modo ſunt in humana conſolatione, de quibus dicitur,
*Luc. 6.* Væ uobis qui nũc ridetis. ecce feſtum, quia lugebitis &
flebitis. ecce uigilia. Ponatur exemplum de Lazaro &
diuite. Lazarus quidem fuit in uigilia. i. in paupertate, &
eſurie & tribulatione, ideò modo eſt in feſto, quia eſt in
abundantia, in ſatietate, & conſolatione, diues autem
fuit ſemper in feſto. ſ. in epulatioue, in pompa & in leti-
tia. ideo modo facit uigilias, quia modo eſt in tormen-
*Tertiũ.* tis, in igne, eſurie, ita quòd nec guttam aquæ potuit ha-
*In uerita-* bere. Circa tertium notandum eſt quòd erant quidam
*te tripli-* formidoloſi & timidi, qui in Chriſtum credebant, ſed
*citer pec-* ueritatem dicere non audebant. ideo in ueritatem pec-
*catur.* cabant. Tribus enim modis, ut dicit Chry. in ueritatẽ
quis peccare poteſt, alii ueritatem tacendo, alii ueritatẽ
ipſam in mendacium commutando, alii ipſam ueritatẽ
non defendendo. Erãt eodem modo quidam hic, qui ue-
ritatem præ timore tacebant, unde in Euangelio dicitur
Aliis dicebant quia bonus eſt, & ſubditur. Nemo tamen
palam loquebatur de illo, propter metum iudeorũ. Au-
guſt. Vterque reus eſt apud Deum, & qui ueritatem ta-
cet, & qui mendacium dicit. Ille quia prodeſſe non uult,
iſte quia nocere deſiderat. Alii erant, qui ipſam ueri-
tatem in mendacium commutabant, de quibus ſubditur
alii autem dicebant non. ſed ſeducit turbas. de talibus
*Ro. 1.* dicitur. Commutauerunt ueritatem Dei in mendacium,
alii erant qui ipſam ueritatem non defendebant, de qui-
bus



bus dicitur. Murmur multus de eo erat in turba, mur-
murabant quidam de eo, quòd phariſei Chriſtum perſe-
quebantur, ſed tamen eum non defendebant, nec aperte
reſiſtere audebant cum tamen dicant. Pro iuſtitia ago- *Eccl. 3.*
nizare pro anima tua uſque ad mortem.

*Eadem tertia feria quintæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De triplici fæſto, alterum nunquam celebrandum. alterum occultè, tertiũ uerò manifeſtè*

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem *Triplex*
non aſcendam ad diem feſtum iſtum. Beatus *factum.*
Ioannes Euangeliſta deſcribit nobis tria feſta.
Vnum eſt quòd nunquam eſt celebrandum, quia Chri-
ſtus illud fæſtum noluit celebrare, & hoc oſtendit Chri-
ſtus cum dicit uos aſcendite ad diẽ fæſtum hunc. Se-
cundum eſt quod eſt celebrandum quaſi occultè non ua-
nè neque pompatice, de quo ſubditur. Vt autem aſcen-
derunt fratres eius &c. Tunc & ipſe aſcendit ad diem fe-
ſtum, non manifeſte ſed quaſi in occulto. Tertium eſt
quod eſt celebrandum manifeſte, & cum magna ſolem
nitate, ſicut fæſtum quod fiet in templo cœleſti. iſtud ſi-
gnatur per illud quod Ioannes immediate ſubdit, dicẽs
Iam autem die fæſto mediante, aſcẽdit Ieſus in templũ
Circa primum notandum eſt quòd feſtum hominum ua- *Primum.*
norum, non eſt celebraudum, quia totum tempus ſuum
ponunt in comeſſationibus, delectationibus & uanitati-
bus. De quo fæſto dicitur. Cras ſolemnitas domini eſt, *Exo. 32.*
& ſubditur, & ſedit populus manducare & bibere, & ſur- *Diaboli-*
rexerunt ludere. Iſtud eſt fæſtum diabolicum, & non *cũ fæctũ*
eſt fiendum triplici de cauſa. Prima quia hæc uia tota *nõ eſt fiẽ*
eſt uigilia, ideo debemus ieiunare, & peccata noſtra plã- *dũ tripli*
gere, ut poſſimus ad fæſtum cœleſte peruenire. Conuer- *ci de cau*
timini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, & fletu, & *ſa.*
planctu &c. Beati qui lugent, ecce uigilia, quoniam ipſi *Ioel 2.*
conſolabuntur. ecce fæſtum. ſed homines mali uolũt hic *Matt.*
facere

Universidad de Deusto Biblioteca

Luc.6. facere feſtum, ideò uenient ad uigiliam. Væ uobis qui
ſaturati eſtis, ecce feſtum, quia eſurietis, ecce uigilia.
Secundo iſtud fæſtum non eſt celebrandum. quia iſta ui-
ta tota eſt exilium. Stultus enim eſſet ille peregrinus qui
in exilio poſitus, uellet facere fæſtum, ſed debet expe-
ctare quouſque ad ſuam patriam reuertatur. Iſta igitur
uita eſt quoddam exilium. Pſal. Aduena ego ſum apud
te & peregrinus. patria autem noſtra eſt regio cœleſtis.
Heb. 12. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futu-
ram inquirimus, quia ergo hic peccatores faciunt pa-
triam, ideò a patria cœleſti ſemper erunt exulati &
Apo.22. banniti. Foris canes, & uenefici, & impudici. Tertio
iſtud feſtum non eſt fiendum, quia iſta uita eſt locus la-
Iob.5. boris. Homo naſcitur ad laborem & auis ad uolandum.
Gal 6. ideò ſerui Dei ſunt in continuo labore. Dum tempus
Apo.14. habemus operemur bonum ad omnes, & ideò de labore
venient ad quietem. Amodo iam dicit ſpiritus, ut re-
quie. a labo. ſuis. Vani autem homines uolunt eſſe in
ocio, & ideò de ocio uenient ad laborem. Pſalm. Labo-
rabit in æternum &c. ſcilicet in pœnis, & uiuet adhuc
*Animæ ſanctorũ ſtatus tres.* in finem. Secundo eſt quoddam feſtum ut dictum eſt,
quod eſt celebrandum, ſed quaſi occultè, & iterum quod
eſt celebrandum ſolemniter & manifeſtè. Et ad illa
intelligenda notandum quòd animæ ſanctorum uirorum
tres habent ſtatus. Primus ſtatus eſt, in quo ipſæ animæ
in præſenti uita cum ſuo corpore ſunt coniunctæ, & ta-
Sap. 3. li modo ſunt in manu Dei. Iuſtorum animæ in manu
Dei ſunt &c. Secundus ſtatus eſt in quo ipſæ animæ
ſuis corporibus ſunt exutæ, & quantum ad hoc ſunt in
Iſa. 40. ſinu Dei. In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu
ſuo leuabit fætas, ipſe portabit, congregabit agnos, id
eſt innocentes, ne ab innocentia cadant, leuat & portat
fętas. i. pœnitentes in ſinu, ut ſemper in operibus pœni-
tentiæ fęcundi permaneat. Tertius eſt in quo animæ ad
ſua corpora reuertentur, & in ſuis corporibus beatifica
buntur, & quantum ad hoc ſunt in thalamo Dei. Aman
Deut.33 tiſſimus dominus habitabit confidenter in eo, quaſi in
thalamo



thalamo tota die morabitur, & in humeris illius requie
ſcet. Inquantum igitur ſunt animæ adhuc in præſenti ui-
ta cum ipſo ſuo corpore coniunctæ & ſunt in manu, nõ
debet eis fieri aliquod feſtũ triplici de cauſa. Primo pro *Sãctis in uita non debet fieri fæſtũ triplici de cauſa.*
pter periculum, quia ille qui eſt homo ſanctus, cras põt
eſſe malus. Qui ſtat uideat ne cadat. Secũdo propter du
bium, quia neſcimus qui ſunt ĩ dextera Dei, uel ſiniſtra.
Multi enim uidẽtur eſſe boni & in eius dextera, qui tñ
ſunt mali & in ſiniſtra, & econuerſo. Iudas enim quãdo
erat bonus uidebatur eſſe in dextera Dei, & tñ quantũ 1.Co.10.
ad Dei præſentiam erat in ſiniſtra. Latro qñ erat in cru
ce uidebatur eſſe in ſiniſtra Dei, & tamen in Dei præde
ſtinatione erat in dextera. Tertio propter ſtatum, quia
ſancti uiri in mũdo iſto multis tribulationib ſunt expoſi
ti, homo autem qui eſt in tribulatione non indiget cele-
bratione feſti, ſed compaſſione animi, propter iſtam cau
ſam nec de Chriſto, nec de beata uirgine, quãdiu fuerũt
in hac uita, factũ fuit aliquod feſtum, quia tota uita ſua
fuit in labore, & afflictione, & ideò nõ erat eis neceſſaria
celebratio feſti ſed compaſſio. Secundo animæ conſide-
rãtur prout ſunt exutæ a corpore, & quãtũ ad hoc ſunt
in ſinu Dei, ſicut enim illud qđ eſt in ſinu eſt ſecurũ, eſt
homini earum eſt homini quodammodo coniunctũ, ſic
& animæ ſanctoru dicuntur oẽs in ſinu Dei, qa ſunt ual
de ſecuræ. Nõ rapiet eos quiſquã de manu mea, ſũt Deo Io. 10.
ualde caræ. Empti eſtis ꝓcio magno. ſunt Deo coniunctæ 1. Co.6.
& unitæ, Oẽs unũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te. Io. 10.
ſicut enim filius eſt vnũ cũ patre per naturã, ſic & ſancti *De ſanctis fit fæſtum triplici de cauſa*
unũ erũt ꝑ gratiã. Quãtũ ad iſtũ ſtatũ de ſancti in ꝓſen-
ti uita facimus feſtũ tribus de cauſis, ut dicit Aug. cõtra
fauſtũ. Primo propter imitationẽ, ut. ſ. ex hoc exẽpla ſan
ctorũ imitemur. Exẽplũ accipite frẽs mali exitus lõgani
mitatis, & patientiæ & laboris a prophetis, qui loquuti
ſunt in nomine dñi. Secũdo propter meritorũ aſſociatio Iac. 5.
nẽ, ut. ſ. eorum meritis aſſociemur & participes ſimus.
Sancti. n. merita ſua participant his qui illos honorant.
Tertio propter orationem eorum ut. ſ. ipſi apud Deum

*Iob. 5.* pro nobis intercedant. Ideo dicitur. Ad aliquẽ ſanctorũ
cõuertere. Iſtud autẽ fœſtum debet fieri quaſi occulte.i.
non pompatice nec cũ aliqua uanitate. Et in hoc maxi-
*Amos. 8.* me peccant mulieres. Contra quas dicitur. Conuertã fœ
ſtiuitates ueſtras in luctũ, & omnia cantica ueſtra in plã
ctũ, & inducam ſuper omnem dorſum ſaccum, & ſuper
omne caput caluitiũ. Mulieres enim in fœſtiuitatibus cõ
ſueuerunt ducere choreas, & uanas dicere cãtilenas. Sed
iſta cantica conuertentur in luctum infernalem. Et ideo
dicit. Cõuertam fœſtiuitates ueſtras in luctũ. Conſueue
runt etiã fatua, & uana ornamenta deferre. Sed iſta orna
mẽta in ſaccũ mutabuntur, quia cum ſacco & cinere ſe-
pelientur. Et iõ dicit, Inducã ſuper omne dorſum ſaccũ.
Cõſueuerunt capillos alienos deferre, & caput ſuũ uanẽ
ornare. Sed ille ornatus ĩ caluitiũ cõuertetur, quia ſicut
patet capita earum in monumentis totaliter decaluata
ſunt. Et ideo ſubditur. Super omne caput caluitiũ. Ter-
tius ſtatus eſt, quãdo poſt beatam reſurrectionẽ animæ
ad ſua corpora reuertentur, & tunc faciẽt fœſtum, nõ ſe
mel in anno, uel mẽſe, uel hebdomada, quia ibi non erit
annus, nec menſis, nec hebdomada, ſed tãtum una dies.
Vnde Aug. exponẽs illud uerbum Chriſti. Nõdũ uenit
tempus meũ, exponit de tẽpore gloriæ in perſona Chri-
ſti dicens. Iſte eſt dies fœſtus meus, nõ diebus iſtis pcur
rens & tranſiens, ſed permanẽs in æternũ. Ipſa fœſtiuitas
eſt gaudium ſine fine, æternitas ſine labore, ſerenitas ſi-
ne nube. Iſtud fœſtum fiet non occulte, ſed cum magna
cœlebritate, quia omnes Angeli, & omnes beati inſimul
Deum laudabunt. Aug. in lib. de ciui. Dei Vacabimus, &
uidebimus, & amabimus, & laudabimus. Ecce quid erit ĩ
fine, ſine fine. Ad uacare igitur ſequitur uidere, quia niſi
homo uacet, nihil uidet. Iuxta illud pſalmus. Vacate &
uidete, ideò dicit, Vacabimus, & uidebimus. Ad uidere ſe
quitur amare, quia nulla res poteſt amari, niſi uideatur,
uel niſi aliquo modo cognoſcatur, ideò dicit. Videbimus
& amabimus. Ad amare ſequitur laudare, & cõmẽdare.
Illam enim rem, quã odio habeo, ſemper uitupero. Illã
enim



enim quam diligo, ſemper cõmendo, & extollo. Et ideò
dicit, Amabimus & laudabimus. Sancti igitur in patria
uacabunt, uacando uidebunt, & uidendo amabũt, & amã
do laudabunt. Et hoc erit in fine, ſine fine.

*Feria quarta quintæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus.*
*In quo oſtenditur, quomodo contra ſingulas Iudæo-*
*rum inſidias ſe habuit Chriſtus.*

FActa ſunt encænia Hieroſolymis, & hyems erat. *Io. 10.*
Encænia erat fœſtũ dedicationis templi. Et dici- *Encænia*
tur encænia encæniorũ in plurali, quia illud fęſtũ *quod ſi-*
plures dies agebatur. Et dicitur ab en ꝙ eſt in, & cænos *gnificat.*
quod eſt nouum. vnde encænio as. i. initiare uel aliquid
de nouo facere. Vnde ueſtem nouã encæniat qui primo
eam portat. Et epiſcopus eccleſiam encęniat quãdo eam
dedicat. Agebatur tunc fœſtũ dedicationis templi. Nam *Tẽpli de*
ſecundum Hier. tres fuerunt dedicationes templi. Prima *dicatio-*
facta fuit a Salomone in autumno mẽſe Septembri. Se- *nes tres.*
cunda facta fuit a redeũtibus de captiuitate Babilonica,
in uere, menſe Martii. Tertia facta fuit a Iuda macha-
beo, qui templum prophanatum a gẽtibus mundauit, &
in hyeme mẽſis ſeptẽbris de qua hic dr̃. Chriſtus ergo *Nouẽbris*
ad illud fœſtũ dedicationis aſcẽdit, & ambulabat in por- *uel decẽ*
ticu Salomonis. Fecerat quidem Salomõ quandam por- *bris.*
ticũ ubi populus ſtabat ad orandũ, & quamuis illa por-
ticus fuerit poſtmodũ deſtructa, tamen credendum eſt,
quòd tunc fuerit reparata. Tunc igitur iudęi Chriſtum
circundederunt dicentes. Quouſque animam noſtram
tollis? Si tu es Chriſtus dic nobis palam. In hoc ſicut di-
cit Chryſo. oſtenditur peruerſitas iudæorum, qui quan-
do Chriſtus eos erudiebat per uerba, petebant ſigna di- *Io. 2.*
centes illud. Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc fa- *Iudæi*
cis. Cum autem faciebat ſigna, petebant uerba, ſicut hic *Chriſto*
patet cum dicunt. Si tu es Chriſtus dic nobis palam. *quid age*
Notandum eſt autem quòd iudæi intẽdebant Chriſtum *re intẽde*
decipere, uel eum deterrere, uel ipſum conturbare. Sed *rent.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Chriſtus contra hoc, quod uoluerũt eum decipere, ſe ha
buit ſapienter. Contra hoc, quod uoluerunt eum deter-
rere, ſe habuit conſtanter. Contra hoc, quod uoluerunt
*Primum.* eum conturbare, ſe habuit patienter, & reſpondit ratio-
nabiliter. Primo quidem uoluerunt eum decipere & præ
mittunt uerbum adulationis, ut citius eum decipere poſ
ſent. dicentes, Vſquequo animam no. tol. &c. Cogitabãt
eum taliter decipere, quia aut reſpondebit ſe non eſſe
Chriſtum, & ſic habebimus propoſitum noſtrum. Aut ſe
eſſe Chriſtum, & regem, & tunc ſibi duo imponemus. ſ.
ambitionem. Vnde dicit Aug. ſi diceret ego ſum Chri-
ſtus, qui de ſemine Dauid eſt oriundus, calumniabũtur
quod ſibi arrogaret regiam poteſtatem. Iterum uſurpa-
tionem regni. Et per hoc cogitabant eum tradere pote
ſtati præſidis puniendũ, quaſi qui ſibi auguſtum imperiũ
uſurparet. Si autem reſpondebit dubie, dicemus q̃ ip-
ſe eſt homo duplex, quia aliud habet in corde, & aliud
dicit in ore. Sed ad iſta omnia dominus ſe habuit ſapiẽ-
ter. Non. n. dixit ſe non eſſe Chriſtum, quia dixiſſet con-
tra fidem & ueritatem, & ipſe eſt ueritas ipſa, quæ men-
tiri non poteſt. Reſpondit autem ad alia duo dicens, Lo
quor uobis & non creditis, opera quæ ego facio in nomi
ne patris mei, teſtimonium perhibent de me. q. d. Chri
ſtus. Vultis me audire, ſi ego ſum Chriſtus, & ego reſpõ
deo uobis, quia non oportet quod ego dicam, quia ope
ra quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Facie-
bat enim Chriſtus quædam opera quæ indicabant ſuam
*Chriſti* humanitatẽ, ſicut eſurire, flere, & conturbationẽ oſten-
*opera ua* dere, laſſitudines ſubſtinere. Quædã quæ ſuã potentiam
*ria huma* oſtendebãt, & diuinitatẽ, ſicut ſpiritũ ſanctũ dare. Acci-
*nitatẽ &* pite ſpiritũ ſanctũ &c. ſicut peccata remittere. Hõ remit
*diuinita* tunt̃ tibi peccata tua. Vñ dixerũt ſcribæ & phariſæi. Quis
*tẽ oſten-* põt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Sicut infirmos &
*dentia.* mortuos ſolo ĩperio ſuſcitare, & ſanare. Puella tibi dico
*Io. 20.* ſurge. Iſta opera p̃bebãt teſtimoniũ de eo, ꝙ ipſe erat ue
*Luc. 5.* rus hõ, & uerus Deus. Alia teſtimonia ꝙ ſit uerus deus &
*Mar. 5.* uerus hõ ponit Io. dicẽs. Tres ſunt q̃ teſtimoniũ dant in
cœlo,



cęlo, pater, uerbũ, & ſpiritus ſanctus, & hii tres unũ ſunt. *1. Io. 5.*
Et tres ſunt q̃ teſtimoniũ dãt in terra, ſ. ſpiritus, aqua, &
ſanguis. Quod enim Chriſtus fuerit uerus Deus, dedit te
ſtimoniũ pater, quãdo dixit. Hic eſt filius meus dilectus
Teſtimonium dedit ſanctus ſpiritus, quando in ſpecie co *Mat. 3.*
lumbæ ſuper ipſum baptizatum deſcendit. Teſtimoniũ
dedit ipſe filius, quando dixit. Ego & pater unum ſumus
Quòd autẽ fuerit terreſtris uerus homo, tres ſunt teſtes,
ſ. ſpiritus. i. anima quã in cruce emiſit. Aqua, quæ de eius
latere emanauit. Et ſanguis q̃ de eius uenis fluxit. Sic er
go Chriſtus ad illud ꝙ quærebãt, ſ. ſi ipſe erat Chriſtus
reſpondit. Quia opera ſua indicabant quòd ipſe eſſet. Ad
illud ꝙ ſcire uolebant ſi rñdiſſet dubie. ait. Pater ꝙ de-
dit mihi, ut ſim uerbũ eius, ut ſim unigenitus filius eius,
ut ſim ſplendor lucis eius. Et ſubdit dicẽs. Ego & pater
unũ ſumus. q. d. Vos uultis ſcire ſi ego locutus fuero du-
bie, & ego dico uobis manifeſte, quia ego & pater unum
ſumus. Aug. Vtrunq; audi. & unũ. & ſumus. & a caribdi
& ſcilla liberaberis, ꝙ dicit unum, liberat ſe ab Arrio, ꝙ
dicit ſumus liberat ſe a Sabellio. Si ergo unum, non di-
uerſi, ſi ſumus, ergo pater & filius. Secundo iudæi uolue *Secundo.*
runt Chriſtum deterrere. quod notantur per hoc ꝙ dici
tur Suſtulerunt lapides iudæi ut lapidarẽt eum. Audien
tes enim hoc iudæi ꝙ dixit. Ego & pater unum ſumus, in
tellexerunt ꝙ diceret ſe æqualẽ Deo, & ideò manus ad
lapides poſuerunt, ut ſic eũ deterrerẽt, ne talia ulterius
dicere auderet. Sed Chriſtus ad eorũ terrorẽ ſe habuit
cõſtãter dicens. Multa bona opera oſtẽdi uobis ex patre
meo, pp ꝙ eorum opus uultis me lapidare? q. d. Chriſtus
Nullus debet lapidari pp bona opera ſed pp mala. Ego
autẽ inter uos mala non feci, ſed multa bona opera ope
ratus ſum, quia leproſos mundaui, cæcos illumina-
ui, mortuos ſuſcitaui. Sunt quidam qui reddunt
mala pro malis, & illud eſt prohibitum, quia Deus ſibi
hoc retinuit. Mihi uindictã & ego retribuam. Alij ſunt *Ro. 12.*
qui retribuunt bona pro bonis, & illud eſt quoddam na
turale debitũ. Si diligitis eos qui uos diligunt quã mer-

Universidad de Deusto Biblioteca



*Mat. 5.* eodem habebitis?nõne & publicani hoc faciunt? Alii sũt
qui retribuunt bona pro malis,& illud eſt perfectæ chari
tatis indicium. Talis erat Chriſtus, quia a iudæis multa
recipiebat conuitia,& tamen nõ ceſſabat eis dare benefi-
*Mat. 5.* cia. Iſtam doctrinam docet Chriſtus ſuis dicens. Benefa-
cite his qui oderunt uos. Alii ſunt qui retribuũt mala pro
bonis,& illud eſt ualde iniquum. Tales erant iudæi,qui
a Chriſto multa recipiebãt beneficia, & tamen multa re
ferebant opprobria. Pſalmus. Retribuunt mihi mala pro
bonis,& odium pro dilectiõe mea. Et ideò Chriſtus eos
charitatiue redarguit dicens, Multa bona opera oſtendi
uobis ex patre meo,propter qđ eorum opus me lapida-
*Tertio.* tis. Tertio iudæi uoluerunt Chriſtum cõturbare in hoc
quòd blaſphemiam ſibi imponentes dixerunt, De bono
opere non lapidamus te,ſed de blaſphemia. Non eſt ali
quis ita patiens qui non moueretur ad conturbationem,
ſi ſibi diceretur quòd eſſet blaſphemus. Chriſtus autẽ re
ſpondit patienter, & rationabiliter dicens. Nonnè ſcri-
ptum eſt in lege ueſtra,quia ego dixi dii eſtis q.d. me nõ
debetis lapidare,ſi Deũ me uocaui,quia ſcriptura ueſtra
uocat Deos homines puros. Multo fortius poteſt uocari
Deus ille,quem pater ſanctificauit.i. quem ſanctum ge
*Deus tribus modis dicitur.* nuit,& in mundum miſit. Dicit autem glo. quòd Deus
dicitur tribus modis, ſcilicet natura,& hoc modo Chri
ſtus erat Deus. Adoptione & gratia, & hoc modo ſancti
uiri dicunt dii & falſa nuncupatione,& hoc modo idola
& demones dii appellãtur. Sancti ergo uiri dicuntur dii,
nõ per naturam,ſed per gratiam Aug Talis eſt unuſquiſ
que qualis eſt dilectio ſua,ſcilicet ſi Deum diligis, Deus
es. Si terrã diligis, terra es. Diligamus ergo Deum, ut
dii apdellemur,cõtemnamur terrena,ne terra uocemur.
Sed poſſet aliquis dicere. Volo utrumq; facere. & Deum
diligere,& ſic ero Deus & terram amare. & ſic ero terra
*Mat. 6.* Sed hoc fieri non poteſt,quia ſicut dicitur. Nemo poteſt
duobus dominis ſeruire,ſcilicet. Deo & mũdo. Eſt illud
poteſt oſtendi per tria exempla, ſcilicet uaſi manus, &
oculorum. Aug. in li. omel. hoc oſtendit exemplo uaſis
quia



quia ſi uas aliquod debet impleri melle,& eſt plenũ ace
to,opportet quòd acetum effundatur,& ſic mel infunda
tur. Vnde dicitur. Eſt amor utilis & amor noxius. Amor *Amor duplex.*
amore impellitur, amor noxius recedat. & amor utilis ſuc
cedat. Pleni ſunt homines amore huius ſeculi, fundant
& capiant. Vis ut intret mel, unde acetum non fudiſti.
Secundo hoc idem oſtendit Aug. ſuper Ioannem exem
plo manus dicens. amorem hominis ſic putate, quaſi ma
num animæ ſi aliquid tenet,aliud tenere non poteſt. Vt
autem poſſit tenere quòd datur, dimittat quòd tenetur.
Qui enim amat ſeculum, Deum amare non poteſt, occu
patam habet manum. Dicit illi Deus,tene quòd do, Nõ
uult dimitere quòd tenebat,nec poteſt accipere quòd of
fertur. Tertio hoc oſtẽdit Cyprianus in tractatu de duo
decim abuſionibus ſeculi exẽplo oculorum dicens. Mun
di amor & Dei pariter in uno corde habitare non poſ-
ſunt, quemadmoduui oculi cœlum pariter & terram, ne
quaquam conſpiciunt. Dicit Ariſto. in li. de animalibus,
quòd aues claudunt oculos cum palpebra inferiori, ani-
malia uerò ſenſibilia cum palpebra ſuperiori. Per aues
intelliguntur ſancti uiri, qui ad inferiora & terrena ocu
los claudunt,& cæleſtibus & ſuperioribus intendũt. Per
animalia intelliguntur mundani, qui habent oculos clau
ſos ad cœleſtia, & apertos ad terrena.

*Eadem quarta feria quintæ hebd. 40. Sermo ſecundus. De duplici ouium differentia, & quomodo cognoſcuntur.*

OPera quę ego facio in nomine patris mei, hęc te
ſtimonium perhibent de me, ſed uos nõ credi-
ti, quia non eſtis ex ouibus meis. Oues meæ uo- *Ouium duæ differentiæ.*
cẽ meam audiunt, & ego cognoſco eas & ſequũtur me.
Dominus noſter qui eſt uerus paſtor ponit hic duas diffe
rentias ouium. Sunt enim quędã oues quæ non ſunt ſuæ
ſed oues diaboli. De quibus dicit, ſed uos non creditis,
quia non eſtis ex ouibus meis. Aliæ ſunt oues ſuæ, de q
bus dicit. Oues meæ uocem meam audient &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Primæ oues, ſcilicet oues diaboli, faciunt duos greges.
Primus grex eſt in hoc mundo. Oues igitur diaboli quę
ſunt in hoc mundo, ſunt ipſi hiprochritæ. De quibus di-
*Matt. 7.* citur. Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in
ueſtimentis ouium &c. Dicit tamen Chryſoſt. ſuper Ma
th. ꝙ lupus ſi tegatur pelle ouina, poteſt tamẽ cognoſci,
quòd ſit lupus ꝑ tria. Primo per actum, quia lupus den-
tibus mordet, ouis autẽ non habet dẽtes unde mordeat.
Secũdo per ululatum, quia lupus uerſus cœlum ululat,
ouis autem uerſus terram ad ſeipſam balat. Tertio per
cibum, quia lupus cibatur carnibus, ouis uerò herbis ui-
rentibus paſcitur. Eodem modo hyprochritæ cogno-
ſcuntur, primo per actum, quia ſerui Dei non mordent,
*Gal. 5.* nec detrahunt, nec de aliquo obloquuntur, hyprochri-
tæ autem mordent, & detrahunt. De quibus dicitur.
Si inuicem mordetis, & comeditis, uidete ne ab inuicem
conſumamini. Ex hoc habetur, ꝙ aliqui mordent, qui-
dam comedunt, & quidam conſumunt. Ille qui mordet
partem accipit, & partem relinquit. Sic detractor, ſæpe
in parte laudat, & in parte uituperat. Ille uerò, qui co-
medit, cibum maſticat, & ſibi incorporat. Sic etiam mul-
ti contra uitia aliorũ murmurant, & tamen eadem fa-
ciendo ſibi incorporant. Ille autem, qui conſumit, nec
de pelle, nec de carne, nec de oſſe, aliquid dimittit. Sic
etiam multi condemnant uitam, uituperant famam, &
iudicant conſcientiam. Secundo cognoſcuntur per uo
cem. Serui enim Dei balant aduerſus terram ad ſeipſos
quia recognoſcunt ſe terram eſſe, & multos defectus ha
bere. Hypprochritæ uerò uerſus cœlum ululant, quia cõ
tra homines cœleſtes ſæpe loquuntur, & ipſos infamant.
Pſalm. Poſuerunt in cœlum os ſuum, id eſt in cœleſtes.
Item iniquitatem in excelſo locuti ſunt, id eſt contra ui
ros excelſos. Tertio cognoſcuntur per cibum, quia oues,
id eſt boni ueſcuntur herbis uirentibus, id eſt cœleſtibus
*Eze. 34.* amœnitatibus. Requieſcent in herbis uirentibus, mali au
tem paſcuntur carnibus, id eſt carnalibus uoluptatibus.
*Rom. 8.* Qui enim ſecundũ carnẽ ſunt, ea quæ carnis ſunt ſapiũt.
Qui

*Lupus ſi ouina pelle tegatur per tria cognoſcetur ſicut hypochrita.*



Qui uerò ſunt ſecũdum ſpiritum, ea quæ ſunt ſpiritus ſa
piunt, & ſequuntur. Secundus grex diaboli ouium eſt in
inferno. De quibus dicitur in pſal. Sicut oues in inferno
poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Quod quidem uerbũ qua
tuor modis exponitur. Primo ſic, quando oues ſunt inſi
mul cõſueuerũt ſtare compreſſæ, & una ſuper aliam ia-
cere, ſic etiam damnati adinuicem in inferno ſic erũt cõ
preſſi, ꝙ unus ſuper alium iacebit. Et hoc innuitur, ubi
dicitur. Primum colligite zizania, & alligate faſciculos *Mat. 14*
ad comburendum. Sicut ligna in faſciculis ſunt com-
preſſa, ſic etiam damnati adinuicem comprimuntur. No
tandum eſt tamen, ꝙ oues in magno calore ſtant cõpreſ
ſæ, in magno aũt frigore ſtant ſeparatæ. Sic damnati, qñ
ſtant igne ſunt compreſſi, ut adinuicem ſe magis com-
burãt. Et quando ſtant in frigore ſunt ſeparati, ut quili-
bet per ſe fremat & ſtrideat dentibus. Secundo intelligi
tur ſic, Greges conſueuerunt abinuicẽ ſeparari, ſic & in
inferno erunt diuerſi greges, id eſt diuerſi damnatorum
ordines. Nam erit ibi grex ſuperborum, grex auarorum,
& grex luxurioſorum. Et hoc innuitur. Planget ter- *Zac. 12.*
ra, ſcilicet infernalis familiæ, & familiæ ſeorſum. Quia
per ſe plangent familiæ ſuperborum, per ſe plangent fa-
miliæ auarorum, & per ſe familiæ luxurioſorum. Tertio
modo ſic poteſt intelligi. Conſueuit paſtor oues tonde
re, & lanam ab eis auferre, & ſic attonſas ad paſcua eas
tranſmittere. Sic etiam oues diaboli dimittunt hic la-
nam, id eſt res temporales, & ſic attonſæ ad paſcua in-
fernalia diriguntur, & de bonis ſuis nihil portant ſecum.
Diues cum dormierit nihil ſecum afferet. Quarto mo- *Iob. 27.*
do ſic poteſt intelligi. Conſueuerunt oues poſtquam in
uno prato pauerunt, ire ad paſcendum in aliud pratum
In inferno ſunt duo prata. Vnum eſt pratum caloris,
aliud eſt pratum frigoris. Poſtquam igitur oues diabo-
li in prato caloris ſunt aduſtæ, tranſibunt ad pratum fri
goris. Poſtquam in prato frigoris ſunt congelatæ, tranſi
bunt ad pratum caloris. Ad nimium calorem trãſibunt *Iob 32.*
ab aquis niuium.

*Greges multi in inferno.*

*In inferno duo prata.*

Secundo

Universidad de Deusto Biblioteca



Secuudo ſunt oues Dei. Et illæ cognoſcũtur per qua
*Oues Dei* tuor ſigna. Primo per opera quæ faciunt. Iſtud ſignum
*per qua-* dominus etiam ponit de ſe, qui eſt paſtor ouium cum di
*tuor ſi-* cit. Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me.
*gna co-* Eodẽ modo fideles ſui ab operibus cognoſcũtur. Hic no
*gnoſcun-* tandum eſt tñ, ꝙ ſuns quædã opera quæ hoĩem ſanctum
*tur. Ope-* oſtendunt, ſed non faciunt. Sicut ſnnt opera miraculo
*rũ diuer-* rum, quæ etiã aliquando mali uirtute fidei faciunt. vnde
*ſitas.* dicent in iudicio illud. Domine domine, nonnè in nomi
*Mat. 7.* ne tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus? Alia
ſunt opera quæ faciunt hominẽ ſanctum, ſed non oſte-
dunt, ſicut eſt ſimplicitas, & humilitas ſanctorũ uirorũ,
& cæteræ uirtutes quæ faciunt hominem ſanctum corã
Deo, ſed ſæpe reddunt eum deſpectum, coram mundo.
*Iob. 22.* De quibus dicitur. Deridetur iuſti ſimplicitas, lampas cõ
tempta apud cogitationes diuitum. Vbi dicet Greg. ꝙ ſã
cti uiri ſunt lampas, quæ lucet interius, ſed contempta,
quia exterius non lucet. Lampas ſunt quia interius uir-
tutibus ſplendent, ſed contempta, quia exterius irriſioni
bus patent. Alia opera ſunt quæ hominem faciunt ſan-
*Eccl. 3.* ctum, quia peccata omnia dimittunt. Ignem ardentem
extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Hominẽ
*Eccl. 31.* etiam coram hominibus ſanctum oſtendunt. Eleemoſy-
nas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. Secundũ
ſignum eſt, ꝙ ſunt oues Chriſti, quando uocem eius au-
diunt. Vnde ſubditur Oues meæ uocem meam audiunt.
*Vox Chri* Quatuor enim uoces iſte paſtor dat ouibus ſuis. Prima
*ſti ſuis* eſt exterior exhortatio. De qua dicitur. Sapientia foris
*ouib. qua* prædicat, in plateis dat uocem ſuam. Secunda eſt inte-
*druplex.* rior inſpiratio. de qua dicitur in pſalm. Audiam quid
*Prou. 1.* loquatur in me dominus Deus. Inſpiratio omnipoten-
*Iob. 32.* tis dat intelligentiam. Tertia eſt beneficiorum elargi-
*Eſa. 11.* tio. Si uolueritis & audieris me bona terræ comede-
tis. Quarta eſt corporalis flagellatio, per quã homines
ſæpe ad Deum reccurrunt. pſalmus. Multiplicatæ ſunt in
firmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Sed quoniam
multi ſunt, qui iſtas uoces non audiunt, ideò dominus
conque-



conqueritur, dicens, Vocaui, ſcilicet per exteriorem ex *Prou. 1.*
hortationem, & renuiſtis. Extendi manum meam, ſci-
licet beneficia largiendo, & non fuit qui aſpiceret. De-
ſpexiſtis omne conſilium meum, quo uobis propoſita bo
na inſpirabam, & increpationes meas neglexiſtis, per
quas aliquando uos arguebam, & flagellabam. Ideò ſub
ditur magna comminatio. Ego quoque in interitu ue-
ſtro ridebo &c. Tertium ſignum eſt, ꝙ aliqui ſunt oues
Chriſti, quãdo ipſe Chriſtus, qui ẽ paſtor, eas cognoſcit.
Vnde ſubditur. Et ego cognoſco eas. Cognoſcit autẽ fi-
deles ſuos per imagninẽ ſuam, quam eis impreſſit. Iux-
ta illud pſalm, Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui
domine. Per arma uirtutum, quibus eos armauit. In- *Ro. 2.*
duamur arma lucis &c. Per ſigna bonorum operum, *Can. 8.*
quibus eos decorauit. Poñe me ut ſignaculum ſuper cor
tuum, & ſuper brachium tuum. Per doctrinam chari-
tatis qua eos inſtruxit. In hoc cognoſcent omnes, quia *Ioan. 13.*
eſtis mei diſcipuli ſi habueritis dilectionem adinuicem.
Quia uerò reprobi iſta non habeut, ideò a Chriſto in iu
dicio non cognoſcentur. Sed dicet eis illud. Amen di *Mat. 25*
co uobis neſcio uos. Quod uerbum exponens Chryſo-
ſtom. dicit. Pater cognoſcit filios ſuos, per imaginem &
ſimilitudinem ſuam. Rex cognoſcit milites ſuos, per ar-
ma & uexillia ſua. Paſtor cognoſcit oues ſuas, per ſigna
ſua. Magiſter cognoſcit diſcipulos ſuos, per doctrinam
ſuam. Ego autem non cognoſco uos tanquam pater fi-
lios ſuos, quia meam imaginem non habetis. Nec tan-
quam rex milites ſuos, quia mea arma non habetis, nec
uexilla portaſtis. Nec tanquam paſtor oues, qa mea ſi-
gna abieciſtis. Nec tanquam magiſter diſcipulos, quia
meam doctrinam non ſeruaſtis.

Quartum ſignum eſt, quòd ſint oues Chriſti, quan-
do ipſum uerum paſtorem ſequuntut. Vnde ſubditur,
& ſequuntur me. Mali nolunt Chriſtum ſequi, ſed
eum fugiunt & ab eo ſe auertunt. Vnde de talibus do-
minus conqueritur dicens. Quotiens uolui congrega- *Mat. 23*
re filios tuos, quemadmodum gallina congrdgat pul-
los

Universidad de Deusto Biblioteca

Notãdũ. los ſuos ſub alas, & noluiſtis? Legitur de proprietati-
bus auium, quòd aliquando gallina ſimul & ſemel fouet
oua propria, & oua anatum, & oua pauonum, cum au-
tem pulli creuerunt, ueri pulli matrem ſequuntur, ana-
tes auté in aquam ſe immergunt, pauones de ſua pul-
chritudine gloriãtes, nutricem relinquunt. ſic & Deus
tanquam bonus paſtor & bona gallina, congregat bo-
nos & malos in una fide, & fouet eos per multa benefi-
cia, quæ eis confert, ſed tandem quidam eorum ſequun-
tur ipſum per imitationem bonorum operum, ſicut hu-
miles & manſueti, alii verò deſerunt ipſum & in aquam
delitiarum ſe immergunt, ſicut ſunt uoluptuoſi, alii de
ſuis diuitiis & honoribus gloriantes Chriſtum deſerunt
ſicut ſuperbi & auari, ſed qui uere Chriſti oues ſunt &
pulli ipſum ſequuntur, ideò dicit. Et ſequuntur me.

*Feria quinta quintæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. De Hiſtoria Magdalenæ quantum ad tria genera ægrotantium*

Luc. 7. ROgabat Ieſum quidã phariſeus ut manducaret
cum illo, & ingreſſus domũ phariſei diſcubuit. Et
ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Ec-
cleſia ſupponit uniuerſaliter, quòd iſta mulier peccatrix
fuit Maria Magdalena ſoror Lazari, quæ etiam in Be-
thania unxit pedes Ieſu Chriſti & caput. De qua dici-
Mat. 27 tur. Cum eſſet in Bethania in domo Simonis lepro-
ſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguen-
ti præcioſi & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.
Io. 12. De qua etiam dicitur. Ante ſex dies paſchæ uenit Ieſus
in Bethaniam, & infra. Maria ergo accepit libram un-
guenti nardi piſtici præcioſi, & unxit pedes Ieſu, & ex-
terſit capillis ſuis pedes eius. Vtrum autem iſta unctio
de qua facit mentionem Lucas, & illa quæ facta fuit in
Bethania fuerit una & eadem, uel fuerunt duæ dubita-
tur. Auguſt. autem dicit quòd fuerunt duæ. Vnde ſicut
dicit in libro de conſenſu Euangeliſtarum, eandem Ma-
riam



riam bis feciſſe intelligendum arbitror ſemel ut Lucas
narrat. Vnde Ioannes cum de Lazaro reſuſcitando cę-
piſſet loqui, antequam uenirent in Bethaniam dixit. Ma-
ria autem quæ unxit dominum unguento, exterſit capil
lis ſuis pedes eius, cuius frater Lazarus infirmabatur.
Itaque iam hoc Maria fecerat, quòd autem in Bethania
hoc fecerit rurſus, aliud eſt quod ad Lucæ narrationem
non pertinet. Siue autem fuerint duæ unctiones, ſiue
una, manifeſtum eſt quòd illa talis unctio ſepulturam
Chriſti repreſentabat. Vnde dicitur. Mittens hæc mu- *Mat. 26*
lier in corpus meum hoc unguentum, ad ſepeliendum
me fecit, & quoniam tempus illud uocatur tempus de
paſſione, ideò legitur hoc Euangelium in quo agitur de
illa unctione. In hoc igitur Euangelio ponuntur gene-
ra ægrotantium.

Quidam enim erant ægrotantes qui ægritudinem ſuã *Egrotan*
cognoſcebant, & medicum requirebant, de quorum nu- *tes diuer*
mero erat iſta peccatrix, quę infirmam & immundam ſe *ſi.*
cognoſcens ad medicum & ad fontem uenit. Greg. Quia
humiliter turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad
fontem miſericordiæ cucurrit.

Alij erant qui nec ægritudinem ſuam cognoſcebant,
nec medicum requirebant, immò ægros & medicos iu-
dicabant. de quorum numero erat phariſeus, qui dice-
bat intra ſe. Hic ſi eſſet propheta, ſciret utique &c.
Grego. Ecce phariſeus apud ſe ſuperbus, & fallaciter in-
ſtus, ægrum reprehendit de ægritudine, & medicum de
ſubuentione, quæ profectò mulier ſi ad pedes phariſei
ueniſſet, calcibus depulſa deſcendiſſet, inquinari ſe alie-
no peccato crederet.

Alii erant qui de aliorum ſanitate ægrotabant, de
quorũ numero erant illi qui dicebant, quis hic qui etiã
peccata dimittit? Vnde dicit Greg. Ecce quæ ad medicũ
uenerat ægra, ſanata eſt. Sed de ſalute eius adhuc alij æ-
grotant. In medio igitur ægrotantiũ erat iſtorũ medicus
cõſtitutus, qui primũ infirmũ ſanauit, ſecundũ rationa-
biliter cõfutauit, tertium in ipſa infirmitate dereliquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Primum.* Circa primum infirmum, ſcilicet ipſam peccatricem, no-
*Magda-* tandum ꝙ ipſa per quatuor Deum offenderat, & ideò
*lena per* per quatuor Deo ſatisfaciebat, ut uerificetur quod dici-
*quatuor* tur. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Primò
*Deum of* enim offenderat Deum per oculos ipſos ad uana iacu-
*fenderat.* do ſæpius, ideò de ſuis oculis Deo ſatisfaciebat ama-
de ipſis lachrymas emittendo, ideò dicitur, lachrymis cœ-
*Sap. 11.* pit rigare pedes eius. Inuenimus tamen ꝙ ipſa quatuor
lachrymarum genera habuit. Primo lachrymas compun-
*Magda-* ctionis, quas fudit ex conſideratione peccatorum ſuorum
*lenæ qua* de quibus dicitur hic, ꝙ lachrymæ fuerunt tantæ uirtu-
*tuor gene* tis, & efficaciæ, ꝙ impetrauerunt omnium peccatorum
*ra lachri* ſuorum abſolutionem, vnde dixit ei Chriſtus, Remit-
*marum.* tuntur tibi peccata tua.

Secundo habuit lachrymas compaſſionis, & hoc in
morte fratris ſui, quę fuerunt tantæ efficaciæ, ꝙ induxe-
runt Chriſtum ad fletum, & ꝙ fecerunt eum reſuſcitare
*Io. 11.* Lazarum. Vnde dicitur. Videns Ieſus Mariam ploran-
tem, lachrymatus eſt, poſtmodum ad monumentum iuit
& Lazarum reſuſcitauit.

Tertio habuit lachrymas doloris, & hoc in morte
*Luc. 23.* Chriſti. Vnde dicitur. Sequebatur illum multitudo po-
puli & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum.
Certum eſt autem ꝙ inter illas mulieres, iſta principa-
lior aderat, & iſtæ lachrymæ fuerunt tantæ uirtutis, ꝙ
induxerunt Chriſtum ad compaſſionem. Vnde dixit eis.
Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uos
ipſas flete & ſuper filios ueſtros, quoniam uenient
dies, &c.

Quarto habuit lachrimas amoris, quas fudit ex ſub-
tracta & deſiderata præſentia corporis Chriſti. Vnde di-
*Ioan. 20.* citur. Maria ſtabat ad monumētum foris plorans, & iſtæ
lachrymæ fuerunt tantæ uirtutis, ꝙ meruerunt angeli-
cam uiſionem. Vnde dicitur, Dum ergò fleret ad monu-
mentum, uidit duos angelos in albis ſedentes. Merue-
runt etiam Chriſti apparitionem. Vnde dicitur, conuer-
ſa retrorſum uidit Ieſum ſtantem. Se-



Secundo offendit Deum per capillos ipſos, uane cō-
ponendo, ideò ſatisfecit Chriſti pedes de ipſis tergendo.
In talibus enim uanitatibus capillorum ſępè offendunt
uanæ mulieres Deum. Vnde dominus contra eas loqui-
tur dicens. Pro eo quòd eleuatæ ſunt filię ſyon, & am- *Eſa. 3.*
bulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, &
plaudebant, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant.
Vanæ enim mulieres modo collum extendunt, modo
nutibus oculorum plaudūt, modo compoſito gradu in-
cedunt. Sed contra tales ponit pœnas dicens, & erit pro
ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpan-
ti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. q.d.
quæ diuerſos ſibi exhibebant odores, intolerabiles in
morte habebunt fœtores, quæ cingebantur corrigijs ar-
genteis, tunc ligabuntur pedes & manus funiculis, quæ
ornabantur uanitatibus capillorum, tunc habebunt cal-
uitium capitum, quæ portabant faſciam ſericam, tunc
portabunt faſciam cilicinam.

Tertio offendit Deum ore ſuo, ſiue uerba laſciua di-
cendo, ſiue laſciua oſcula dando, ſiue laſciuè comeden-
do. Ideò de ipſo ore ſatisfaciebat, ipſum in pedibus
Chriſti deuote figendo, & ipſos oſculando. Solent e-
tiam homines inimici quando ad pacem ueniunt ſe inui-
cem oſculari. Iſta peccatrix Deo guerram fecerat, ſed
modo reconciliationem accipiens erat, ideò Chriſto in
pedibus oſcula dabat. De iſta reconciliatione peccato-
ris dicitur in Pſal. Miſericordia & ueritas obuiauerunt
ſibi, iuſtitia & pax oſculatę ſunt, quando peccator ex
parte ſua habet ueritatē, quia de ſuis peccatis ueraciter
ſe accuſat. ſtatim ex parte Dei ipſi peccatori miſericor-
dia obuiat. ideò dicitur, Miſericordia & ueritas obuia-
uerunt ſibi. Quando etiam peccator habet iuſtitiam,
quia de ſeipſo iuſtitiam facit, & ſe punit, ſtatim pax Dei
ſibi oſculum tribuit. ideò dicitur, iuſtitia & pax oſcu-
latę ſunt. Quarto offendit Deum per vnguenta, ea ſi-
bi ipſi uane exhibendo. ideò ſatisfaciebat Chriſto pe-
des eius de ipſis deuotæ ungendo. Eſt autem triplex
unguen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Vnguen-* vnguentum quod ipſa Chriſto obtulit. Primum eſt con
*tũ triplex* tritionis, quod ſignatur per illud vnguentũ quo Chriſti
*Magdale* pedes vnxit, & lachrimis rigauit, ſpecies huius unguenti
*na Chri-* ex parte ſunt amaræ, & ex parte dulces, quia debet habe
*ſto obtu-* re amaritudinem peccator de peccatis ſuis, & ipſorũ per
*lit.* petratione, ſed magnũ gaudium de ueniæ impetratione.
Secundum unguentum eſt deuotionis, quod ſignatur p
*Mat. 26.* illam unctionẽ, qua unxit caput Chriſti. Et Pſal. Impin-
guaſti in oleo caput meũ, tunc caput oleo impinguatur
qñ mens ſuaui deuotione repletur. Species iſtius vnguẽ
ti ſunt oẽs ſuaues, quę ſunt beneficia Dei, & dona gratu
rum. Tertium vnguentum eſt odoriferę opinionis, iſtud
ſignatur per aromata, quibus corpus Chriſti ungere uo-
luit. Species huius unguẽti odoriferæ ſunt, quæ ſunt odo
rifera conſcientia, odorifera uita, & odorifera fama. Vn-
*Prou. 27* guentis & uarijs odoribus delectatur cor. Circa ſecun-
*Secũdũ.* dum infirmum notãdum q; Chriſtus poſuit ſibi paradig
ma dicens, duo debitores erant &c. phariſeus aũt rñdit, q
plus diligere debebat cui plus dimiſſum fuerat. Vbi dicit
Greg. Dum ſua ſententia phariſeus cõuincitur, quaſi fre
neticus funem portat, cum quo ligatur. Iſti duo debito
res erant. Maria quæ erat debitrix Deo quingentorũ de
nariorũ, phariſeus aũt quinquaginta, quia minus crede
bat ſe peccaſſe, & ideò Magdalena plus diligere debebat,
quia maiorẽ remiſſionẽ acceperat, & qa plus diligebat,
ideò maiora obſequia Chriſto ꝑbebat, ideò dixit Chri-
ſtus: Intraui in domum tuam &c. Olim quando aliquos
recipiebant aliquos hoſpitio. Primo dabant oſculum in
ſignum ſecuri hoſpitii, deinde lauabãt ſibi pedes, propter
laborem itineris, poſtea unguento refrigerationis cor
caput ungebant, cõtra caloris æſtum. Sed dñs phariſeum
reprehendit, quia illa ſibi non exhibuerat, & tamen illa
peccatrix iſta ſibi dederat. Ideò dixit, Intraui in domum
*Terũ.* tuam &c. Circa tertium infirmum notandum q; illi qui
de ſanitate peccatricis infirmabantur, erant ſicut ueſper
*Sap. 2.* tiliones, qui ad lucem excæcantur. Malitia eorũ excæca
uit eos. Erãt ſicut ſerpentes, qui de bono odore moriunt.
Chriſti



Chriſti bonus odor ſumus, alijs quidem mortis in mor-
tem, aliis odor uitæ in uitam. Erãt ſicut palatum infectũ
habentes, qui circa ſaporum naturam falluntur De qui- *Eſa. 5.*
bus dicitur Væ qui dicitis malum bonũ, & bonũ malum,
ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes
amarum in dulce, & dulce in amarum.

*Eadẽ quinta feria quintæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. De eadem materia quantum ad tres mundi ſtatus.*

ECce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix, &c. Sta-
tus huius mundi deſcribitur quãtũ ad tria. Pri-
mo quantum ad ſtatum culpę, cũ dicitur. Mulier
quæ erat in ciuitate peccatrix. Secundo quantũ ad ſtatũ *Primus*
penitẽtiæ cũ dicitur. Lachrymis cępit rigare pedes eius. *ſtatus.*
Tertio quantum ad ſtatũ perfectionis & gratię, cum in
fine concluditur. Fides tua te ſaluã fecit. Circa primum *Magdale*
ſtatum notandum quòd culpa iſtius mulieris fuit, quia *na tria*
peccatrix erat, & carnalibus voluptatibus ſe expoſuerat *habuit,*
Habuit enim tria, quæ ſibi & aliis mulieribus fuerũt & *peccatum*
ſunt cauſa peccati. Primo pulchritudinẽ corporis, quia *cauſan-*
dicitur multum pulchra & formoſa fuiſſe. Secundo opu *tia.*
lentiam rei temporalis, quia fuit multum locupleta. Ter
tio habuit dominium ſuum & libertatem, quia fuit ſui *Prou. 1.*
domina, quia cum Lazaro fratre ſuo, & Martha ſorore
ſua patrimonium diuiſit, & magdalum caſtrum in partẽ
recepit. Iſta tria ut dictum eſt, fuerunt ſibi & multis aliis
mulieribus occaſio peccati. Primũ quod eſt occaſio pec-
cati, eſt pulchritudo corporis. Circulus aureus in narri-
bus ſuis mulier pulchra & fatua. Sicut enim ſus habens
circulum aureum in lutum ſe immittit, ſic mulier ha-
bens pulchritudinem, in uoluptatem ſe immergit.
Quando autem mulier eſt pulchra & ſapiens, non eſt
periculum quia ſapienter ſe conſeruat. Similiter quan-
do eſt turpis & fatua, non eſt periculum, quia nemo eã
ſollicitat. Sed quãdo eſt pulchra & fatua, tunc eſt pericu
lum. Nam quia eſt pulchra, ſollicitatur a multis. Quia

Universidad de Deusto Biblioteca



Prou. 8. verò eſt fatua, cuſtodire ſe neſcit. De tali pulchritudine
Mulieris dr. Fallax gratia & uana eſt pulchritudo. Eſt enim uana
pulchri- quia cito tranſit, & eſt fallax, quia multos decipit, Pul-
tudo tri- chritudo.n. mulieris ē ſicut carbo fulgidus, eſt ſicut gla
bus aſſi- dius ſplendidus, eſt ſicut pomũ pulchrum, plenum uer-
milatur. mibus. Pueri igitur uidentes carbones fulgentes eos tan
gunt, & comburuntur, uidentes gladios ſplendentes cos
accipiũt & vulnerãtur, uidentes poma pulchra exterius
& interius fætida, eligunt & decipiuntur. Sapientes au-
tem ab omnibus ſibi cauent. Sic etiam homines pueriliter uiuentes aſſumunt ſibi carbones in corde ſuo, id eſt
Prou. 6. ignitas cogitationes, & ideo comburuntur. Nunquid po
teſt hõ abſcõdere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius
non ardeant? Aſſumunt gladios fulgentes dum uolunt
habere familiaritatem cum mulieribus, & ideo uulnerã
tur. Hiero. Gladius igneus ſpecies mulieris. Vnde dici-
Prou. 5. tur de muliere. Acuta eſt, quaſi gladius biceps. Et dici-
tur mulier gladius biceps, quia occidit hominem in ani
ma & corpore. Sunt etiã tanquam poma a foris pulchra,
ſed inter fœda. Sæpe enim quæ ſunt exterius pulchrio-
Eze. 16. res, ſunt intus fœdiores. Abhominabilem feciſti decorẽ
tuum. Illa enim mulier abhominabilem facit decorem
ſuum, quæ eſt exterius decora, ſed interius abhomina-
tionibus plena. Bern. Filiæ Babylonis quarum uerè glo-
ria in confuſione eſt, induuntur purpura & byſſo, & ſub
pannoſa conſcientia iacent, fulgent in monilibus & ſor
Eze. 16. dent moribus. Secundum quod eſt in muliere occaſio
peccati eſt opulentia rei temporalis. Hæc fuit iniquitas
ſodomæ & peccati cauſa, ſaturitas panis, & abundãtia,
& ocium. pſalmus. Prodijt quaſi ex adipe frumenti ini-
quitas eorum. Ita enim eſt de corpore humano, ſicut de
prato & inſtrumento ferreo. Quando enim pratum non
irrigatur, herba areſcit, quãdo uero debito mõ adaqua
tur herba uireſcit. Similiter inſtrumentum ferreum qua
do indebite exercetur conſumitur. Quando nullo mo-
do exercetur rubigine corrũpitur. Quando uero debito
modo exercetur, fulgidus inuenitur. Sic etiam quando
quis



quis corpus ſuum per abſtinentias & immoderatos labo
res affligit, ipſum ad omne opus bonum debile reddit.
Quando uero ipſum delitiis nutrit, hoſtem animæ ipſum
inuenit. Quando verò debito modo ipſum fouet, tunc
anima in adiutoriũ ipſum habet. Hugo de ſancto uicto-
re. Qui carnem ſuam ſupra modũ affligit per abſtinẽtiã
corpus ſuũ occidit, qui plus quam expedit alimentis reſi
cit, hoſtẽ nutrit. Sic igitur caro nutriẽda eſt ut ſeruiat, &
ſic domanda, ut non ſuperbiat. Tertium quod in mulie-
re eſt occaſio peccati, eſt qñ eſt ſui domina & libera. Eſt
enim mulier mollis multũ & imbecillis, & incauta, & iõ
regenda & cuſtodienda eſt. Ideo dicitur. In filia non
auertente ſe firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione ab
utatur ſe. Vnde dicitur de muliere. Si non ambulauerit Ecc. 26.
ad manum tuam, confundet te in conſpectu inimicorum Ecc. 25.
tuorum. Quia enim mulier magis fragillis eſt & homo Mulieris
magis uirilis, ideo circa mulierẽ quatuor cuſtodiæ ſunt cuſtodia.
adhibendæ. Sicut dicit Augu. libr. de decem chordis q̃
ſunt timor Dei. diligens cuſtodia uiri, uerecundia, & cõ-
fuſio mũdi, & terror legum publicarum, quæ uxores for
nicarias condemnant. Cuſtodia autem uiri ut ibidem di
cit Aug. debet eſſe timor Dei & ipſa eius uirilitas. Et ſub
dit Aug. Ideo mulieri adhibenda eſt maior cuſtodia, qa
in ea eſt maior infirmitas. Illa erubeſcit uirum, tu non e-
rubeſcis Chriſtum, tu liberior, quia fortior, ideo tibi cõ
miſſus es. Non igitur erubeſcit fornicari, quia illud fa-
ciunt multi. Tanta eſt peruerſitas generis humani, ut
aliquando metuendum ſit, ne caſtus erubeſcat apparere
inter impudicos. Secundus ſtatus eius fuit ſtatus pœni-
tentiæ, ubi tantã cõtritionem oſtendit quod lachrymis Secũdus
eius pedes Chriſti rigauit. Quæ quidem lachrymæ tres ſtatus
magnas efficacias habuerunt. Primo fecerunt ipſam to- lachry-
tam mundam. Iuxta illud pſal. Lauabo per ſingulas mæ.
noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum ri- Magd. 3
gabo. Vnde Grego. quia enim mulier turpitudinis ſuæ efficacia
maculas aſpexit, lauando ad fontem miſericordiæ cucur
rit. Secundo fecerunt ſibi ſerenam conſcientiam. Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicit Chryſ.ſuper hunc locum. Sicut vbi uehemens im-
ber prorumpit,fit ſerenitas, ſic lachrimis effuſis apparet
tranquilitas,& perit caligo reatuum. Et ſicut per aquam
& ſpiritum,ſic per lachrimas & cõfeſſionem,denuo mũ
damur. Tertio in ipſa aqua lachrymarum ſubmerſa ſunt
omnia crimina eius.pſal.Contribulaſti capita draconum
*Mat.16.* in aquis.Draco.i.diabolus habet ſeptem capita,id eſt ſe-
ptem mortalia peccata,quæ aliquando fuerunt in pecca
trice iſta.Apparuit primo Mariæ Magdalenæ,de qua eie
cerat ſeptem dæmonia.Tunc igitur Chriſtus capita dra
conum in aquis tribulauit,& cõtriuit,quando in lachry
mis ſuis omnia peccata ſubmerſit. Non tantum omnia
peccata grauia lauit, ſed etiã omnes cogitationes, quæ
*Eze.5.* ſignificantur per capillos, quos in obſequium Chriſti ad
hibuit. Vnde dicitur quod capillis capitis ſuis pedes ter
ſit. De iſtis capillis cogitationũ dicitur. Sume tibi gladiũ
acutũ radentem pilos, & duces per caput tuum & bar-
bam tuam, & aſſumes tibi ſtateram ponderis, & diuide
*Cogitatio* eos, tertiam partem combures igni, & tertiam partem
*nes ſæpe* concides gladio in circuitu eius, tertiam uero aliam di-
*in 3. par* ſperges in uentum,& gladium nudabis poſt eos. Cogita
*tes diui-* tiones enim noſtræ ſæpè in tres partes diuiduntur, quia
*duntur.* aut ſunt bonæ, aut ſunt malæ, aut ſunt indifferentes.
Cogitationes igitur bonæ ſunt igne comburendæ, id
eſt ſpiritui ſancto committendæ, & ab ipſo inflamandæ.
Cogitationes indifferentes, quæ aliquando eueniunt
*Tertius.* pro neceſſitatibus temporalium, ſunt circuncidendæ
*ſtatus.* & moderandæ, ut non ſint ſuperfluæ. Cogitationes
autem noxiæ & malæ,ſunt à nobis penitus expellendæ,
*Maria* & diſpergẽdæ. Et ſi forte redire ſatagerent, contra eas
*Magda.* eſt diuinæ ſeueritatis gladius apponendus. Tertius eius
*duo ha-* ſtatus fuit perfectionis gratiæ,quando dixit ei Chriſtus
*buit.* Vade in pace. Vnde dicit Grego. Poſtquàm dominus ei
peccata dimiſit, non ſiſtit in remiſſione peccati, ſed ad
fecit operationem boni. In hoc igitur quod dicitur. Va-
de in pace. Notandum quod iſta habuit ſollicitationẽ pro
bona opera,& quod habuit pacem in ſua cõſcientia. Ip-
ſa



ſa quidem habuit pacẽ per opera interiora,quia fuit cõ
templatiua Iuxta illud. Maria optimam partem elegit *Luc.10.*
&c. Per opera exteriora,quia fuit actiua,quia omnia o-
pera miſericordiæ erga perſonam Chriſti exercuit. Ipſa
enim ipſum pauit. Fecerũt ei cœnam ibi,& Martha mini *Io. 12.*
ſtrabat. Maria ergo accepit libram unguenti &c. Cum il *Luc. 8.*
lo erant aliquæ mulieres curatæ.ſ. Maria Magdalena,&
aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Ip
ſa eũ hoſpitio recepit. Intrauit Ieſus in quoddam caſtel- *Luc.10.*
lum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum
in domum ſuam,& huic erat ſoror nomine Maria &cæ.
Ipſa byſſo puritatis & purpura charitatis eum induit.
Iuxta illud Byſſus & purpura indumentum eius. Ipſa eũ *Pro. ult.*
in tribulatione poſitum uiſitauit,& aſſociauit. Stabant *Io. 18.*
iuxta crucẽ Ieſu mater eius,& ſoror matris eius. Maria *Luc. 23.*
cleophe & Maria Magdalenæ. Ipſa eius ſepulturæ inter
fuit. Ioſeph acceſſit ad Pilatum & petiit corpus Ieſu, &
depoſitum inuoluit in ſyndone,& poſuit eum in monu-
mento exciſo in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.
Secutæ ſunt autem mulieres,quæ cum ipſo uenerant de *Ioan.19.*
galilæa,& pcipue Maria Magdalenæ, & in monumen-
to fixa permanſit. Maria ſtabat ad monumentum foris
plorans. Secundo habuit pacem in conſcientia. Iſtam pa
cem conſcientiæ non poteſt habere ſuperbus, & ratio *Iob 15.*
eſt,quia ipſe Deo eſt contrarius. Iuxta illud. Cucurrit
aduerſus Deum erecto collo,& pingui ceruice armatus *Iob. 9.*
eſt,quia igitur eſt Deo contrarius,non poteſt eſſe ſibi ip
ſi pacificus. Quis reſiſtit ei, & pacem habuit? Iſtam etiã
pacem conſcientiæ nõ poteſt habere auarus. & ratio eſt
quia habet terram, iſt eſt terrena deſideria in ſuperiori
parte animæ,& cęleſtia in inferiori. terra autem cum ſit *Pro. 25.*
grauis naturaliter appetit deorſum deſcendere. & cœ-
lum cum ſit leue appetit aſcendere ſurſum. ideo. Cœ-
lum ſurſum,& terra deorſum,quia igitur in tali aſcen-
ſu & deſcenſu eſt pugna, ideo non poteſt ibi eſſe pax
aliqua. Cor impii quaſi mare feruens, quod quie- *Eſa. 57.*
ſcere non poteſt. Impius eſt auarus, quia eſt ſine pietate,

 cuius

Universidad de Deusto Biblioteca



cuius cor eſt ſicut mare, quia ſemper eſt in motu & per-
turbatione. Luxurioſus etiam nõ poteſt habere iſtam pa
cem conſcientiæ, & ratio eſt, quia anima cum ſit ad ima
ginem Dei facta, naturaliter appetit munditiã, & purita-
tẽ, & ideo qñ in animam intrat aliquod immundum, na
turaliter illud abhorret, deteſtaт, & fugit, & ideo quàm
Heb. 12. diu in anima aliqua eſt immunditia, non põt ibi eſſe pax
uera. ideo dr̃. Pacem ſeqmini & ſanctimoniã, ſine qua ne
mo uidebit Deũ, uolẽs Apoſtolus nos ad pacẽ inducere
conſcientiæ, conuenienter monuit nos ad ſanctimoniã
munditiæ. q. d. Si uultis habere pacẽ, habeatis ſanctimo
niam. i. mentis & corporis caſtitatem. Quia igitur beata
Maria Magdalena, ueram humilitatẽ ſeruauit, oĩa terre
na cõtẽpſit, & perpetuam mẽtis & corporis caſtitatem
habuit. ideo in uera pace fuit, ſicut enim bona cõſcien-
tia animã delectat. Iuxta illud. Secura mens quaſi iuge
Pro. 15. conuiuium, ſic mala cõſcientia animã cruciat. Greg. ni-
cenus. Mala conſcientia ſequitur ſe, immo non recedit à
ſe, uix poteſt foris aliquod eſſe remedium quando intus
eſt vulnus incluſum.

*Feria ſexta hebdomadæ quintæ quadrageſimæ. Sermo. I. De concilio Iudæorum contra Chriſtum.*

Iob. 2. COllegerunt pontifices & phariſæi concilium & dice
bant. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna fa-
cit. Quando aliquis rector ciuitatis audit negocium gra
ue, & periculoſum, conuocat concilium & exponit nego
cium, & audit conſiliatores, & tandem facit partitum,
& tunc illa ſententia approbatur in quam plures conſen
tiunt. Eodem modo pontifices & phariſæi fecerunt, au-
dierunt enim de reſuſcitatione Lazari, & quomodo om
nes in Chriſto credere uidebantur, unde credẽtes ex hoc
eis imminere periculũ, collegerũt cõcilium. In iſto igi-
tur euangelio quatuor tanguñt. Primo cõcilij cõgrega-
tio cũ dr̃. Collegerũt põti. & pha. cõciliũ. Secũdo nego-
cij diligẽs inquiſitio cũ dr̃. Quid facimus, qa hic hõ mul
ta ſigna



ta ſigna facit. Tertio ponit̃ unius cõſiliatoris prolocutio
Vnde ſubditur. Vnus autẽ ex ipſis Cayphas nomine &c.
Quarto ponitur ipſius ſententiæ ab omnibus cõfirmatio
cum ſubditur. Ab illo ergo die cogitauerunt eum inter
ficere. Non enim fecerunt partitum, quia non diuiſerũt
ſe in partes, ſed omnes vnanimiter in mortẽ Chriſti con
ſenſerunt. Primo igitur ponitur concilij collectio, & il-
lud concilium fuit improuide congregatum, quia cum
feſtinatione, cũ iniuria, cum ira, cum inuidia, & cum inſi *Quæ req-*
pientia congregauerunt. In concilio autem non debet *rãtur ad*
eſſe feſtinatio, nec ira, nec inſipiẽtia, ideo dicit Socrates *conciliũ.*
ꝙ in concilio duo ſunt maxime contraria, ſcilicet feſtina
tio & ira. Non debet etiam eſſe tertium, ſcilicet inſipien
tia, ſed potius magna ſapientia. Ego ſapientia habito in *Prou. 8.*
conciliis. Pontifices igitur & Phariſæi, illud concilium
non fecerunt cum maturitate, & deliberatione, ſed cum
præcipitatione, & feſtinatione. Mox enim cum audierũt
ꝙ Chriſtus ſuſcitauerat Lazarum, & quòd omnes ibant
poſt eum, concilium collegerunt, cum tamẽ debuiſſent
cogitare, expectare, & deliberare, quid magis expediſſet
Ideo dicitur. Qui feſtinus eſt, pedibus offendit, qa enim
nimis feſtinauerunt, ideo offenderũt, quia Chriſtum oc-
ciderunt. Socrates. Concilium uelox ſequitur pœniten-
tia. Varro philoſophus. Imperitiæ ſignum eſt, exigere ci
to fieri, quod difficilimũ eſt. Ideo legitur de Auguſto *Prou. 19*
Cæſare, ꝙ dixerat, ꝙ feſtinatio & temeritas male in du
ce conueniunt, dicens, ſatis enim celeriter fit, quicquid
bene fit. Secundo illud concilium congregauerunt cum
ira & inuidia. Audientes igiturꝙ populus poſt eum ibat,
in grauem iram, inuidiam exarſerunt, & in tali ira con *Gen. 49.*
cilium collegerunt. De tali concilio dicitur. Simeon &
Leui uaſa iniquitatis bellantia, in concilio eorum nõ ue
niat anima mea, quia in furore ſuo occiderũt uirũ, ideſt
Chriſtũ. Dicit enim Hiero. ꝙ de Symeone Phariſæi, de
Leui autem pontifices exiuerunt. Illud enim fuit pericu
loſum concilium, quod in furore & ira fuit celebratũ.
Greg. Si ira ſemel mentem poſſidere cęperit, iuſtum eſſe

 putat,

Universidad de Deusto Biblioteca

putat, ꝙ etiam crudeliter fit. Chryſ. Non poteſt pacifice
loqui, qui cor habet turbatũ. Tertio illud concilium cõl
legerunt cum inſipiẽtia. ſapiens enim in eo, quod habet
facere, attendit ad principium, ad medium, & ad finẽ, ut
ſcilicet negocium ſuum incohet ſapienter, & proſequat
conſtanter, & finiat utiliter. Iſti autem Phariſæi inchoa
uerunt cum fatuitate, mandatum dantes ut Chriſtus ca
peretur. vnde dicitur parum infra. Dederant autem pon
tifices mandatum, ut ſi quis cognouerit ubi ſit, indicet
ut appræhendant eũ, & proſequuti ſunt eum cum crude
litate, quia mortẽ Chriſti facere firmauerũt. Vnde dici
tur. Ab illo ergo die cogi. inter. eum. Finierunt autem cũ
ſua deſtructione, quia illud, quod timebant. ſ. ꝙ perderẽt
locum & gentẽ, euenit eis. Secũdo ponitur negociũ ſup
quo debet haberi concilii diligens expoſitio, cũ dixerũt.
Quid facimus. i. cur tardamus? cur nobis nõ prouidemus
quia hic homo multa ſigna facit Si dimittimus eum ſic
ſcilicet uiuentem & ſigna facientẽ, omnes credent in eũ
& uenient Romani & tol. no. lo. & gentem. Romani enim
& multi alii principes gentium in magna reuerentia ha
bebant dei templum. Vnde etiã Alexãder cũ Hieroſoly
mam feſtinaret, & Iudęi impetum eius timerent. põtifex
indutus põtificalibus, & in capite ſuo habens cidarim in
qua ſcriptũ erat nomen Dei tetragrammaton. i. quatuor
ſyllabarum, quod dr̃ lene obuiã ſibi proceſſit. Statimq;
Alexãder de equo deſcendens nomen Dei adorauit, &
pontificẽ ueneratus eſt, & cũ ſuper hoc a ſuis militibus
argueretur. Reſpondit, nõ iſtũ, ſed Deũ in ipſo adoraui.
Deus enim cęli in iſto habitu mihi apparuit, & principa-
tũ Perſarũ mihi promiſit. Romani igitur & principes gẽ
tium in magna reuerentia habebant templum. Chriſtus
aũt prædicabat ſacramenta Iudaica, & cerimonialia eſſe
abolenda, & ideo dixerũt, ſi Romani iſta audierint, tem-
plum contẽnent. Opes templi auferet, & nos & locũ no
ſtrum tollẽt. Vel aliter. Iudæi intendebant tũc Romanis
Mat. 5. rebellare, & tributa eis non ſoluere. Chriſtus autem præ
dicabat, nõ eſſe alicui reſiſtendũ dicẽs. Ego aũt dico uo-
bis,



bis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in unam
maxillam, præbe ei & aliã, & ideo qui vult in iudicio cõ-
tendere tecum, & tuam tunicã tollere, dimitte ei & pal-
lium. Ideo timebant ne uenientibus contra ſe Romanis,
nullus ſe defenderet. Vel aliter. Romani ordinauerunt,
ut nullus rex conſtitueretur niſi, prout ipſi mãdarent.
Multa autem turba ſequebatur Chriſtum, quæ etiam ip
ſum regem, & Chriſtum confitebantur, & iõ timuerunt
ꝙ Romani audirent, ut turba eũ ſequeretur, & crederẽt
ꝙ uellent rebellare, & ſi audirent, ꝙ eum regẽ cõfiterẽ-
tur, crederent, ꝙ ipſum regem uellent facere, & ſic ueni
rent, & locum & gẽtem tollerent. Iſta autem ſicut Chry
ſoſt. dicit, Phariſæi quantum ad ueritatem nõ credebãt,
cum turba quę ipſum ſequebatur nõ eſſent milites arma
ti, nec armigeri, ſed inermes & ſimplices uiri, ſed ideo di
cebant, ut contra Chriſtum populum excitarent. Tertio
ponitur unius malitioſa proloquutio cum dicit. Vos ne-
ſcitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit uobis, ut unus
homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. In
hoc autem uerbo, aliã intentionem habuit Cayphas, &
aliam Spiritus ſanctus. Intendebat enim Caypas, ꝙ ex-
pediret, ut Chriſtus occideretur, priuſquam a Romanis
captiuarentur. Spiritus autẽ ſanctus, qui per os ſuũ pro-
phetauit, intellexit ꝙ expediebat, ut Chriſtus pro huma-
no genere moreretur. Vbi dicit Auguſtin. Hic docemur
per homines malos ſpiritũ ſanctum futura docere. quod
tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramento, quia ipſe,
ſcilicet Cayphas erat pontifex, quamuis autem prophe-
tauerit, tamen propheta non fuit. Nam ſicut dicit Augu-
ſtinus ſuper Gen ad literam. Tria ſunt quæ faciunt ho-
minem eſſe perfectum prophetam. Vnum eſt, ꝙ ipſe ali-
quas uiſiones habeat. Secundum eſt, ꝙ ipſas uiſiones in-
telligat & reuelationes.

Tertium eſt ꝙ ipſas uiſiones etiam alijs manifeſtare
ſciat primum habuit Nabuchodonoſor, quia ſtatuam ui-
dit. Duo uero ſequentia non habuit, quia nec ſignifica-
tionem intellexit, nec ipſam uiſionẽ Danieli enarrare ſci
uit,

Uniuersidad de Deusto Biblioteca



uit,& ideo propheta non fuit. Duo autem ex his habuit Pharao, quia & uiſionem habuit, quando ſeptem boues pingues,& ſeptem macilentos uidit, & ipſam uiſionem Ioſeph enarrauit, ſed non habuit tertiam, quia eius ſignificationem non intellexit,& ideo propheta non fuit. nullum tamen ex his habuit Cayphas. Ipſe enim de morte Chriſti nullam reuelationem habuit, ipſe etiam intellectum quem habuit ſpiritus ſanctus, nõ intellexit. habuit tamen unum, quod mortem Chriſti neceſſariã fore denuntiauit,& ideo ſimiliter propheta non fuit. Sed ſpiritus ſanctus, qui os aſinę aperuit, per iſtã prophetiã prædixit quando ait. Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo &c. Quarto ponitur iſtius ſententiæ approbatio,& confirmatio, cum dicitur. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Prius quidem pluries ipſum interficere cupiebant, ſed modo diffinitiuã dederunt ſententiam. Iſta autem ſententia fuit iniqua & iniuſta, ex

*Snĩa Iudæorũ cõtra Chriſtum fuit iniqua tripliciter.* animo, ex cauſa, & ex ordine. Tunc ſententia eſt iniuſta ex animo, quando ex ira & inuidia profertur tunc eſt iniuſta ex cauſa, quãdo ſufficiens cauſa non ſuffragatur, tunc eſt iniuſta ex ordine, quando ordo iuris omittitur. Sententia igitur quam principes & Phariſæi ſuper mortem Xp̃i protulerunt, fuit iniuſta ex animo, quia ex inuidia ipſum tradiderunt. Vnde dicitur. Sciebat enim, ſcilicet Pilatus, ꝙ per inuidiam tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes &c. Secundo fuit iniuſta ex cauſa, quia nulla cauſa mortis ſuæ ſuberat. Vnde dicitur. Nihil inuenio cauſæ in hoc homine, & infra. Ecce ego coram uobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis, ſed nec Herodes, ideo dicitur. Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt, cauſam iudiciũq; recipies,& põi eſſe uerbum patris ad filiũ, quia enim cauſa ſua impie iudicata fuit ideo ipſe cauſam iudiciumq; omnium à Deo patre accepit. Neque pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio &c. Tertio fuit iniuſta ex ordine, quia non fuit ſeruatus ordo iuris, quia ipſum condemnauerunt nec ſponte confeſſum, nec teſtibus

*Mat.27* *Luc.23.* *Iob. 26.* *Io.5.*



bus conuictum. Vnde dicitur. Multi enim falſum teſtimonium dicebant,& conuenientia teſtimonia non erãt. *Mar.14*
Quia igiẽ ſnĩa Xp̃i, qua iudicatus fuit, ſic fuit iniuſta ex animo, ex cauſa, ex ordine, ideo ipſe feret ſententiam iuſtam cum dicet illud. Diſcedite a me maledicti in ignẽ *Mat.25*
æternũ.&c. Illa enim ſententia erit iuſta ex animo, quia non ex ira per uitium, ſed ex ira per zelum proferetur. Accipiet armaturã zelus illius. erit iuſta ex cã, q̃a opera miſericordiæ nõ habuerũt. Vnde dicet. Eſuriui & nõ de *Sap.5.*
diſtis mihi mãducare, erit iuſta ex iuris ordine, q̃a nõ ꝓferetur niſi cõtra ſponte cõfeſſos,& cõuictos. ipſi.n. peccata ſua ſponte cõfitebuntur. Ergo errauimus à uia ueritatis &c. Conſcientia etiam contra ipſos teſtificabitur. *Sap.5.*
Teſtimonium illis reddente conſcientia eorum. *Rom.5.*

*Eadem feria ſexta hebdomadæ quintæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. Quomodo expediebat Chriſtum mori.*

EXpedit uobis, ut vnus moriatẽ homo ꝓ populo & nõ tota gens pereat. Spiritus. S. in ueris prophetis tangit corda eorũ, reuelationes & inſpirationes aliquas immittẽdo, illuminat eorum mentes ipſarum reuelationũ ſenſum & intelligentiam tribuendo, aperit eorum os ad *2.Pet.1.*
proferendum illas reuelationes, uerba cõgrua miniſtrãdo iſta tria tanguntur. Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. i. propria expoſitione, ſed à Deo conceſſa. Ecce quia ad Spiritum. S. pertinet corũ, quæ inſpirat intellectum dare. Et ſequitur. Non.n. uolũtate humana illata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu S. inſpirante. Ecce q̃a ad Spiritũ. S. pertinet diuinã inſpirationem emittere. Sequitur. Locuti ſunt ſancti Dei omnes. Ecce quia ad ſpiritum. S pertinet uerba conuenientia miniſtrare. In Caypha ſpiritus. S non illuminauit cor eius ad intelligendũ. Vnde dicit Orige. Cayphas ex ſe nihil protulit, nihil dixit, quia prophetiam Dei non accepit, nec tetigit cor eus inſpirandum, ſed tantum aperuit os eius ad proferendum. Vnde dicit Chryſoſtom. Ore

Cayphæ

Universidad de Deusto Biblioteca



Cayphæ ſolum ſpiritus ſanctus uſus fuit, cõtaminatũ au
tem cor eius non tetigit. Dixit ergo, Expedit uobis ut
unus moriatur homo pro populo &c. Homo quidem e-
rat mortuus, ideo expediẽs erat ut moreretur Chriſtus
ut eius mors, noſtram deſtrueret, ideo dixit. expedit uo-
bis ut unus moriatur &c. Homo ẽt erat perditus. & ideo
expediebat ut Chriſtus ad nos ueniret, & mortem ſubi-
ret, ut ſic hominem perditum inueniret. Ideo ſubditur.
Et non tota gens pereat. Erat etiam homo à Deo diui-
Primo. ſus & diſperſus, ideo expediebatur Chriſtus homines ad
Homo eum congregare, ideo ſubditur. Non tantum pro gen-
quadru- te, ſed ut filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in
plici mor unũ. Ex his igitur habetur, ꝙ humanum genus erat mor-
te mor- tuũ, perditũ, & diſperſum. Expediebat ergo ut Chriſtus
tuus erat moreretur, & ſic humanum genus mortuum uiuificaret.
1. Co. 15 Erat autem homo mortuus quadraplici morte. Quarum
Oſeæ. 3. duæ erãt in præſenti ſ. mors naturæ, & mors culpæ. Duę
autem erant in futuro. ſ. mors gehẽnæ, & mors quę cau-
Apoc. 1. ſatur ex priuatione uiſionis diuinæ. Primam mortem. ſ.
Heb 9. naturæ deſtruxit per ſuam glorioſam reſurrectioné. Per
hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ.
Oſeæ. 13 Viuificabit nos poſt duos dies, ĩ die tertia ſuſcitabit nos
Secundam mortem. ſ. culpæ deſtruxit per ſui ſanguinis
effuſionem. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Sanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab o-
peribus mortuis. Tertiam mortem. ſ. gehennæ deſtruxit
per inferni expoliationem, tunc enim infernum expolia
uit, quando ſanctos patres inde eduxit. Ero mors tua o
mors, morſus tuus ero o inferne. Quartam mortem
quæ cauſatur ex priuatione uiſionis diuinæ, deſtruxit
Pſa. 50. per ſuę uiſionis reſtitutionem, quam quidem reſtitutio-
nem petebat ſibi fieri propheta dicens. Redde mihi læ-
titiam ſalutaris tui. Iſta autem mors eſt grauior quàm
gehenna. Vnde auguſt in enchridion. A regno Dei exu-
lare, a ciuitate Dei alienari, a uita Dei cadere dulcedi-
ne Dei carere, tam grauis eſt pœna, ut ei nulla poſſint
tormenta, quæ nouimus comparari. De hac etiam ſic
dicit



dicit Chryſ. in lib. de reparatione lapſi. Nonnulli impe-
ritorum putant ſibi ſatis eſſe, & optabile uideri, ſi ge-
henna tantummodo careant, ego autem multo grauio-
res quàm gehenna dico eſſe cruciatus, remoueri & abij
ci ab illa gloria, & ita excludi a beatis, & alienum effici
ab his quæ præparata ſunt ſanctis, tantum generat cru- Secundo.
ciatum, tantum dolorem, ut ſi etiam nulla extrinſecus
pœna torqueat, hæc ſola ſufficeret, omnis enim gehen-
næ ſuperat cruciatum. Secundo expediebat Chriſtum
mori ut hominem perditum inueniret, Chriſtus enim ue Hier. 14.
nit ad quærendum hominem perditum. Dimiſit domum
ſuam cœleſtem, & uenit ad noſtrum exilium, vnde pro-
pheta admirando dixit. Quare quaſi colonus futurus es
in terra, & quaſi uiator declinans ad manendum reliq̃t Baruc. 3.
ſocietatẽ angelicã & uenit ad noſtrum conſortium? Poſt
hæc in terris uiſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Apo. 6.
Ipſe etiam cum eſſet indutus lumine, induit ſe noſtrum Hier. 12.
ſaccum. Sol factus eſt niger quaſi ſaccus cilicinus, de his
tribus dicitur. Reliqui domum meam ſcilicet domũ cęle
ſtem, dimiſi hæreditatem meam, id eſt angelicam ſocie-
tatem, in quibus ego regnabam. Dedi dilectam animam
meã in manus inimicorum eius, aſſumendo ſcilicet hu
manam carnem, quam tanquam ſaccum conſui ſuper
meam diuinitatem. Saccum conſui ſuper cutem meam, Iob 16.
quem quidem ſaccum, dedi in manibus inimicorum
meorum qui ipſum occiderunt, & lacerauerunt, ut in pre
cium ſanguinis emaneret. pſal. Concidiſti ſaccum meũ.
Nec mirum ſi tam miſericorditer nos redemit. Tria eñ
ipſum induxerũt ut miſericorditer nos redimeret. Vnũ
fuit ex parte ſui. ſ. eius uiſceroſa pietas. Secundum ex Chriſtũ
parte noſtri. ſ. nr̃a magna neceſſitas. Tertiũ tam ex parte tria indu
ſui quã ex parte noſtri. ſ. nr̃a. cũ ipſo & ſua nobiſcũ ma- xerunt ut
gna propinquitas. Primum enim eſt eius pietas, eſt. n. il- no. redi-
le pater benignus, qui ſuper filiũ prodigum reuertẽtem meret.
miſericordia motus eſt, ſup collũ cecidit, & oſculatus eſt
eũ. & dixit. Filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat
& inuentus eſt. De hac uiſceroſa miſericordia eius di-
cit,

cit Auguſt.Nemo de Dei pietate diffidat, maior eſt eius
miſericordia,quam noſtra miſeria, tardius quidem uide
tur peccatori ueniam ſibi tradere , quam ipſi peccatori
*Pſ.118.* accipere . Secundum quod ipſum induxit ad miſericor-
diam & ad perditum requirendum,eſt magna noſtra ne-
*Luc.25.* ceſſitas.Non quidem errauerat,& ad uiam rectam ire ne
ſciebat . Vnde clamabat.Errauit ſicut ouis quæ perijt
&cæ.Iſte eſt paſtor ille bonus de quo dicitur. Qui nona
ginta nouem oues reliquit, & ouem centeſimam, id eſt
hominem quærere uenit,hoc ſic dicit Auguſt.in li.con-
tra quinque hæreſes.Cum eſſes inimicus patri meo, re-
conciliaui te per me,cum inter montes & ſiluas errares
quæſiui te , humeris meis portaui te, patri meo reddidi
te, laboraui,ſudaui,caput meum in ſpinis oppoſui, ma-
nus meas clauis obieci,lancea latus meum aperui, ſan-
*Heb.2.* guinem meum fudi,animam meam poſui,& coniunxi te
mihi,& tu diuideris a me. Tertium quod ipſum induxit
ad miſericordiam & perditum requirendum fuit noſtra
cum ipſo,& ſua nobiſcum propinquitas,ipſe enim de ſua
progenie nos fecit,quando ad ſuam imaginem & ſimili
tudinem nos creauit,tãdem ſe fecit de progenie noſtra,
non de progenie angelica,iuxta illud. Nuſquam angelos
apprehendit,ſed ſemen Abrahæ appræhendit, ex prima
parẽtela facti ſumus filii eius,ex ſecunda facti ſumus fra
tres ſui,& ideo non debuit nos derelinquere,ſed nos re-
dimere , & patri reconciliare. iſta eſt illa mulier ſapiens
ſcilicet diuina ſapientia , quæ amiſerat dragmam deci-
mam , id eſt humanam naturam ſua imagine inſigni-
tam,propter primam parentelam,& ſuo nomine appel-
*Tertio.* latam . Quia a Chr̃o dicimur Chriſtiani, & ideo lucer-
nam accendit , quia lucem ſuæ diuinitatis terræ no-
ſtræ mortalitatis vniuit,& ſic dragmam quam perdide-
rat inuenit. Tertio expediebat Chriſtum mori, ut hu-
manum genus diſperſum reuocaret. Vnde dicitur ip-
ſa prophetauit quia Ieſus moriturus erat pro gente ſci
licet iudæorum ,non tantum pro gente,ſed ut filios dei
ſcilicet de populo gentilium qui erãt diſperſi.congrega
ret



ret in vnum . Hæc autem ſicut dicit Auguſti.ſecundum
prædeſtinationem dicta ſunt,quia ipſi gentiles adhuc fi
lii Dei non erant,expediens igitur fuit mors Chriſti ,ut
diſperſos congregaret. Chriſtus fecit tanquam uexilli-
fer,tanquam uenator,tanquam ſpeculator . Vexillifer *Notãdũ.*
uexillum in altum leuat & diſperſos cõgregat, Chriſtus
ut Dei filios congregaret,uexillum crucis in altum leua
uit.Huius uexilli haſta fuit crux,tela ibi poſita fuit ca-
ro Chriſti affixa. Quæ quidem tela fuit de tribus colori
bus,colore ſcilicet,albo,rubeo,& nigro.Eius enim caro
fuit alba per innocentiæ candorem , fuit rubea per ſan-
guinis aſperſionem , & fuit nigra in morte per liuorem.
Omnes igitur qui ſunt à Deo diſperſi debẽt ad illud ue *Eſa. 11.*
xillum congregari.Leuabit dominus ſignum in natio-
nes,& congregabit profugos in Iſrael, ideo ipſe dicit. Si *Io. 12.*
exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me ipſum Se-
cundum fecit Chriſtus tanquam uenator . Solent e-
nim uenatores arbores aſcendere , carnem cruentam *Oſeæ. 9.*
monſtrare,& ad aues ſibillare,ſic fecit Chriſtus homini.
Homo quidem à Deo uolauerat Effraim quaſi auis auo
lauit. Ideo Chriſtus arborem crucis aſcendit . carnem *Eſa. 5.*
cruentam ſuam habuit,& ad nos clamare & ſillabare cę
pit.Leuabit dominus ſignum in nationes procul,& ſibil
labit ad eum de finibus terræ . Tertio Chriſtus fecit
ſicut ſpeculator . Solent enim ſpeculatores in altum
aſcendere , ut uideant & clament . Sic Chriſtus in ſpe-
culam crucis aſcendit. Vnde Bern. Aſcendit Chriſtus
in altum , ut uideretur , fortiter clamauit ut audiretur,
clamori lachrimas immiſcuit , ut homo ei cõpateretur.
Ideo igitur in ſpeculam crucis aſcendit , ut uideretur ſci
licet oculo intellectus p̃ meditationẽ, & oculo affectus
per deuotionem. Pſalmus.Reſpice in faciem Chriſti tui.
Iſte autem reſpectus ſanat vulnera peccatorum quod ſi
gnatum eſt . In illis qui reſpiciebant ſerpentem , qui à *Num.11*
morſibus ſerpẽtum ſanabãtur. Detergit caliginem igno
rantiarum.Hoc ſignatum eſt in Longino , qui cum ma-
le uideret & ex tactu ſanguinis Chriſti eſt illuminatus.
Sanguis

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Sanguis enim Chriſti verum colliriumeſt, quod illumi
nat oculos mentium. Collirio iunge oculos tuos, ut ui-
Apo 3. deas. Dat etiam iſte reſpectus patientiam aduerſorũ. Per
patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen,
Heb. 12. aſpicientes in actorem & conſumatorem Ieſum. Secun-
*Vocem* do fortiter clamauit, ut audiretur. Eius tamẽ uocem nõ
*Chriſti q* audiunt auari, qui in auribus ſuis ponunt terram auari-
*non au-* tiæ. Ideo clamat Chriſtus dicens. Terra ne operias ſan-
*diunt.* guinem meum, neque inueniat locũ in te latẽdi clamor
Iob 6. meus. Non audiunt etiam ſuperbi nec luxurioſi. Et
ideò ſuperbi ſunt lapidibus duriores. Ex luxurioſi ſunt
mortuis fœtidores, quia ad clamorem Chriſti lapides
ſunt ſciſsi, & monumenta aperta ſunt, & mortui reſur-
rexerunt.

Tertio Chriſtus clamori lachrimas addidit, ut homo
compateretur. Debet quippe homo Chriſto compati,
qui fuit in tanto dolore. O uos omnes qui tranſitis
Thren. 1. per uiam attendite, & uidete ſi eſt dolor & cæ. Qui fuit in
tanta deriſione. Prætereuntes autem blaſphemabant
Matt. 27 mouentes capita ſua, qui fuit in tanta ignominia & ui
lificatione, quia tanquam latro cum latronibus
fuit crucifixus. Et propter hoc compaſſus
fuit ſibi ſol, quando ſplendorem ſuum
abiecit. Et ueſtibus nigris induit
ſe, id eſt tenebris. Compaſſa
fuit terra, quando præ
nimio dolore tre-
muit. Compaſ-
ſi ſunt an-
geli.
Eſa. 33. De quibus dicitur. Ecce
videntes clamabũt
foris, ange-
li pacis a-
mare fle-
bunt.

Sabbato



*Sabbato quintæ hebdomadæ. 40. Sermo primus. De clarificatione: quomodo pater filium: filius patrem, filius filios: & fideles Chriſtum clarificant.*

SVbleuatis Ieſus oculis in cœlum dixit, Pater uenit Io. 17.
hora clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet
te. Quia in iſto euangelio ſæpè fit mẽtio de clarifi-
catione. Ideò notandum, quod ſicut uidemus in iſtis na-
turalibus, quædã claritas eſt, quæ a nullo illuminatur, &
cætera illuminat ut eſt claritas ſolis. Alia eſt claritas,
quæ illuminatur & illuminat, ſicut eſt claritas lunæ, quæ
illuminatur a ſole, & illuminat inferiora. Et eſt quoddã
corpus clarum, quod illuminatur a ſole, & nõ illuminat
inferiora, tamen aliquos fulgores emittit, ſicut uidemus
in quibuſdã metallis fulgidis, uidelicet in auro & argen
to. Eſt aliud corpus opacũ, quod illuminatur: ſed tamẽ
nec illuminat, nec aliquos fulgores emittit, ſicunt eſt ele
mentum terræ. Eodem modo eſt in ſpiritalibus. Eſt enim
quædã claritas ſubſtantialis, ſcilicet claritas diuina, quæ
a nullo lucem recipit & omnia illuminat. Erat lux uera, Io. 1.
quæ illuminat omnẽ hominẽ &c. Alia eſt claritas, quæ
illuminat & illuminatur, ſicut ſunt doctores & prælati,
quia diuina claritate recipiunt influentiam ſapientiæ, &
ſubditis dant lumen doctrinæ. De quibus dicitur. Inter Phil. 2.
quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, uerbũ uitæ conti
nentes. Alii ſunt, qui illuminentur, ſed non illuminant,
tamen aliquos fulgores emittunt, ſicut ſunt boni ſubdi-
ti, & auditores, qui recipiunt a ſuperioribus lumẽ ſacræ
ſcripturę, tamen ipſi non illuminant aliquos per uerba
doctrinæ. Veruntamen emittunt aliquos fulgores ex ſua
lucida conuerſatione. De quibus dicitur. Sic luceat lux Mat. 5.
ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona.
Alii, ſunt tenebroſi, ſicut ſunt mali ſubditi, qui ſæpè
illuminantur per ſacram ſcripturam, ſed tamen nec ipſi
illuminant, nec aliquem fulgorem emittunt per aliquã
bonam uitam, ſed ſemper remanent in tenebris igno-

 ran-

*Gen. 1.*

rantię, & malæ uitæ. De talibus dicitur. Terra autem erat inanis & uacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, &c. Homines enim terreni ſunt inanes, quia pleni uanitate, & ſunt uacui ab omni opere bono, & habent tenebras ignorantiæ. Iſta quadruplex differentia tangitur hic. Nam claritas diuina quę illuminat & non illuminatur, eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. De qua dicitur. Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Claritas quæ illuminatur & illuminat, fuerunt apoſtoli. De quibus dicitur, Pater manifeſtaui nomē tuū hominibus quos dediſti mihi de mūdo. Deinde alij illuminātur qui & emittunt fulgorem bonorū operum, ut ſunt boni auditores, qui ad prædicationē apoſtolorū crediderūt, de quibus infra dicitur. Nō pro his autē rogo tātū, ſed pro eis qui credituri ſunt in me. Alii qui ſemper in tenebris ſunt, & illuminari non poſſunt, ſunt homines terreni & mundani, pro quibus Chriſtus non rogat, quandiu tales ſunt, ideò dicit. Non pro mundo rogo. Cæteris autem omiſſis dicamus tantum de patriæ claritate, ſcilicet diuina, de qua quatuor ſunt uidenda. Primo qualiter pater clarificat filium. Secundo qualiter filius clarificat patrem. Tertio qualiter ipſe filius clarificat ſuos filios. Quarto qualiter ipſi fideles clarificant Chriſtum.

*Prima.*

Circa primum notandum quòd pater eſt claritas, filius claritas, & ſpiritus ſanctus eſt claritas & tamen ſunt omnes una deitas, ſeu claritas. Pater ergo filium clarificat, quādo ipſum glorioſe reſurgere fecit. Vnde Augu. dicit. Venit hora clarifica filium tuum, tanquam ſi diceret. Venit hora ſeminare humilitatis fructum, non differas claritatem.

*In Chriſto tres ſubſtantiæ.*

In Chriſto quidem tres fuerunt ſubſtantiæ quæ ante reſurrectionem uidebantur obſcuræ, ſcilicet caro, anima, & diuinitas. Caro enim uidebatur obſcura propter mortalitatem. Anima propter paſſibilitatem. Deitas uidebatur obſcura, propterea quia paucis fuit manifeſtata. Sed in reſurrectione clarificata eſt caro eius, quia induit in mortalitatem. Anima eius induit impaſſibilitatem, & fœlicitatē. Et diuinitas eius accepit manifeſtatio-





feſtationem. Tunc enim Deus manifeſtatus eſt ex eo q per diuinitatis ſuę potentiam reſurrexit. Secundo filius clarificauit patrem inquantum, ſcilicet quòd in iudæa ſolummodo notus erat, in toto mundo ipſum manifeſtū fecit. Vnde ſuper illud. Vt filius tuus clarificet te. dicit Augu. Ac ſi diceret Chriſtus. Reſuſcita me, ut innoteſcas toti mūdo p me. Filius enim toti orbi de patre tria maximè manifeſtauit. ſ. notitiam ſuam. Io. 1. Nemo Deū uidit unquàm, niſi unigenitus qui eſt in ſinu patris. Ipſe nobis enarrauit miſericordiā ſuam. Eſtote miſericordes ſicut pater ueſter miſericors eſt. Liberalitatem ſuam. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Iā igitur non poteſt ſe excuſare infidelis, ſi in Deo non credit, quia toti mundo manifeſtata eſt notitia ſua. Iam nō poteſt deſperare aliquis peccator de Deo, quia toti mundo manifeſtata eſt miſericordia ſua. Iam nullus poteſt uerecūdari, quia toti mundo manifeſtata eſt liberalitas eius.

*Chriſtus in mundo tria de patre manifeſtauit.*

*Luc. 6.*

*Luc. 12.*

*Tertio.*

Tertio ipſa claritas diuina fideles ſuos clarificabit, quod notatur cum dicitur, Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ideſt omniū hominū, à parte totū ut oē qđ dediſti ei, det eis uitā æternā. Hæc eſt aūt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deū, & quem miſiſti Ieſum Chriſtū. Tunc igitur fideles ſuos clarificabit, qñ eos in uita beata glorificabit. Vitam autem beatam ponit in Dei cognitione. Sicut dicitur. Videmus nunc, per ſpeculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

*1. Co. 13.*

De hac uiſione dicit Fulgentius ſic. Sicut per ſpeculum uitreum trina nobis uiſio adminiſtratur, quia noſipſos & ipſum ſpeculum, & quicquid præſens adeſt uidemus, ſic per ſpeculum diuinæ claritatis, & ipſum Deū quātū poſſibile erit creaturæ, & noſipſos, & cætera omnia uera, certa ſcientia cognoſcemus.

*Quarto. Deū quomodo laudare debemus.*

Quarto nos Deū clarificamus quando ipſum laudamus. Nos igitur in præſenti, & in futuro Deū debemus clarificare & laudare, cum operibus noſtris, cum ſenſibus noſtris & cum uocibus noſtris. De laude operū ſic dicit Aug. in li. de cathetizādis rudibus. Quiquid homo fecerit laudabile in ſuis



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



factis inuenit Deum. Si bene egerit laudabilem inuenit
per iuſtitiam premiorum. Si peccauerit, per iuſtitiã ſup-
pliciorum laudabilem inuenit. Si peccata confeſſus fue-
rit, laudabilem per indulgentiam delictorum. De laude
ſenſuum dicit Chry. in quadã omel. ſuper Pſal. Oculus
Deo præſtat obſequium ſi turpia declinet aſpicere. Lin-
gua meretur premium ſi in Dei laudibus occupatur. Au
ditus placebit Deo, ſi ſe detractionibus nõ immiſcet. Pe
des laudare Deum poterũt, ſi curſum ſuum ab omni ma
litia reuocare feſtinant. Manus benedicũt Deum, ſi rapi
nis renuncient, & ad miſericordiam properent. De laudi
bus cũ uoce dicit propheta. Repleatur os me. lau. ut can-
tẽ glo. tu. Et dicit Repleatur. Cæteros enim debemus lau
dare, cum medio ore, ideſt moderate timentes ne ali-
quando inueniatur contrarium, & ſic erubeſcamus. In
Deo autẽ nõ ſic eſt, Aug. ſuper Pſal. Quid debet homo
magis laudare, quàm illud quod ſic placet, ut nõ poſſit
diſplicere. Securitas autem laudis, in Dei laude eſt ubi
laudatur, ſecurus eſt ubi nõ timet, ne de laude erubeſcat.
De laude autẽ quæ erit in patria dicit Aug. in li. de ciu.
Dei. Ipſe eſt finis deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine
uidebitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione lauda-
bitur. Primo dicit ſine fine uidebitur. Aliquibus ſicut dã-
*Deut. 32.* natis Deus abſcondit faciem ſuam. Abſcondam faciem
meam ab eis. Aliquibus oſtendit aliquẽ ſplendorem fa-
ciei ſuæ, ſicut ſanctis uiris in præſenti uita. Vnde prophe
ta non fuit auſus petere uiſionem faciei, ſed ſplendorem
dicens. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum. Beatis
*1. Io. 4.* autem apertè oſtendit faciem ſuam. Videbimus cũ ſicu
ti eſt. Sequitur ſine faſtidio amabitur, amor carnalis ali-
*Eze. 16.* quando habet faſtidium. Facta es quaſi meretrix faſtidio
ſa, augens precium. Aliquando uertitur in odium, ſicut
*2. Re. 13.* patet de Amon & Chamar. aliquãdo in abſinthium No
*Prou. 5.* uiſſima illius amara quaſi abſinthium. Deus autem ama
bitur cum ſuauitate, cum delectatione & cũ dulcedine.
*Eccl. 24.* Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc
ſitient. Sequitur. ſine fatigatione laudabitur, illa enim
laus



laus fatigationem dare non poterit, tum quia laudanti
erit iocunda multum: Pſal. Deo noſtro iocunda ſit lauda
tio, tũ quia illi cui fiat. ſ. Deo, multum erit grata. Vnde
Deus reprobans ſacrificium carnale, approbat & acce-
ptat ſacrificium ſpirituale, dicens per prophetã. Nũquid
manducabo carnes taurorũ &c. q. d. non. Et ſubdit, im-
mola Deo ſacrificium laudis, & iterum, ſacrificium lau-
dis honorificabit me ideò quilibet ſanctus alium poterit
admonere, ut frequẽter cantet, & ſibi dicere illud. Bene *Eſa. 23.*
cane frequenter canticum, ut memoria tui ſit, tum, quia
laus eſt magno præcio remuneranda. Qui elucidant me, *Eccl. 24.*
uitam æternam habebunt.

*Eodem ſabbato quintæ hebdomadæ quadrageſimæ Ser-
mo ſecundus. De Beata Virgine quomodo omnia
Christi ſunt matris, & è contra.*

MEa omnia, tua ſunt, & tua mea ſunt. Quamuis *Io. 17.*
iſta uerba dixerit Chriſtus ad patrem, poſſunt
tamen dici ad matrem. nam omnia ſua officia
Deus ſibi cõmiſit. & ipſa omnia quæ habuit Deo dedit.
Si igitur omnia officia ſua beatæ uirgini cõmiſit Deus, *Primo.*
non incongrue poteſt ſibi dicere, omnia mea tua ſunt. Si
quidem pater fecit eam theſaurariã ſuam, filius fecit eã
camerariam ſuam, ſpiritus ſanctus fecit eam cellariam
ſuam, tota trinitas, fecit eam eleemoſynariam ſuam. Pri
mo igitur pater fecit eam theſaurariam ſuam. Commiſit
enim pater ſibi theſaurum potentiæ ſuæ, iuxta illud. In *Ecc. 24.*
Hieruſalem poteſtas mea, habet autem aliquis magnum
poſſe in curia alicuius regis, aut propter parentelã ſicut
qñ quis eſt frater, uel filius regis, aut ꝑter gratiã inuẽ *Marie*
tã, ſicut qñ qs propter ſuã ſapiẽtiã, & probitatẽ, inuenit *tribus de*
gratiam apud regem, aut ꝑ obſequia exhibita, ſicut qñ *cauſis ha*
quis multa fecit in obſequiũ regis. His tribus de cauſis *bet ma-*
debet Maria uirgo habere magnum poſſe, in curia cœle *gnũ poſ-*
ſti. Primo propter parentelam, quia eſt mater regis, & *ſe in cœ-*
ideò rex nihil debet ſibi denegare. Vnde dixit Salomon *lo.*

 Berſa-

1. Re. 2. Berſabeæ matri ſuæ. Pete mater mea quod uis, neque
enim fas eſt ut auertam faciem meam. Berſabeæ inter-
prætatur puteus ſatietatis. Quidam ſunt, qui habent pu-
teum, id eſt animum ſuum gratia Dei euacuatum, alii q
habent ſemiplenum, ſed Beata Virgo habuit plenum, &
ſuper plenum, & ideò fuit puteus ſatietatis, nō debet igi
tur a filio auerti, ſed ab eo in omni ſua petitione exaudi
ri Secundo habet poſſe ratione gratiæ apud Deum inuē
Luc. 1 tæ iuxta illud. Inueniſti gratiam apud Deum. Eua qui-
dem perdidit gratiam, & per quinque milia annorum &
amplius, perdita remāſit, ſed Beata Virgo ipſam inuenit
non tantum ſibi inuenit, ſed etiam pro nobis, immo, &
per nos. Quia ſi peccatores non fuiſſemus, Deus de ipſa
carnem non aſſumpſiſſet, & ideò poſſumus dicere, redde
Notādū. nobis gratiam quam inueniſti pro nobis, & per nos. Ter
tio habet poſſe ꝓpter obſequia, quę regi exhibuit, quia
omnia opera miſericordiæ ſibi impendit. Vnde Chriſtus
poteſt ſibi dicere. Eſuriui & dediſti mihi mādūcare. me. ſ.
infantem nutriendo. Sitiui & de. mihi. bi. tuo lacte uirgi-
neo me potando, nudus eram & cooperuiſti me, ueſtimē
tum tui corporis tribuendo. Hoſpes eram & col. me. ix.
menſibus in tuo utero me hoſpitando. Infirmus eram et
ui. me infantem in neceſſitatibus ſubueniēdo. In carcere
eram & ueniſti ad me, incarceratū in crucis patibulo aſ
ſocianda. Secundo filius fecit eam camerariam ſuam in
ſuo utero, tanquam thalamo regali quieſcendo, decet
autem thalamum regalem eſſe pulchrum & depictū, &
ſic regem ibi quieſcere. Vterus igitur Beatæ Virginis
Can. 4. fuit pulcher. iuxta illud. Tota pulchra eas amica mea &
macula non eſt in te. Fuit enim pulchra, quia Chriſtus
pulchrum fecit uentrem ſuum. Fuit ſine macula, quia
ſpiritus ſanctus purgauit eius mentem, & uentrem. pſal.
Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Secundo
iſte thalamus fuit depictus triplici colore, nigro humili
Can. 1. tatis. albo puritatis, & rubeo charitatis. Nigra ſum Ec
ce nigredo humilitatis, ſed formoſa. Ecce candor pu-
ritatis, ſicut pelles Salomonis, quæ erant pelles arietū

rubri-



rubicratæ. Ecce rubedo charitatis. Poſtquam iſte tha-
lamus ſic fuit pulcher, & depictus, requieuit ibi Dei fi-
lius. Iuxta illud. & uirtus altiſ. id eſt Chriſtus, q eſt Dei Luc. 1.
uirtus & Dei ſapiētia, obumbrauit tibi, & bene dicit obū
brabit, quia niſi ibi Deus ſibi umbram feciſſet, nequaquā
ipſam capere potuiſſet. Deus enim eſt ignis inextinguibi
lis. Deus noſter ignis conſumens eſt. Eſt lux inacceſſibi- Heb. 12.
lis. Lucem habitat inacceſſibilem. eſt, dulcedo ineffabi- 1. Tim. 6
lis. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Habendo igitur Bea- Eccl. 24
ta uirgo in utero Dei filium habebat ibi ignem inextin
guibilem. lucem inacceſſibilem, & dulcedinem ineffabi-
lem, & cum ipſa eſſet pura creatura, nequaquam tantum
ardorem potuiſſet ſufferre, nec tantam lucem cōſpicere,
nec tantam dulcedinem ſuſtinere, niſi ſe ſibi obūbraſſet,
ignis enim diuinus ſe ſibi obūbrauit, quia inter ſe & ani
mam Beatæ Mariæ corpus aſſumptum poſuit, & ſic tatū
ardorem ſuſtinere potuit, ſicut homo aliquādo inter ſe
& ignem ponit aliquod medium, lux diuina ſibi ſe obum
brauit, quando carni terrenæ ſe uniuit, & ſic Beata Virgo
lucem in teſta, tāquam in laterna uidere potuit, dulcedo
diuina ſe ſibi obumbrauit, quia tantam dulcedinem car
ne uelauit, & ſic ipſa tātam dulcedinem ſuſtinere potuit,
uelut ſi aliquis aliquem bolum mellis aliquo extrīſeco
uelaret, ne tantam dulcedinem ſentiret. Tertio ſpiritus
ſanctus fecit eam cellariam ſuam. iuxta illud. Introduxit Can. 2.
me rex in cellam uinariam. Vnde ipſa dicitur crater &
aquæductus. Dicitur enim crater, quia uinum ſpiritus
ſancti nobis infudit. Vmbilicus tuus crater tornatilis nū Cant. 7.
quam egens poculis. Eſt enim crater quia ſemper infun
dit, ē tornatilis, quia ſemper circuit, & iterum ad primū
redit, & nunquam indiget poculis, quia quantuncunque
influat, nunquam tamen deficit. Eſt etiam aquæductus
iuxta illud. Ego quaſi aquæductus exiui de paradiſo. Per Ecc. 23.
ipſam enim tanquam per aquæductum fluunt aquæ gra-
tiarum in campum, uiridarium, & hortum. Habet campū
uiridarium & hortum in quæ fluit aquas gratiarū, iuxta
illud. Fons hortorum pu. aqua. ui. quæ fluunt impetu de Can. 4.

 liba-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

*Boni hortus Virg.* libano, hortus Beatæ Virginis ſunt boni, & ſibi deuoti, qui ſuos ſenſus claudunt ne ad illicita dirigantur, in iſtis oriuntur flores uirtutum, ſed tamen creſcere nõ poſſunt, niſi ab iſto aquæductu uirginis fluat in eis fons gratiarum, ideò dr̃. Fons hortorũ. Campus ſunt peccatores, ĩ quibus nõ eſt aliqua clauſura ſenſuũ, & in quibus aruerunt flores, & herbæ uirtutũ & bonorum operũ. Sed ſi ad Beatã Virginẽ cõuertant̃, mox ab iſto aquæductu fluẽt in eos aquæ uiuentes, q̃ oĩa arida, & mortua uiuificabũt, & ideò dicitur puteus aquarũ ui. q̃ fluũt. Viridarium Beatæ Virginis ſunt beati, qui ſunt in patria, in q̃bus ipſa ſpatiat̃. modo ſpatiat̃ inter Roſas martyrũ, mõ inter Lilia uirginũ, modo inter Violas confeſſorũ. In iſto uiridario fluunt aquæ ſpiritus ſancti, ab iſto cãnali cũ impetu uehemẽti, ideò ſubditur, quæ fluũt impetu de libano. Ad hoc aũt, ꝙ aquæ cũ impetu fluãt tria requirunt̃. ſ. ꝙ ueniat ab alto, ꝙ fluant in abundãtia, & ꝙ nullã inueniãt reſiſtentiã. Aquæ igitur ſpiritus ſancti, & gratiæ q̃ fluunt in beatis cũ impetu uadunt, tum q̃a fluunt a mõte altiſſimo trinitatis, tum q̃a fluũt in abundantia maxime plenitudinis, tũ quia ĩ beatis nullũ inueniũt obſtaculũ alicuius mortalis peccati, nec ẽt uenialis. Quarto tota trinitas elemoſynariã ſuã eam fecit, oẽs enim eleemoſynæ, quæ de cœlo fluunt, ꝑ ſuas manus tranſeunt, ipſa autem tanquã bona & eleemoſynaria defendit oppreſſos, paſcit famelicos,

*Pro. ult.* ueſtit nudos, ideò dicitur de muliere forti. Dedit prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Et ſequitur. omnes domeſtici eius, ueſtiti duplicibus. Sunt enim quidam oppreſſi diabolo, carne, & mundo, ſed iſta domeſticis ſuis, id eſt ſibi deuotis tales hoſtes dat in prædam, & facit eos de ipſis habere uictoriam, & hoc eſt quod dicitur. Dedit prædam domeſticis ſuis. Sunt etiam quidã famelici quos nutrit cibo ſpirituali, ideò dicitur, & cibaria ancillis ſuis. Eodem autem cibo, animas quæ ſunt an-

*Can. 5.* cillæ ſuæ nutrit, quo ipſa nutritur. Iuxta illud. Comedi fauum cum melle meo, bi. ui. cum lacte meo &c. Per fauum in quo eſt cera & mel, intelligitur Chriſtus, in quo

eſt



eſt cera humanitatis, & mel diuinitatis. Ipſa igitur comedit fauum cum melle, quia ſumme delectatur in uiſione humanitatis, & in contemplatione diuinitatis. Iſto cibo nos paſcit, quando gratiam nobis infundit, per quam delectamur in humanitate & diuinitate Chriſti. Deinde ſubditur Bibi uinum meum cum lacte meo. Tunc uinũ cum lacte bibi, quando ſpiritus ſanctus eius mentem ꝑfundit uino ſpiritualis lætitię & eius carnem lacte uirginalis munditiæ. Iſto potu etiam nos potat, quando nos facit habere uinum iocunditatis in mente, & lac puritatis in carne. Quæ nunc ſint eleemoſynæ, quas iſta elee- *Eleemoſinæ quas nobis dat Maria.*

moſynaria dat nobis. ipſa dicit. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Ipſa enim frigidos in amore Dei inflammat, ideò dicit. Ego mater pulchræ dilectionis, ipſa præſumptuoſos humiliat, ideò *Ecc. 24.* dicit, & timoris, ipſa ignaros ſapientia diuina illuſtrat, ideò dicit, & agnitionis, ipſa puſillanimes ad ſpem ueniæ reuocat, ideò, & ſubdit, & ſanctæ ſpei. Sunt etiam quidã nudi, quos ipſa ueſtit duplici ueſtimento, ideò dicitur, omnes domeſtici eius, id eſt deuoti eius, ueſtiti duplicibus. Illud duplex ueſtimentum eſt, de quo ibidem dicitur. Byſſus & purpura indumẽtum eius. Per byſſum, quę eſt candida, intelligitur munditia carnis. Per purpuram, quæ eſt rubicunda, intelligitur charitatis feruor. Tunc igitur ſuos deuotos ueſtit duplicibus, quãdo eis dat mũditiam in carne, & feruentem amorem in mente. Secundo omnia, quæ fuerunt matris, fuerunt filii, ideò dicit filius, & tua mea ſunt. In matre quidem tria fuerunt, ſcilicet ſpiritus, anima, & corpus. iuxta illud. Ipſe enim Deus *1. Theſ. 1* pacis ſanctificet uos per omnia, ut integer ſpiritus uide *Maria filio tria dedit.* tur, & anima & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Iſta tria Beata uirgo dedit filio ſuo. Et ideò poteſt ſibi dicere filius uerbum propoſitum, & tua mea ſunt. Nam corpus & uterum ſuum ſibi dedit, ad habitandum. Animam ſuam animæ Chriſti ꝑ amorem uniuit, & quodammodo unam fecit. Spiritum ſuum diuinitati Chriſti indiſſolubiliter coniunxit. Vir-

go

go enim Beata, fuit domus Dei, in qua fuerunt tria ſola-
ria prædicata. Spiritus, qui eſt ſolarium ſuperius. Anima
quæ eſt ſolarium medium. Et corpus, quod eſt ſolarium
*Can. 3.* inferius. De his tribus ſolariis huius domus dicitur. Fer-
culum fecit ſibi rex Salomõ de Lignis libani, columnas
eius fecit argenteas, reclinatorium aureũ aſcenſum pur-
pureum, media charitate conſtrauit. Ferculũ dicitur uas
eſcarum, & ſignat Beatam Virginem, in cuius utero rex
nouem mẽſibus ſe pauit. Et fuit de lignis libani, quę ſunt
imputribila, quia ipſa fuit incorrupta. Solarium igitur
infimũ fuit eius corpus ſiue uterus, in quo Chriſtus re-
quieuit. Et hoc eſt, quod dicitur, reclinatorium aureum.
Eius enim corpus fuit aureũ, q͞a oĩno incorruptũ. Et fuit
ſubnixũ colũnis argẽteis, ita ꝙ nunq̃ cadere potuit p pec-
*Prou. 1.* catũ. De iſtis columnis dicitur. Sapientia ædificauit ſibi
domũ, excidit colũnas ſeptẽ. i. ſeptem dona ſpiritus ſãcti.
Vel ſeptẽ columnę ſunt ſeptẽ uirtutes. ſ. tres theologicę
& quatuor politicæ Solarium medium eſt eius anima, in
qua Chriſtus habitauit per amorem. De quo dr̃. Media
charitate conſtrauit. Eius enim anima in tantum chari-
tate fuit plena, ꝙ tota fuit in amorẽ conuerſa. Sicut au-
ferrum miſſum in igne totum factum eſt ignis, ſic anima
Mariæ tota facta eſt charitas. i. charitate ſuccenſa, quia
*Can 2.* tota fuit ex amore languida. Nunciate dilecto, quia amo-
*Can. 5.* re langueo. Quia tota fuit liquefacta. Anima mea lique-
facta eſt, ut dilectus meus locutus eſt. Quia tota fuit pre
amore uulnerata. Vnde dicit. Sponſa uulnerata charita-
te, ego ſum. Solarium ſuperius eſt eius ſpiritus in quo
Chriſtus habitauit per inſeparabilem unionem, ideò di-
citur. Aſcenſum purpureũ. Color purpureus eſt igneus
*Color purpureus.* ſanguineus. & rubicundus. Eius igitur ſpiritus fuit
rubicundus, ſiue purpureus. Tum quia fuit
cœleſtis deſiderio inflammatus. Tum
quia fuit in Chriſti paſſione do-
loris gladio cruẽtatus. Tum
quia fuit charitate
Dei repletus.

Dom i-



*Dominica in ramis palmarum. Sermo primus. De quatuor obſequiis Chriſto exhibitis, & quomodo à nobis Chriſto talia ſunt exhibenda.*

CVm appropinquaſſet Ieſus hieroſolomis, & ue- *Mat. 21.*
niſſet Bethphagę ad montem oliueti. Tota conti-
nẽtia huius Euangelii comprhæhendit in qua-
tuor obſequiis, quæ Chriſto fuerunt hodie exhibita.
Quorum primum fuit exhibitum a diſcipulis.
Secundum a iumentis. Tertium a turbis. Quartum
a pueris. Primum igitur obſequium fuit exhibitum a *Primum*
diſcipulis. Sciens enim Ieſus quòd appropinquaret tem
pus ſuæ paſſionis, appropinquare uoluit loco paſſio-
nis ut dicit Beda. Et cum ueniſſet Bethphagæ, quæ erat
uicus ſacerdotum in monte oliueti, duos diſcipulos mi-
ſit in Hieruſalem. Iſti duo diſcipuli (ſecũdum quoſdam)
fuerunt Petrus & Philippus, quos miſit binos. propter
fraternam ſocietatem. Melius eſt duos eſſe ſimul quam *Eccl. 4.*
unum, tamen propter uerbi auctoritatem. In ore duo- *Deu. 19.*
rum aut trium teſtium, ſtat omne uerbum. Tum pro-
pter geminam charitatem, Dei ſcilicet, & proximi. Tunc
dixit eis, Ite in caſtellum quod contra uos eſt, ſupple po- *Hieruſalẽ quare uocatur caſtellũ.*
ſitum. Et non uocat Hieruſalem ciuitatem, quia non
erat ibi ciuium unitas, ſed multiplex diſcordia inter eos
Vocat autem eam Caſtellũ, quia munita erat armis ma
litiæ contra Chriſtum. Præcepit autem eis ut adduce-
rent aſinam & pullum, & ſi quis aliquid eis diceret, re-
ſponderent ei, quia dominus his opus habet. Non di-
xit eis dicite, quia dominus noſter, ſed dominus uni-
uerſaliter, quia ſicut dicit Chryſ. ibidem. Ego ſum do-
minus omnium, non ſolum illorum, qui mihi ſubiecti
ſunt, ſed etiam illorum qui mihi contrarii ſunt. Boni
enim, mei ſunt conditione & uoluntate, peccatores au-
tem mei ſunt conditione, uoluntate autem diabioli.
Idem etiam Chryſ. dicit quòd dominus iumentorũ, non
permiſiſſet, ut perſonæ ignotæ ea accepiſſent, niſi ſpiri-
tus Chriſti præueniſſet, qui cor ipſius domini p̃paraſſet

&

Universidad de Deusto Biblioteca

& ſic quandoque diſcipuli aſinam & pullum ad Chriſtũ adduxerunt. Secundũ obſequium fuit ſibi exhibitum a iumentis. Volens igitur Chriſtus implere prophetiã, dicentium. Ecce rex tuus uenit ibi manſuetus. Fecit ſibi ad-

*Zac.9.* duci aſinam & pullum. Dicitur enim ꝙ Hieruſalẽ quædam aſinã cõis ſeruabatᷣ ꝓ pauperibus, ad portãdũ aquã cum ciuitas eſſet in alto, & hr̃et aquæ penuriã, & ꝑꝑ alia opera neceſſaria. Et erat ante domũ alicuius ligata, & q indigebant tenebantur illo die ad locum eam reducere & pabulum ſibi dare. Pullus autem pro hoc eodẽ opere nutriebatᷣ. Quidã aũt dicunt, ꝙ Chriſtus non ſedit ſuper utrunq; iumentũ, ſed tm̃ ſuꝑ pullum. Vnde & cęteri Euangeliſtæ nõ faciunt mentionẽ niſi de pullo, & maxime, qa breuis uia erat. Et ideò ſeſſione utriuſq; iumenti non indigebat. Alii dicunt, ꝙ primo ſedit ſupra pullum, ſed qa laſciuus erat & uiã rectã non tenebat, eum deſcẽdere fecerunt, & ſuꝑ aſinã eũ poſuerunt. Sed cum iſta ſeſſio ſuꝑ iumenta nõ fieret ꝑꝑ aliquã neceſſitatẽ, ſed tantum ꝑꝑ myſticã ſignificationem, nõ vr̃ aliquod inconueniens dicere, qa licet uia breuis eſſet, Chriſtus tñ ſuꝑ utrunq; ſedere uoluit, primo ſuper aſinã, poſtea ſuꝑ pullũ, ut ſignificaret, ꝙ utrũq; populũ ad fidẽ ſuã dẽbat adducere, & utrunq; ad fidẽ coniungere. Quòd impletũ fuit in primitiua eccleſia, qñ multitudo Iudæorũ ad fidẽ conuerſa eſt. Iſtud tñ maxime in ultimis fiet tẽporibus, qñ plebs Iudaica conuertetᷣ. Per aſinã enim intelligitᷣ plebs Iudæorum, quæ fuit mater gentiũ, & edomita multitudine præ-torum. Per pullum uerò intelligitur populus gẽtiliũ liber & laſciuus, cui nullus cæterorũ frenũ impoſuit correctionis. Tertium obſequium fuit ſibi exhibitum a turba quia quidam eorum ſternebant in uia ueſtimẽta ſua, quidam ramos palmarum, & iſta faciebant. Tum propter reuerentiam quã ad ipſum habebãt. Tum ꝑꝑ miracula q

*Io.2.* faciebat. Et maxime propter ſuſcitationẽ Lazari. Tũ et ut iumenta leuius, & ſine læſione incederent. Quartum obſequium fuit ſibi exhibitum a pueris. qui clamabant, Oſanna filio Dauid, benedictus qui uenit &c. Vnde dicitur



dicitur infra. Videntes autem principes ſacerdotum pueros clamantes in templo, Oſanna filio Dauid. Ipſi enim pueri & cæteræ turbæ quæ antecedebant, & quæ ſequebantur cum laudibus & canticis, Chriſtum vſque in templum deduxerunt. Et cum quidam ex phariſeis dicerent Chriſto. Vt ipſos tacere faceret, Reſpondit. *Luc. 18.*
Dico uobis, quòd ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Supradicta quatuor obſequia a nobis Chriſto ſunt exhibẽda. Primum pertinet ad prædicatores. Secundum ad pœnitentes. Tertium ad actiuos. Quartum ad contemplatiuos.

Primum enim omnium exhibitum fuit a diſcipulis q *Primum.*
aſinam & pullum ad Chriſtum adduxerunt. Iſti ſunt ꝑdicatores qui beſtias, id eſt peccatores beſtiales, debent ſuis prædicationibus conuertere ad dominum, & ad Chriſtum adducere, & ſic illi qui erant brutales fiunt rationales. Peccator enim uerè beſtialis eſt. Nam beſtia *Peccator* ſuper terram reſpicit. Tales ſunt auari qui ſuper terram *quomodo* reſpiciunt. Pſal. Oculos ſuos ſta.de.inter. Beſtia una fœ *beſtialis.*
mina non eſt contenta, ſed plures inuadit. Tales ſunt luxurioſi, qui propria uxore non ſunt contenti. Vnuſquiſque ad uxorem proximi hinniebat. Et ibidem. Equi *Hiere. 5.*
amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt. Beſtia etiã non regitur ratione. Tales ſunt ſuperbi, qui non reguntur ratione, ſed propria uoluntate, dicentes illud. Opprimamus pauperem iuſtum &c. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.

Quando autem peccator conuertitur ad Deum, tunc ille qui erat beſtialis, efficitur rationalis.

*1.Cor. 6.*
De talibus dicitur. Qui habent uxores tanquam non habentes ſint, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, & qui gaudent tanquam non gaudentes.

Ille habet uxorem tanquam non habens, qui ea utitur non ad uoluptatis expletionem, ſed ad filiorum procreationem, Ille hoc mũdo utitur tanquam non utatur, qui diuitias retinet non ad uanitatem, ſed ad neceſſitatem, & ad pauperũ ſuſtentationem. Ille gaudet tanquam non

gau-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



gaudeat qui inter proſpera non effertur in elationem,
*Secũdũ.* ſed humiliter recognoſcit ſuam conditionem. Secun-
dum obſequium Chriſto fuit exhibitum a iumentis, qui
ipſum ſeſſorem habuerunt. Iſti ſunt pœnitentes qui ſi
habuerint aliquando ſeſſorem diabolum, modo debent
habere ſeſſorem Chriſtum, ſcilicet, ut ratio ſubiiciatur
Deo, & caro ſubiiciatur rationi, & ratio dominetur car-
ni, & tunc eſt pax in domo animæ. Dicit enim Auguſt.
ſuper Pſalm. quòd aliquando in domo maritus & u-
xor, aduerſum ſe diſſentiunt, & tunc eſt ibi pugna & la-
bor moleſtus. Si autem maritus uincatur, & uxor do-
minetur, tunc eſt ibi pax ſed peruerſa. Si uerò uxor ſub-
ijcitur, & maritus dominatur, tunc eſt ibi pax recta. Po-
*Pax quã* teſt etiam addi quartum, quando ſcilicet uir & mulier
*do eſt p-* bene conueniunt, nec in aliquibus uxor honeſtis reſiſtit
*fecta.* uiro, nec uir uxori, ſed mutua pace gaudent, tunc eſt
pax optima & perfecta. Vxor (ſicut idem Auguſt. dicit)
caro eſt, uir autem ratio. In præſenti autem uita, ille
*Gal. 5.* uir & uxor ualde diſſentiunt. Iuxta illud. Caro enim
concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus car-
nem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Et ideò mo-
do in ſanctis uiris eſt labor moleſtus. Quando autem
caro dominatur, & ratio ſubiicitur, tunc in domo ani-
mæ eſt pax peruerſa. Ideò dicit Bern. Dominam ancil-
lari, & ancillam dominari, magna abuſio eſt. Quando
uerò caro ſubiicitur rationi, & ratio Deo, tunc in domo
*1. Co. 9.* animæ pax eſt recta. Taliter carnem ſuam ſubiiciebat
Apoſtolus dicens, Caſtigo cor. me. & in ſer. re. Auguſt.
ubi ſupra. Expedit inferius ſubiici ſuperiori, agnoſce ordi-
nem, quære pacem, tu. Deo, tibi caro, tu maiori, minor
tibi, ſeruias tu ei qui fecit te, ut tibi ſeruiat, quod factum
eſt propter te. Perfectiſſima autem pax eſt, quando nec
ſpiritus carni, nec caro ſpiritui reſiſtit, ſed quicquid uult
ſpiritus, uult & caro. & econuerſo. & illud eſt in patria.
*Eſa. 32.* Iuxta illud. Sedebit populus in pulchritudine pacis, in
tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.
*Tertiũ.* Tertium obſequium fuit Chriſto exhibitum a turbis,
quia



quia in uia ſtrauerunt ueſtimenta, ramos oliuarum, & *Actiuo-*
Palmarum. Et illud pertinet ad actiuos. Quorum qui- *rum tres*
dam ſunt incipientes. quidam proficientes, quidam per- *differen-*
fecti. & quidam perſeuerantes. Ad incipientes pertinet *tia.*
habere opera miſericordiæ. Et iſti ſignificantur per il-
los, qui ſternebant Chriſto ramos oliuarum. Per oleũ
enim miſericordia intelligitur, quia oleum miſericor-
dia interpretatur. Dicit enim ibi glo. Oliua lucis mi-
niſtra eſt, & laborum & dolorum ſolatio eſt. & eminet
cæteris liquoribus. Ex quibus uerbis habetur quòd ipſa *Eleemoſi-*
eleemoſina ualet homini in uita, quia dolorem & uul- *næ utili-*
nus peccati ſanat, ideò dicitur ꝙ eſt dolorum ſolamen. *tas.*
Valet in morte, quia ad inſtar lucernæ uiam animæ de-
monſtrat, ne in tenebris mortis incidat, ideò dicitur ꝙ
eſt lucis miniſtra. Valet etiam poſt mortem, quia ani-
mam ſurſum leuat, ideò dicitur, ꝙ excellit cunctos li-
quores. Iſta tria ponit Raphael Angelus. Eleemoſina *Thob. 4.*
a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit
inuenire uitam æternam. Ad proficientes ſcilicet qui
proficiũt de uirtute in uirtutem, pertinet exhibere aliis
exempla uirtutum, & bonorum operationem. Iſti ſigni-
ficantur per illos, qui ueſtimenta ſua in uia ſternebant.
Veſtimenta animæ diuerſorum colorum, ſunt uarietates
diuerſarum uirtutum. Nam charitas ibi ponit colorem
aureum, humilitas nigrum, puritas album, meditatio
paſſionis Chriſti rubeum, contemplatio reſurrectionis
uiridem. De iſtis uarietatibus dicitur in Pſal. Aſtitit
Regina a dex. tuis in ueſti. deau. cir. ua. Tunc igitur iſta
ueſtiméta uirtutum in uia ſternimus, quando ea aliis in
exemplum præbemus. Cæſarius. Benedicta Deo anima
illa cuius humilitas alterius confundit ſuperbiam, cuius
patientia, proximi extinguit iracundiam, cuius obedien-
tia, pigritiam alterius increpat, cuius feruor, inertiam a-
nimi corporis ſuſcitat, qui proximi ſui turbatum præ ira
oculum cordis, gratia cõſolationis atque ædificationis
illuminat. Ad perfectos & perſeuerantes pertinet ſem-
per in Dei opere continuare. Iſti ſignificantur per illos,
qui

Universidad de Deusto Biblioteca



qui ſternebant in uia ramos palmarum. Palma enim ſemper uiret in uere, in autumno, in ęſtate, & in hyeme. Tales in ſeruitio Dei debent ſemper uiuere, & florere in uere iuuentutis, in autumno ſenectutis, in ęſtate proſperitatis per temperantiam, in hyeme aduerſitatis per patientiam.

*Quartũ.* Quartum obſequium fuit Chriſto exhibitum a pueris & a turbis, qui eum laudabant dicentes, Oſanna filio Dauid. Oſanna idem eſt quòd ſalua obſecro, & illud ſpectat ad contemplatiuos, qui debent inſiſtere laudibus diuinis & orationibus deuotis. Tunc autem oratio eſt deuota, & Deo grata, quando habet tria.

*Oratio tria habere debet.*

Primo quando a feruore cordis eſt emiſſa. Et hoc notatur cum dicitur. Clamabant. Intenſum enim deſiderium animi, eſt magnus clamor in auribus Dei. De

*Exo. 14.* iſto clamore dicitur. Quid cla. ad me. Secundo quando funditur cum fiducia. Et hoc notatur cum dixerunt, Filio Dauid. Magnam enim fiduciam & ſpem, de noſtra ſalute habere debemus, & poſſumus quando ipſum eſſe fratrem noſtrum, & de noſtra natura progenitum, conſideramus. Bern. Puto quia me iam ſpernere non poterit os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Tertio quando petuntur digna, ſcilicet, illa quæ ſunt ad ſalutem æternam, quod notatur cum dicitur. Oſanna in excelſis. i. non petimus ſalutem in infimis, ſed maximè ſalutem petimus in excelſis.

*Eadem die dominica in ramis. Sermo ſecundus. De duabus proceſſionibus, altera à monte Oliueti uſque ad Hieruſalem cum ramis, altera ab Hieruſalem uſque ad montem Caluariæ.*

PLurima autem turba ſtrauerunt ueſtiméta ſua in via. Hodie ſancta mater Eccleſia duas proceſſiones recolit. Prima fuit qua iudæi Chriſtum a monte Oliueti uſque Hieruſalem cum ramis oliuarum & palmarum, magnis canticis aſſociauerunt. Et illa



proceſſio fuit magnæ reuerentię & honoris. Et iſtā repræſentat eccleſia in euangelio hodierno. Secunda fuit qua ijdem iudæi Chriſtum a Hieruſalem uſq; ad montē Caluariæ, cum magnis opprobriis, & irriſionibus deduxerunt. Et iſta fuit proceſſio magnæ ignominiæ, & doloris. Et iſtam repreſentat in paſſione, quæ recitatur hodie. Circa primam proceſſionem quatuor ſunt uidenda. Primo a quibus iſta proceſſio facta ſit. Quia non eſt facta a magnis & diuitibus, ſed a pueris & pauperibus. Vnde dicitur. Plurima autem turba ſtrauerunt ueſtimenta ſua in uia. imò quādo pauperes & humiles hodie Chriſtum ſuſceperūt, & proceſſionaliter deducebant, phariſei & principes ſacerdotum, eius mortem tractabāt. Simplices enim & pauperes Chriſto adhærebāt, diuites uerò & potentes Chriſtum fugiebant. Vnde Chriſtus de omnibus diuitibus unum ſolum habuit amicum, ſcilicet Za

cheum. De omnibus poten. unum, ſcilicet Cēturionem. *Luc. 19.*

De omnibus ſapiētibus unum, ſ. Nichodemū. Vnde Apo *Matt. 8.*

ſtolus. Videte uocationem ueſtram fratres, quia nō mul *Io. 3.*

ti ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non *1. Cor. 1.*

multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mūdi elegit Deus, ut confundat ſapientes &c. Secundo uidendum eſt quare Chriſtus uadens ad mortem tantum honorem uoluit ac-

cipere, cum alias honorem regni reſpuerit. Ad quod di *Ioan. 6.*

cendum, quod hoc ideò fecit, ut ille qui in magnis honoribus conſtitutus eſt, debet memoriam mortis habere, ſi non uult ſuperbire. Si enim quis magnas diuitias habet, cogitet quod uadit ad mortem, & quod de omnibus ſuis diuitiis nihil, præter cilitium, uel ſaccum portabit ſecum. Vnde dicebat Iob qui fuerunt rex magnus.

Saccum cōſui ſuper cu. meam, & ope. ci. carnem meam. *Iob 16.*

Item. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nu- *Iob. 1.*

dus reuertar &c. Siquis etiam eſt in magnis honoribus conſtitutus, cogitet quia uadit ad mortem, ubi ſi erat in gradu ſupremo, ponetur in loco infimo, id eſt ſub terra. Si aſcenderat ſuper alios eis imperando, ſerpentes, & beſtiæ ſuper foueam eius aſcendent. eam calcando.

Eccl. 10. Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpẽtes beſtias
& uermes. Si aliquis uel aliqua tenet corpus ſuũ in deli
tiis diuerſis ipſum delicate nutriendo, diuerſis coloribus
faciem depingendo, precioſis & diuerſis mutatoriis or-
nando, uoluptates carnis exercendo, cogitet, quia uadit
ad mortem, ubi uermes corpus ſuũ tam delicate nutritũ
Iob. 21. comedent & lacerabũt. Viſcera eius plena ſunt adipe, &
medulla oſſis illius irrigantur, & tamen in puluere dor
*Tertio.* mient, & uermes operient eos. Tertio uidendum eſt qua-
Luc. 19. re Chriſtus tãto honore ſibi exhibito, lachrymas uoluit
*Chriſtus* immiſcere. Dicitur enim. Qui cum duceretur cum tanto
*quare fle* honore in Hieruſalem, uidens ciui. fleuit ſuper illam.
*uerit.* Quod quidem Chriſtus fecit ut oſtenderet, quòd omnia
gaudia & honorabilia huius mundi lachrymis & dolori
bus ſunt admixta. In cœlo quidem ſunt omnia pura. In
mundo omnia mixta. In inferno omnia fœtulenta. Vnde
Aug. in li. de ciui. Dei lib. 22. cap. 30. in perſona Dei po-
nit octo puriſsima, quæ ſunt in cœlo dicens, Quid eſt
aliud, ero illorum dominus, niſi ero eis omnia quæcunq;
deſiderantur. ſ. uita, ſalus, uictus, copia, gloria, honor, &
pax, & omnia bona. Iſta omnia in cœlo pura ſunt, in mũ-
do mixta. in inferno fœtulenta, & ut omnia illa poſſi-
mus melius uidere, ſingula percurramus. Vita prout eſt in
mũdo eſt mixta, quia ibi eſt uita & mors. Prout eſt in in
ferno, eſt fœculẽta, quia non eſt niſi ſola mors ſine uita.
Salus prout eſt in cœlo pura eſt, quia ibi eſt ſalus ſine
ægritudine. Prout eſt in mundo eſt mixta, quia eſt ſalus
& ægritudo. Prout eſt in inferno eſt fœtulenta, quia ibi
eſt ægritudo ſine ſanitate. Victus, i. ſatietas prout eſt in
cœlo eſt pura, quia ibi eſt ſatietas ſine eſurie. Prout eſt
in mundo eſt mixta, quia ibi eſt eſuries & ſatietas. Prout
eſt in inferno eſt fœtulẽta, quia ibi eſt eſuries ſine ſatie-
tate. Copia. i. diuitiæ prout ſunt in cœlo ſunt puræ, quia
ibi, ſunt diuitiæ ſine paupertate. Prout ſunt in mundo
ſunt mixtę, quia ibi ſunt diuitiæ & paupertas. Prout ſunt
in inferno ſunt fœtulẽte, quia ibi eſt ſola paupertas ſine
diuitiis. Gloria, ideſt pulchritudo, prout eſt in cœlo eſt
pura.

Universidad de Deusto Biblioteca



pura. Quia ibi eſt pulchritudo ſine deformitate. Prout
eſt in mundo, eſt mixta, quia ibi eſt pulchritudo & defor
mitas. Prout eſt in inferno eſt fœtulenta, quia ibi eſt de-
formitas, ſine pulchritudine. Honor prout eſt in cœlo eſt
purus, quia ibi eſt honor ſine indignitate. Prout eſt in
mundo eſt mixtus, quia eſt honor & indignitas. Prout
eſt in inferno eſt fœtulentus, quia ibi eſt dedecus ſine ho
nore. Pax prout eſt in cœlo eſt pura, quia ibi eſt pax ſine
pugna. Prout eſt in mundo eſt mixta, quia eſt ibi pax &
pugna. Prout eſt in inferno eſt fœtulenta, quia ibi eſt
pugna ſine pace. Omnia bona prout ſunt pura, ſunt in
cœlo, quia ibi ſunt omnia, ſine aliquo malo. Prout ſunt
in mundo ſunt mixta, quia ibi ſunt bona, & mala. Prout
ſunt in inferno ſunt fœtulenta, quia ibi ſunt mala, & nul
la bona. Propter illa ſignificanda dicit propheta. Calix
in manu domini, uini meri plenus mixto, & inclinauit ex
hoc in hoc, ueruntamen fex eius non eſt exinanita. Ex *Calices*
quibus uerbis habetur quòd dominus habet tres calices. *3. Domi-*
Vnus eſt plenus uino mero, iſte eſt cœlum. Iſte enim eſt *nus ha-*
calix plenus uita, ſanitate, ſatietate, diuitiis, pulchritudi *bet.*
ne, honore, & pace, & omnibus bonis. Alius calix eſt ple
nus mixto, & iſte eſt mundus. Iſte enim calix eſt plenus
cum uita, cũ morte, cum ſanitate, cum ægritudine, ſatie-
tate, eſurie, diuitijs, paupertate, cũ pulchritudine defor-
mitate, honore ignominia. Pace, pugna, bonis, & malis.
Tertius calix eſt infernus, & iſte eſt plenus fœce. Eſt. n.
plenus morte, ægritudine eſurie, paupertate, deformita-
te, dedecore, ignominia, pugna, & omnibus malis. Quar- *Quarto.*
to uidendum eſt quare Chriſtus noluit ſuper equum ſe
dere, ſed ſuper aſinam. Quod ideò fecit ad innuendum
quòd non ſedet in cordibus ſuperborum, ſed humilium
& manſuetorum. Chryſ. Non ſedet Chriſtus in curru au
reo, precioſa purpura fulgens, non aſcendit ſuper ferui-
dum equum diſcordiæ amatorem & litis, ſed ſuper aſi-
nam tranquillitatis & pacis amicam. Per equum igitur
ſuperbus, per aſinam humilis deſignatur. Equus enim ſi
tangitur recalcitrat, aſinus ſi tangitur manſuete moratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur. Sic ſuperbi ſi reprehenduntur, impatienter ferunt, mansueti patiēter audiunt. Quædam animalia ſunt quæ non permittunt ſe tangi. ſiue quia arrogantia ſunt, ſicut equus & Leo. Siue quia nimis ſilueſtria ſunt, & domeſticari non poſſunt, ut lupus. Siue quia pungitiua, ut Ericius.

*Reprehendi nolunt tria hominum genera.* Tria genera hominum ſunt qui nolunt reprehēdi. Primi ſunt ſuperbi. Iſti ſunt ſicut equus uel Leo qui dedignantur tangi uel reprehendi. Beſtia quæ tetigerit montem, lapidabitur. Diues iniuſte egit & fremebit, pauper autem Ieſus tacebit. Alii ſunt in malum indurati, qui

*Heb. 12.* inſtar lupi non poſſunt domeſticari, nec ad bonum indu-

*Ecc. 13.* ci. Peruerſi difficile corri. tales nolunt corripi. Peccator

*Eccl. 1.* homo ui. correctionem. Tertii ſunt homines aſtuti qui

*Ecc. 31.* ſi tanguntur, ideſt arguuntur, ſtatim ſicut Ericius per excuſationes multiplices ſe abſcondunt, cum tamen dica-

*Rom. 18.* tur. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, tales etiā pungunt, quia reprehendentes odiunt. Odio habuerunt corripientem.

*Amos. 5.* Circa ſecundam procesſionem duo ſunt conſideranda. Vnum eſt quod in magna illa procesſione fuit magna perſonarum uarietas. Quidam fuerunt ibi boni, quidam mali. Bonorum autem fuerunt tres differentiæ.

*Secūda. Proceſſio Bonorum tres differentiæ.* Quidam enim fuerunt boni, qui poſtea fuerūt mali, ſed tamen poſtea recuperauerunt bonitatem, ſicut, ſcilicet, Apoſtoli, qui fidē perdiderūt, ſed poſtea recuperauerūt. Alii fuerunt boni, qui facti fuerunt mali, & nunquam recuperauerunt bonitatem, ſicut Iudas. Alii fuerunt boni, qui ſemper ſeruauerunt bonitatem, ſicut beata uirgo. Malorum autem duæ ſunt differētiæ. Quidam enim fuerūt mali, qui poſtea facti ſunt boni, ſicut latro a dextris & Longinus. Alii fuerūt mali, qui ſemper in ſua malitia perſeuerauerunt, ſicut latro a ſiniſtris, & iudæi q Chriſtum crucifixerunt. Ab illa procesſione quidam fuerunt corde & corpore, ſicut apoſtoli, qui corporaliter Chriſtum reliquerunt & fidem perdiderūt. Alii fugerunt corde ſed non corpore, ut Magdalena & cæteræ mulieres, quæ iuxta crucem corporaliter ſteterūt ſed tamen fidē perdiderunt



perdiderunt & amiſerunt. Alii fugerunt corpore, ſed nō corde ſicut creditur de Iacobo fratre domini, de quo dicit Hiero. in lib. de uiris illuſtribus, q̄ ī paſſione domini uotum nouit ſe nō comeſturum, donec uideret Chriſtū reſurgentē. Videtur ergo, q̄ ille fidem de reſurrectione habuit, & timore mortis fugit corpore, ſed corde ſtetit. Alii ſunt, qui non fugerunt, nec corde, nec corpore, ſicut Virgo beata, quæ iuxta crucem ſtetit, & fidem integraliter ſeruauit. Secundum quod in iſta proceſſione oſtenditur eſt in Iudæis magna uolūtatis mutabilitas. In prima proceſſione fecerunt Iudæi ſibi ſex magnos honores. In ſecunda fecerūt ſibi ſex magna uituperia, & confuſiones. Nam in prima cum magna reuerētia & deuotione ipſum ſuper aſellum poſuerunt. In ſecunda cum magna ignominia in patibulo affixerunt. In prima, ueſtimenta ſua ī uia ſtrauerunt. In ſecūda, ipſum ueſtimentis propriis expoliauerunt. In prima, cum ramis oliuarum & palmarū ſibi obuiam proceſſerunt. In ſecunda, ſpinas acutiſſimas eius capiti infixerunt. In prima, appellauerūt eum regē, ut habetur. In ſecunda, negauerunt eum eſſe regem dicētes, non habemus regem niſi Cæſarem. In prima, appellauerunt eum Saluatorem dicentes. Oſanna, id eſt ſalua obſecro. In ſecunda, negauerunt eum eſſe Saluatorem, quia etiam ſeipſum ſaluare non poterat, dicentes. Alios ſaluos fecit ſeipſum ſaluare nō poteſt. In prima, dixerūt ipſum eſſe benedictum, & in nomine patris ueniſſe in mūdum dicentes. Benedictus, qui uenit in nomine domini. In ſecunda, dixerūt ipſum eſſe malefactorem & cruci patibulo affigendum, dicentes. Si non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Tolle tolle crucifige eum. Ecce quanta inſtabilitas fuit in iſtis, quia quem tantum honorauerunt, poſtmodum ſtatim ignominioſe tractauerunt.

*Iudæi in die palmarum Chriſto ſex magnos honores fecerūt, cōtra quos in Paraſceue ſex maxima uituperia.* *Io. 12.*

*Feria ſecunda ſextæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus, De genere paſſionis Chriſti, deq; eiuſdem fructu.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Io. 12. SI exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me ipſum
Chriſtus uocat hic exaltationẽ ſuã paſſionem, ſicut
euangeliſta exponit dicens, hoc autẽ dicebat, ſigni-
ficãs qua morte eſſet moriturus. Secundum enim Chryſ.
dicẽdo, oĩa trahã, plus dicit q̃ ſi dixiſſet, reſurgã, ſi.n.di
xiſſet tm̃ reſurgã, ſignificaſſet reſurrectionẽ, ſed nõ tra
ctionem, dicẽdo uero trahã, utrũq; innuit, qa nõ poſſet
trahere niſi reſurgere. Hoc aũt ꝙ dicit oĩa trahã, tribus
modis exponitur ſecundũ Aug. Primo ut hoc nõ intelli-
gatur q̃tũ ad uniuerſitatẽ oĩum hoĩum, quia nõ oẽs ſũt
tracti, ſed q̃tũ ad itegritatẽ naturæ. ſ. ſpũm animã, & cor
pus. Trahit. n. ſpũm, ſibi dãdo ueræ fidei agnitionẽ. Tra-
hit aĩam p grãæ ĩfuſionẽ. Trahit corpus p beatã reſurre-
ctionẽ. Vel hoc ꝙ dicit oĩa refert ad oĩa pdeſtinata ad
ſalutẽ, uel refert ad oĩa gña hominũ, qa de oĩbus gene-
ribus hoĩum aliqui ſunt tracti. ſ. de oĩbus linguis, de oĩ
bus ritibus, de oĩbus gradibus. In uerbis aũt pmiſſis duo
ponũtur. Primo igitur ponit genus paſſiõis cũ dr̃, ſi exal
tatus fuero à terra. Secundo fructus paſſionis cũ dr̃, oĩa
tra. ad meip. Circa primũ notãdũ ꝙ Chriſtus noluit mo
ri in aliqua domo, nec ſub aliquo tecto, ſed ĩ aere uoluit
*Primo.* exaltari triplici rõne. Primo quidẽ qa aer eſt elementũ
*Chriſtus* cõe, põt enim hõ habere ꝓpriã terrã, uel ꝓpriã aquã, uel
*triplici* ꝓpriũ ignẽ. Aerẽ uerò, ꝓpriũ nemo habere põt. Secũdo
*ratione* quia eſt elemẽtũ mediũ, inter cœlũ & terrã. Tertio quia
*in aere* eſt elemẽtũ immũdũ ex fumo hoſtiarũ idolis immolata-
*mori uo-* rũ, Chriſtus ergò uoluit primo ĩ aerẽ exaltari, ad ĩnuẽdũ
*luit.* ꝙ ſicut aer eſt oĩbus cõis, ſic & paſſio Chriſti. nã paſſio-
nes aliorũ ſanctorũ fuerũt ꝓpriæ, quia Petrus paſſus eſt
*Paſſio* pp ſe, Paulus pp ſe, & ſic de aliis. Chriſtus aũt nõ ẽ paſ
*Chriſti* ſus pp ſe, ſed cõiter propter oẽs. Sua enĩ paſſio fuit cõis
*fuit com-* illis, qui in cœlo ſunt, ſcilicet angelis, qui ſunt reparati,
*munis.* illis qui ſunt in mundo, quia per ſuã paſſionem ſunt ſal-
Col. 1. uati. Pacificans omnia per ſanguinem Crucis eius, ſiue
quæ



quæ in terra, id eſt homines, ſiue q̃ in cœlis, ſcilicet An-
gelos, fuit communis illis qui ſunt ſub terra, id eſt sãctis
patribus, qui erant in limbo, quia inde ſunt liberati & il-
luminati. Penetrabo inferiores partes terræ, & inſpiciã Eccl. 24
omnes dormientes, & illuminabo omnes operãtes in do
mino. Non fuit autẽ cõis illi, qui ſunt in profundo terræ
.i. demonibus, quia ſunt in malitia indurati, & ideò man
ſerunt in ſuppliciis deſolati. Qui dicit profundo deſola- Eſa. 51.
re. Secundo Chriſtus uoluit in aerem exaltari ad innuẽ
dũ qđ ſicut aer ẽ mediũ inter cœlũ & terrã, ſic Chriſtus
fuit mediator inter Deũ & hoĩem. Mediator non unius Gal. 4.
eſt naturæ, ſed duplicis, diuinæ. ſ. & humanæ, & ideò ſi-
cut aer ex parte ſuperiori habet puritatẽ, p quã conue-
nit cũ cœlo, & ex parte inferiori habet quãdã groſſitiẽ,
p quam cõuenit cum terra, ſic & Chriſtus eſt medius in
ter Deũ & hoĩem, quia cũ Deo cõuenit ipſe ratione na-
turæ diuinæ, cum hoĩe uerò rõne naturæ humanæ. Erat
igitur diſcordia inter Deũ & hoĩem, nã Deus conquere
batur de hoĩe, quia eius mãdata nõ ſeruauerat, homo cõ
querebatur de Deo, quia creaturã ſuã reliquerat, ideò
uenit Chriſtus, & mediatorẽ ſe fecit. Mediator aũt inter *Media-*
Deum & hoĩem tria debebat hr̃e. Primo ſimilitudinẽ, ut *tor tria*
eſſet ſimilis homini in natura, & in defectibus naturali- *habere*
bus, ut ſic hoĩ cõpati ſciret. Secũdo æqualitatẽ, ne homi *debet.*
nem per potentiã grauaret, & ſi grauaret, poſſet corã iu
dicio Dei ipſum cõuenire. Tertio debebat hr̃e ex utraq;
parte auctoritatẽ, arguendi & compellendi illã partem,
quæ ſuã ſniãm non ſeruaret, & quia homo non poterat
inuenire talem mediatorẽ, qui iſta tria haberet. ideò cõ
querebatur dicens. Neque enim uiro, qui ſimilis eſt mei, Iob 9.
reſpondebo. Iſtud referetur ad ſimilitudinem, nec q me
cum in iudicio ex æquo poſſit audiri, iſtud refertur ad
æqualitatem, nõ eſt, qui utrunque ualeat arguere, & po-
nere manum ſuã in ambebus, iſtud refertur ad auctori-
tatẽ, Chriſtus uerò, ut uerus mediator eſſet, iſta tria ha-
bere uoluit. Primo ſimilitudinem in natura, & in defe-
ctibus naturalibus, ut ſic ſciret iudicare miſericordius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Heb.2. Debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut miſericors fie
ret. Secundo habuit æqualitatem cum utraque parte,
quia æqualis fuit Deo, inquantum Deus, & æqualis ho
mini, inquantum uerus homo, & ideò nulli patri potuit
eſſe ſuſpectus. Vnde dixit Deus humano generi in pſal.
Ponam in ſalutari, & reſpōdet homo, fiducialiter agam
in eo. q. d. Deus homini, de quæſtione noſtra quæ eſt in-
ter me & uos ponam in ſalutari meo, qui eſt filius meus
reſpondet hō, fiducialiter agā in eo, quia eſt frater meus.
Tertio habuit auctoritatē arguēdi, & cōpeſcēdi utrāq;
partem, arguiſſet enim ſi uoluiſſet hominem cōdignam
Eſa. 9. ſatisfactionem facere. Arguet in æquitate pro manſue-
tis terræ, arguiſſet quodammodo Deum ſi dato per im-
poſſibile, q. uoluiſſet ſatisfactionem condignam recipe-
Eſa. 1. re. Vnde ipſe Deus ait. Venite arguite me, dicit domi-
nus. Tertio uoluit in aere exaltari, ut ipſum immun-
dum ſanctificaret & mundaret. Sanctificauerat quidem
terram, trigintatribus annis, ſuper eam ambulando. San-
ctificauerat aquam, in ipſa ſe baptizari faciendo Sancti-
ficaturus erat ignem, Apoſtolis ſpiritum ſanctum in
ſpecie ignis mittendo. Non reſtabat igitur niſi, ut aerē
ſanctificaret, non ſub tecto, ſed in aere moriendo. Secun
do ponitur fructus paſſionis cum dicitur, omnia traham
*Trahunt* ad me ipſum. Circa quod notandum, quòd tria ſunt, quæ
*tria natu-* naturaliter attrahunt. Primum eſt ſimile, Iſtud uidemus
*raliter.* in animalibus. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic etiam
Eccl. 13. uidemus in hominibus. Vnde ſubditur, omnis homo ſi-
Eccl. 27. mili ſui ſociabitur. uidemus in uolatilibus. Volatilia ad
ſibi ſimilia conueniunt. Secundum eſt uaccuum, ſicut
patet in uentoſa, quæ quàm cito ſtuppa per ignem eua-
*Trahit* cuatur, & aere non impletur ſanguinem ad ſe trahit. Ter
*nos Chri-* tium eſt calidum, ſicut patet in ſole, qui uirtute ſui calo
*ſtus tri-* ris, uapores ad ſe trahit. Chriſtus igit trahit nos ad ſeip
*plici ſimi-* ſum triplici ſimilitudine. Prima ſimilitudo eſt imaginis
*litudine.* quia ad eius ſimilitudinem creati ſumus. Secunda ſimili
Phil. 2. tudo eſt aſſumptæ humanitatis, in ſimilitudinem homi-
num factus. Tertia eſt imitationis, quia ipſum tanquam
boni



boni filii imitari debemus. Eſtote imitatores Dei, ſicut Eph. 5.
filii chariſſimi. Propter iſtam triplicem ſimilitudinem
debemus ad Chriſtum ire, & ab ipſo trahi. mali aūt, quia
non habent iſtā triplicē ſimilitudinem, ab ipſo nō trahū
tur, habent enim immaginem deturpatā, & ideò a Deo
non cognoſcuntur, habent naturam maculatam, & ideò
fratres Chriſti non uocantur, habent uitam ſceleratam,
& ideò non Chriſtum, ſed diabolum imitantur. Omnia
cōmixta ſunt aīarum inquinatio, iſtud refertur ad ima-
ginis deturpationē, natiuitatis immutatio, iſtud refertur
ad naturæ uilificationē, inordinatio mechiæ, & impudi-
citiæ, iſtud refertur ad uitæ deprauationem. Secundo. n. Sap. 24.
Chriſtus nos attrahit per uacuū, fuit etim uacuus in na- *Vacuus*
tiuitate, in uita & in morte. In natiuitate fuit uacuus ab *fuit Chri*
omnibus rebus neceſſariis. Non enim habuit lectum ubi *ſtus tri-*
requieſceret, ſed in præſepio requieuit. Non habuit etiā *pliciter.*
pannos quibus mater eum inuolueret, niſi uiles & pāno
ſos. Non habuit ſeruientes qui aſsiſterent, niſi bouem &
aſinum. Secundo fuit uacuus in uita, quia non habuit do
mum ad habitandum. Vulpes foueas habent, & uolucres Matt. 8.
cœli nidos, filius autē hominis &c. Non habuit diuitias
ad poſſidēdum. Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet 1. Cor. 8
diues. Non habuit etiam cibos ad comededum, quia
ſæpè eſuriuit. Mane reuertens ad ciuitatem eſuriuit. Mat. 21
Tertio fuit uacuus in morte. Eius enim corpus fuit ua-
cuum, & euacuatum ſanguine, ita quòd remanſit in cru
ce aridum ſicut lignum. pſalmus. Aruit tanquam teſta
uirtus mea. Eius anima fuit uacua omni conſolatione,
& impleta triſtitia & dolore. Triſtis eſt anima mea uſq; Mat. 26.
ad mortem. Paſſio eius fuit uacua utilitate & ualore,
quia illa die tantum unum latronem eſt lucratus. In ua- Eſa. 49.
cuum laboraui ſine cauſa. & uane fortitudinem meam
conſumpſi. Mater eius fuit uacuata omni gaudio & ple- Luc. 2.
na omni amaritudine. Et tuam ipſius animam pertran-
ſibit gladius. Eius familia fuit euacuata fide, quia omnes
Apoſtoli fidem perdiderunt.

Tertio trahit nos per calidum. Chriſtus enim in paſ-
ſione

ſione totus fuit calidus igne amoris, quod patet ꝑ quatuor ſigna, quæ ſunt, ſudare ſitire, rubere, & ueſtimenta ferre nō poſſe. Quando enim aliquis ſudat in facie, & in toto corpore, ſignū eſt intēſi caloris. Chriſtus igit ſudorē emiſit, qui tantus fuit, ꝙ in terrā deccurrebat. Et tātus fuit ardor, ꝙ humorem flegmaticū in ſanguinem cōuertebat. Secundo ſitiuit, ꝙ fuit ſignum magni caloris. Ber. Sitio, ait Chriſtus, non doleo. O domine quid ſitis? fidē ueſtram, ſalutem ueſtram, gaudiū ueſtrum, plus animarum ueſtrarum, ꝗ corporis mei cruciatus me tenet. Et ſi non mei, ſaltem ueſtri miſeremini. Tertio Chriſtus in corde & facie totus rubuit, quia totus ſanguine cruenta-
Eſa. 62. tus fuit. Quare rubrū eſt ueſtimētum tuum, & indumēta tua ſicut calcantium in torculari? Chriſtus etiā in cruce ueſtimēta ferre nō potuit, ſed nudus aſcendit, ac ſi ipſo facto dicat. Tanto igne charitatis ardeo, ꝙ ueſtimenta ferre non ualeo.

*Eadem feria ſecunda, ſexta hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. Quomodo Chriſtus in cruce exiſtens, trahit ad ſe peccatores per ſex modos.*

SI exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me ipſum. Chriſtus per ſuam paſſionem traxit ad ſe omnia, ſcilicet terreſtria, cœleſtia, & infernalia. Traxit quidem cœleſtia, patrem recōciliando. Traxit terreſtria, gētilē populum ad fidē ducendo. Traxit infernalia, ſanctos patres, qui erant in limbo liberando. Ideò uoluit Chriſtus in cruce exaltari, ut per caput ſurſum, nos Deo recōciliaret. Per pedes deorſum, infernū cōculcaret. Per manū dexterā ad aquilonē extenſam, gentes in frigore infidelitatis poſitas attraheret. Per manum ſiniſtrā ad auſtrum extenſam, Iudæos, in quibus aliquando calor fidei uiguerat, cæcitatis ſuę merito reprobaret. Nihilominus quotidie peccatores ad ſe trahit ad fiduciam & ſpē, quando conſiderant corporis Chriſti in cruce poſiti diſpoſitionem. De quo ſic dicit Bernar. Qui non rapiatur ad



ad ſpem impetrandique fiduciam, quando eius conſiderat corporis diſpoſitionem ſcilicet, caput inclinatum ad oſculum, brachia extenſa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligēdum, pedum confixionem ad nobiſcum commanendum, corporis extenſionem ad ſe nobis totaliter impendendum. Ex his uerbis habetur quòd Chriſtus in cruce exiſtens per ſex modos peccatores ad ſe trahit.

Primo per capitis inclinationem, ſicut amicus nutu *Primo.*
capitis amicum uocat ut det ſibi oſculum. Illud oſculum
petebat genus humanum. Quis mihi det te fratrem meū *Can. 8.*
ſugētem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deo- *Labia*
ſculer te? Habet igitur Deus duo labia, ſcilicet gratiam *duo Dei*
& gloriam, Homo ſimiliter habet duo labia, ſcilicet ue- *& duo*
ritatem & pacem. De quibus dicitur. Veritatem tantum *hominis.*
& pacem diligite. Homo enim oſculari debet Deum cū *Zac. 8.*
duobus labiis ſuis, ſcilicet ueritate & pace, ut ſcilicet ueritatem de ſe in confeſſione dicat, & cum Deo & proximo pacem habeat, & tunc Deus ipſum oſculabitur cum duobus labiis ſuis, ſcilicet cum gratia & gloria, quia dabit ſibi gratiam in præſenti, & gloriam in futuro Pſalm. Gratiam & gloriam dabit dominus.

Notandum autem quòd Chriſtus in cruce paſſionis *Notādū.*
ſuæ, caput inclinatum habuit ad dexteram, ſiue ut per hoc ſignificaret quòd patiebatur propter peccatū, quod fecerant primi parentes cum dextera. Siue ut per hoc innueret quòd non uocat hominem ad leuam, id eſt ad uitam temporalem. ſed ad dexteram, id eſt ad uitam cœleſtem. Siue ut per hoc oſtenderet, quòd in his quæ facimus non ſiniſtram, ſed rectam intentionem habere
debemus. Iuxta illud. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat *Mat. 5.*
dextera tua.

Secundo trahit per brachiorum extenſionem, ſicut *Secundo.*
mater trahit ad ſe puerum brachia aperiendo. Deus autem duo brachia extendit, ſcilicet ſiniſtrum, quo congregat ad fidem, & ſui agnitionem. Et dextrum quo deportat ad beatitudinem æternam. Vtrunque autem brachium

chium olim Deus clauſum tenebat, quia nulli ueritatẽ
ſuæ fidei dabat, & nullum ad ſuam beatitudinem dedu-
cebat. Tandem aperuit brachium ſiniſtrum, quando ad
fidem ueram deduxit populum iudeorum. Dextrum au-
tem non aperiebat, quia nullum ad ſuam gloriam reci-
piebat. Modo autem utrunque brachium apertum ha-
bet, quia fidem & ſui cognitionem omnibus aperit, &
ad ſuam beatitudinem fideles recipit. Vnde quęlibet fi-
Can. 8. delis anima poteſt dicere. Leua eius ſub capite meo, &
dextera illus amplexabitur me. Leuam ſuam Deus ſub
capite ponit, quando in præſenti uita, ſui agnitionem &
fidem infundit. Dextera illius amplexum tribuit, quan-
do ſanctos æternaliter ſibi unit. Vnde etiam quilibet
fidelis dicere poteſt cum pſal. Tenuiſti manum meam,
& in uoluntate tua deduxiſti me, ſcilicet per uiã tuæ ue-
ritatis me deducendo, & cum gloria ſuſcepiſti me, ſcili-
cet ad tuam beatitudinem me recipiendo.

Tertio Tertio trahit per manuum perforationem, ſicut libe-
ralis trahit egenum ad ſe ueniendum. Habuit autẽ Chri
ſtus in Cruce manus apertas, ad innuendum quòd dat
faciliter & liberaliter, quia gratiam ſuam omnibus tri
Heb. 12. buit. Tanquam filiis oſtert ſe Deus. Præoccupat qui ſe
Sap. 6. concupiſcunt. Ideò dicitur.

Eccl. 4. Non protrahas datum anguſtianti. Habuit manus cõ
Eccl. 2. fixas, ad innuendum quòd dat immutabiliter & perſeue-
ranter. Reſpicite filii nationes hominnm, & ſcitote quia
nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt, permanſit in
mandatis eius, & derelictus eſt.

Pauci autem ſunt, qui habent iſtam immobilem uolũ-
tatem ſeruiendi, & benefaciendi. Ideò dicitur de multis
in Pſal. Confitebitur tibi cum beneſeceris ei. Eſt amicus
Eccl. 6. ſocius menſe. Habuit manus perforatas, quia dat omni-
bus largiter & abundanteter. Sicut enim uas perforatum
largiter effundit, ſic Chriſtus largiẽ tribuit. Qui pręſtat
1 Thi. 6. nobis abunde. Qui dat omnibus affluenter, & non im-
Iac. 1 properat.

Non ſolum autem eſt liberalis, ſed quoddammodo
pro-



prodigus, quia habet manus perforatas. ſicut dicitur de
aliquo prodigo qui nihil ſibi ſcit retinere. Iſte habet per
foratas manus. Valde prodigus eſſet, qui pro potu patri
monium ſuum daret. Sic Chriſtus pro potu aquę frigi-
dæ, dat mercedem cœleſtis gloriæ. Quicunque dederit Mat. 10.
potum uni ex iſtis minimis calicem aquæ frigidæ, amen Liberali-
dico uobis, non perdet mercedem ſuam. tas Chri
Chriſtus in uita ſua fuit multum liberalis, quia mul- ſti.
ta beneficia dedit. In fine autem uitæ ſuæ quodammodo
fuit prodigus, quia nihil ſibi retinuit, ſed omnia de-
dit etiam uſque ad ueſtes. Nam Petro dedit eccleſiam.
Ioanni matrem ſuam chariſſimam. Patri dedit animã
ſuam precioſam. Latroni dedit Paradiſum. Nichodemo
& Ioſeph dedit corpus proprium. Nobis omnibus dedit
ſuum ſanguinem precioſum, & crucifixoribus ueſtimen-
ta. Quarto Chriſtus trahit nos per lateris apertioné, ut Quarto.
eius amorem oſtendat. Amor autem aliquando oſtendi
tur ex ſermone. Iuxta illud. Ex abundantia cordis os lo- Mat. 12.
quitur. Quando enim cor abundat in amore, os abun-
dat in ſermone. Aliquando amor manifeſtatur in ope-
re, & ille eſt amor. De quo dicitur. Non diligamus 1. Io. 3.
uerbo neque lingua, ſed opere & ueritate. Aliquando
amor radicatur in corde. De quo, diliges dominũ Deũ Mat. 22.
tuum ex toto corde tuo Primus amor qui eſt in ſer-
mone, nihil ualet niſi ſit ſecũdus amor, qui eſt in opere.
Nec primus nec ſecundus aliquid ualent, niſi amor radi-
cetur in corde. Primum amorem Chriſtus nobis oſten-
derat in ſua ſalubri eruditione. Secundum oſtenderat in
multiplici beneficiorum largitione. Sed tertium. ſ. præ-
cordialem amorem nobis oſtendit in lateris apertione.
Bern. Clauus penetrans, clauus reſerans factus eſt mihi,
quid niſi ut uideam per foramen, clamat clauus, clamat
uulnus, quòd Deus uerè ſit homo, in Chriſto mundum
reconcilians. Quinto trahit nos per pedum afflictionem, Quinto
ſicut amicus poſitus in carcere trahit amicum ad ſe uitã
dum. Chriſtus propter amorem noſtrum incarcerari
ſe fecit, quando in cruce affigi uoluit, Debemus enim
ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Deu. 33.* ad eius pedes currere. Quia ſicut dicitur. Qui appro-
pinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Ad pe-
des ergo eius debent currere peccatores, & tribulati.
Nam unus pes unctus eſt oleo, iſte eſt eius misericordia
*Deut. 33.* uiſcerosa. Tingat in oleo pedem ſuum. Secundus pes
eſt tinctus ſanguine, iſte eſt paſſio eius glorioſa. Pſal.
Vt intingatur pes tuus in ſanguine &c. Peccatores igi-
tur accedant ad pedem intinctum oleo miſericordiæ, &
*Eſa. 61.* inuenient medelam & ſanationem. Spiritus domini ſu-
per me, eo quòd unxerit me, ut mederer contritos cor-
de. Tribulati accedant ad pedem intinctum ſanguine, &
ibi inuenient conſolationem. Grego. Si paſſio Chriſti ad
memoriam reducitur, nihil eſt quod non æquo animo
*Sexto.* toleretur. Sexto trahit per ſui corporis extenſionem.
Poſtquàm enim pro nobis taliter ſe extendit, debemus
& nos ad ipſum extendi, & ab ipſo trahi. Nam extendit
ſe pro nobis de cœlo uſque ad uirginis uterum, de utero
in præſepium, de præſepio in mundi exilium. De mun-
do in patibulum, de patibulo in ſepulchrũ, de ſepulchro
in limbum, de limbo rediit in mundum, de mundo ſe ex-
tendit uſque in cœlum, de cœlo ſe extendet uſque ad
iudicium.

*Feria tertia ſextæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus.*
*Quomodo Chriſtus dicitur agnus, & agnus man-*
*ſuetus, & agnus uictimatus.*

*Hier. 11.* EGo quaſi agnus manſuetus qui portatur ad uicti-
mam. Sæpè Chriſtus in ſcripturis agnus appel-
latur, propter manſuetudinem & innocentiam.
*Agnus appellatur Chriſtus, & quare.*
Nam ſicut dicit Iſido. cętera animalia armauit natura,
ſolum agnum dimiſit inermem, non enim habet cor-
nua ad uentilãdum, nec dentes ad mordendum, nec un-
gues ad lacerandum, ſed manſuetus & innocens inueni-
tur, eodem modo Chriſtus nunquam ulli nocuit, ſed o-
mnibus profuit. Dicitur autem Chriſtus in auctoritate
præmiſſa agnus, & agnus manſuetus, & agnus uictima-
tus.



tus. Agnus autem ſecundum Iſido. dicitur ab agnoſcen-
do, quia inter omnes innumerabiles greges, ſolo balatu
matrem cognoſcit. Eodem modo Chriſtus dicitur agnus
ab agnoſcendo, quia Chriſtus in Cruce exiſtens, agno-
uit tria genera perſonarum, ſcilicet patrem, matrem, &
ſuos crucifixores.
*Primo Chriſtus in Cruce exiſtens tria genera perſonarum agnouit.*

Nam patrem agnouit, ſibi animam ſuam recommen-
dando dicens, Pater in manus tuas commendo ſpiritum
meum. Dicitur enim, & ſcriptum reperitur, ꝙ Chriſtus
exiſtens in Cruce totum illum. Deus Deus meus, reſpi-
ce in me, uſque in te domine ſperaui, ſilenter dicere in-
cœpit, & cum peruenit ad illum uerſum, In manus tuas
domine, comendo ſpiritum meum. Fortiter exclama- *Luc. 23.*
uit dicens. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meũ.
In hoc autem dat nobis exemplum ut cum ad extrema
appropinquamus, ſpiritum noſtrum Deo cõmendemus,
& hoc tribus de cauſis fiendum eſt.
*Spiritum Deo comẽdare debemus triplici de cauſa.*

Primo uidelicet ut Deus ab inſidiis dæmonũ nos cu-
ſtodiat, & noſtrum ſpiritum. Dæmones enim in uia pa-
rati ſunt, ut animam rapiant. Sed anima quæ in manu
Dei eſt, nullum debet timere. Non rapiet eos quiſquam *Io. 10.*
de manu mea.

Secundo ut animam noſtram per angelorum miniſte-
rium ad cœlum deducat. Ecce ego mitto angelũ meũ, *Exo. 23.*
qui pręcedat te, & cuſtodiat in uia, & introducat in locũ
quem pręparaui.

Tertio ut animas a morte cuſtodiat. Iuſtorum animę *Sap. 3.*
in manu Dei ſunt, & nõ tãget il. tor. malitiæ ſeu mortis.

Secundo agnouit iſte agnus matrem, ſpiritualem cu-
ram de ea habendo, & Ioanni eam recommendando,
quando dixit, ecce mater tua. In hoc dat nobis exem-
plum, ut de parentibus noſtris uſque ad mortem curam
& diligentiam habeamus. Petro quidem recommenda-
uit eccleſiam. Ioanni uerò matrem ſuam. Si uerò inue-
niſſet digniores aliquos, certum eſt quòd talium theſau-
rorum eos feciſſet cuſtodes, pecuniam uerò Iudæ recõ-
mendauit, ad innuendum quòd pecunia temporalis, eſt

res

Universidad de Deusto Biblioteca

res uilis & indigna, & ideò cuſtodi indigno & viliſſimo
recommendauit. Nos ergo exemplum Ioannis habemus
eam in matrem, ſi uolumus eam habere in nutricem. Cũ
*Status triplex hominis.* enim ſit triplex ſtatus hominis, ſicut dicit Auguſt. ſcili
cet in uita, in morte, & poſt mortem.

Ipſa in iſto triplici ſtatu adiuuat filios ſuos, qui eam
habent in matrem. Vnde cantat eccleſia. Maria mater
gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, &
hora mor. ſuſcipe. Adiuuat igitur in uita, ſi in uita ſint
quidam iuſti, iſtis impetrat perſeuerantem gratiam, ideò
dicitur. Maria mater gratiæ, ſcilicet datrix, uel conſer-
uatrix. Alij ſunt peccatores, iſtis impetrat peccatorum
ueniam, & Dei miſericordiam, ideò dicitur mater miſe-
ricordiæ. Secundus ſtatus eſt, prout ſunt in morte, qui
eſt ſtatus periculoſus, quia hoſtes ideſt dæmones ad mo-
rientes accedunt, & ſi aliquod ius habent inquirunt, ſed
beata virgo hoſtes, id eſt dæmones expellit, & animas
protegit, ideò ſubditur, tu nos ab hoſte protege.

Tertius ſtatus eſt poſt mortem, ſcilicet quando ani-
ma de corpore eſt egreſſa, & iſte ſtatus eſt ſimiliter peri
culoſus, quia ibi ſunt dæmones rugientes, animam deuo
rare uolentes, ſed beata uirgo animas in morte ſuſcipit,
& in cœlum deducit, & a dęmonibus defendit, ideò ſub-
ditur, hora mortis ſuſcipe. Vnde quælibet talis anima po
*Eccl. 51.* teſt regratiari beatæ Mariæ, & ſibi dicere illud. Libera-
ſti me ſecũdum multitudinem miſericordiæ nominis tui,
a rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quæren
tium animam meam.

Tertio iſte agnus agnouit ſuos crucifixores pro eis o-
*Luc. 23.* rando dicens. Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid
*Iniuriarũ diuerſitas.* faciunt. Aliquando poteſt iniuria irrogari in cõtumeliis
uerborum, & hęc eſt magna iniuria. Aliquãdo in ſpolia-
tione rerũ, & hęc eſt maior. Aliquãdo ĩ irrogatione ſup-
pliciorũ, & hæc ẽ maxima. Iſte tres iniuriæ fuerũt Chri-
ſto in paſſione irrogatæ, ipſe.n. fuit contumeliis laceſſi-
*Mat. 27.* tus. Vnde dr̃. Prætereũtes blaſphemabant eũ, mouentes
capita ſua & dicentes, uah qui deſtruis templũ Dei, & in
tribus



tribus diebus il. reædifi. Ipſe fuit omnibus rebus & ve-
ſtibus ſuis denudatus, unde ſignatur per Ioſeph, de quo
dicitur. Nudauerunt eum tunica talari, & polimita. Iſta *Gen. 37.*
fuit tunica Chriſti inconſutilis deſuper contexta per to
tum. Diuiſerunt ſibi ueſti. mea &c. Iſte fuit multis vulne *Pſal. 21.*
ribus ſauciatus. Ipſe aũt vulneratus eſt propter iniqui- *Eſa. 53.*
tates noſtras. In his igitur iniuriis, magnum eſt habere
patientiã maius habere lætitiã, maximum dare benefi-
centiam, Chriſtus aũt oĩa iſta non tantum portauit pa- *Eſa. 42.*
tienter, iuxta illud. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui. Non
tñ letanter. Iuxta illud pſal. Conſcidiſti ſaccum meum
id eſt corpus meum, & circum. me le. ſed etiam ſuis cru-
cifixoribus beneficium impendebat, dum pro eis orabat
dicens. Pater ignoſce illis &c. Et quoniam iſte agnus in
cruce exiſtens, cognouit patrem, ſuum ſpiritum ſibi re-
commendando, cognouit & matrẽ, de ea ſpiritualẽ cu-
ram hñdo cognouit ẽt ſuos crucifixores pro eis orando
cuius oratio multos de ipſis conuertit, & Deo recõcilia *Agnus*
uit, ideo in miſſa ter agnus cantatur. q. d. Eccleſia. Agne *Dei quater*
Dei, qui cognouiſti patrem, ſpiritũ tuum in manib. ſuis re *in miſſa dicitur.*
commendando, miſerere nobis. Agne Dei qui cogno
uiſti matrẽ, de ea ſpãlem curã habendo, miſerere nobis.
Agne Dei qui cognouiſti inimicos pro eis orãdo, & deo *Secundo*
eos pacificando dona nobis pacem. Secundo fuit agnus
manſuetus, ſicut enim agnus quando occiditur non
murmurat, nec clamat. ſed tantum quaſdam uoces que *Eſa. 53.*
ruloſas emittit, ſic & Chriſtus non murmurat nec cla-
mat. Sicut ouis ad occiſionem ductus, & quaſi agnus
coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum, *uoces xpĩ*
ſcilicet ad blaſphemandum, uel murmurandum. Emiſit
tamen quaſdam uoces pie conquæſtionis, unam emi-
ſit ad patrem dicens. Deus meus Deus meus, ut quid de- *Mat. 27.*
reliquiſti me?

Aliã emiſit ad matrẽ. Væ mihi mater mea, quare me *Hier. 15.*
genuiſti uirum rixæ, uirum diſcordiæ in uniuerſa terra?
Iudæi enim ſæpe rixabantur cum eo, ſæpe diſcordias
inter ſe inueniebant, ſæpe etiam ipſum maledicebant.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vnde ſubditur. Omnes maledicunt mihi. Tertiam emi-
ſit ad circunſtantes,& prætereuntes. O uos omnes q trã
*Thre. 1.* ſitis pẽr uiã. attendite & uidete ſi eſt dolor &c. Quartã
emiſit ad terrã dicens. Terra ne operias ſanguinem meũ
nec inueniat locum in te latendi clamor meus. Quintam
*Iob. 16.* emiſit ad cęlum dicens. Obſtupeſcite cęli ſuper hoc, id
eſt ſuper opprobriis,& iniuriis mihi a iudæis illatis, &
portę eius deſolamini uehementer. Et ſequitur. Duo e-
nim mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontem
aquæ uiuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ nõ
*Hier. 2.* ualent continere aquas, ac ſi dicat, iſta duo mala fece-
runt iudæi, quia me, qui ſum fons aquæ uiuæ ſiccauerũt.
i. occiderunt,& Barrabam qui erat aqua turbida conſer
uauerunt,& bibere dimiſerunt.

Tertio fuit agnus uictimatus. Eſt aũt differentia inter
hoſtiam & uictimam. quia hoſtia dicitur ſacrificium ꝑ
*Tertio.* hoſtibus uincendis. uictima autem pro hoſtibus uictis,
*Differen* ſiue autem eſſet hoſtia aut uictima. oportebat ut igne ac
*tia inter* cenderetur, ut ſic fumus eſſet Deo odoriferus. talis uicti
*hoſtiã &* ma ſiue hoſtia fuit Chriſtus. Dilexit nos. & tradidit ſe-
*uictimã.* metipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam domino, in
*Eph. 5.* odorem ſuauitatis. Iſta autem hoſtia ut eſſet odorifera,
*Chriſtus* quadruplici igne inflammata eſt. Primo uidelicet igne
*quadru-* amoris. de quo dicitur. Ignem ueni mittere in terram,
*plici igne* magnum indicium amoris eſt dare amico ſuo tempora
*fuit inflã* lem ſubſtantiam, maius eſt dare in obſequium ſuam per
*matus.* ſonam, maximum eſt dare in mortem uitam ſuam. Iſtud
*Luc. 12.* maximum ſignũ amoris habuit Chriſtus. Maiorem hac
dilect. nem. habet ut animam ſuam po. quis pro ami. ſuis.
Secundo iſta uictima fuit inflammata igne doloris, quan
*Io. 15.* to enim caro eſt melius complexionata, tanto eſt maio-
ris doloris ſenſitiua, ſicut caro oculi magis ſentit dolo-
rem, quam caro calcanei, quia melius eſt complexiona-
ta. Caro igitur Chriſti fuit manibus ſpiritus ſancti de pu
riſſimis ſanguinibus uirginis facta, & ideo maioris dolo
ris fuit ſenſitiua. Tertio iſta uictima fuit inflammata
igne paſſionis, de quo igne dicitur in Pſalm. Igne me
exami-



naſti,& nõ eſt inuenta ĩ me iniquitas. Itẽ oſſa mea
ſicut cremiũ aruerunt, ſi. n. oſſa fuerunt concremata, ma-
nifeſtũ eſt quod caro & pellis concremata fuerũt. Quar
to iſta uictima inflammata fuit igne cõpaſſionis, magna
quidem cõpaſſione replebatur, qñ matrem deſolatã &
afflictam uidebat, qñ apoſtolos diſperſos, & in errorem
prolapſos cernabat, qñ ſuos crucifixores in freneſim uer
ſos, reſpiciebat Sicut. n. pius pater qñ uidet filiũ ſuũ fre-
neticum in ipſum ſurgentem,& dolet & plorat, non ſui
iniuriam, ſed filii furiã, ſic Chriſtus non ſuos dolores,
ſed perditionem ſuorum interfectorum delebat, ideo ꝑ *Heb. 5.*
eis orabat & clamabat. In diebus carnis ſuæ præces ſup-
plicationeſque ad Deũ, ecce quia orabat cũ clamore ua-
lido, ecce quia clamabat, & lachrymis offerens. Ecce
quia plorabat.

*Eadem feria tertia ſexta hebdomada 40. Sermo primus.*
*De octo legatis quo Chriſtus in morte dimiſit.*

HIc eſt ſanguis meus noui teſtamenti, q pro mul *Mar. 14*
tis tradetur. Omne teſtamentum confirmatur *Heb. 9.*
morte teſtatoris,& ideo Deus uoluit utrumq;
teſtamentum ſcilicet uetus & nouum, ſanguine ſuo con-
firmare, De confirmatione ueteris teſtamenti ꝑ ſangui-
nẽ dicitur. Lecto enim mandato legis à Moyſe, uniuer- *Heb. 9.*
ſo populo, accipiens ſanguinem uitulorum & hyrcorũ
cum aqua & lana coccinea, & yſopo, ipſum quoq; librũ
& omnem populum aſperſit dicens. Hic eſt ſanguis teſta
menti, quod mandauit ad nos Deus De confirmatione
teſtamenti noui per ſanguinem, dicitur in auctoritate
ꝑmiſſa. hic eſt ſanguis noui teſtamenti &c. Notandum au *Legata*
tem quod Chriſtus in nouo teſtamento quod in ſua paſ *octo, ĩ no*
ſione condidit, octo legata dimiſit, de quo teſtamento *uo teſta-*
ſic Amb. Auctor humani generis in cruce exiſtens, pieta *mento di*
tis officia diuidebat, perſecutionem apoſtolis, pacem di *miſit xp̃s*
ſcipulis, corpus iudæis, patri ſpiritum, uirgini para-
nymphum, latroni paradiſum, peccatoribus infernum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



cruccem pœnitentiæ,pœnitentibus legauit. Primo igitur
*Primo.* legauit apoſtolis perſecutionē, illud enim legauit quod
*Io. 15.* ipſe poſſedit. Si me perſecuti ſunt & uos perſequentur,&
illud legatum fuit perfecte apoſtolis perſolutum, quia
& perſecutionem habuerūt,& mortem ſuſtinuerunt,hę-
reditas autē tranſit ad hæredes cum onere ſuo. Deus igi
tur hæreditati æternæ beatitudinis, adiunxit onus i.tol
lerantiam paſſionis,cum iſto onere habuit eā Chriſtus.
*Luc. ult.* Oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriam ſuam.
*Act.13.* habuerunt eam cum hoc onere oēs apoſtoli. Per multas
*2.Tim.3.* tribulationes oportet nos intrare. habuerūt eā cū hoc
onere oēs fideles. Omnes qui uolunt pie uiuere in Chri
ſto Ieſu,perſecutionem patiuntur. Qui igitur vult aſſe-
qui æternam beatitudinē,& nullam pati tribulationem,
vř eſſe dignior Chr̄o,& apoſtolis ſanctior, & cunctis fi-
*Secūdo.* delibus melior. Hiero. Difficile eſt,immo impoſſibile,ut
*Io. 9.* præſentib.quis,& futuris fruatur bonis,ut de delitiis,trā
ſeat ad delitias,ut hic uentrem, & illic mentem impleat,
ut in cœlo & in terra glorioſus appareat. Secundo lega-
uit diſcipulis pacem. Pacem relinquo uobis. Habebat.n.
Chriſtus quoſdam diſcipulos,qui non erant ita fortes ſi
cut apoſtoli ad ſuſtinēdū perſecutiones, & ideo reliquit
eis nō tm̄ pacem ęternitatis Chriſti, ſed etiam tēporis,
non.n.infirmis & debilibus ſtatim ſunt grauia imponen
da Habemus enim ex euangelio,ꝙ non ſunt imponenda
triſtia feſtiuis, nec fortia infirmis, nec inſolita inexper
tis. Non enim ſunt imponenda triſtia feſtiuis. ideo di-
cit dn̄s ibidem. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere,quan
diu cum illis eſt ſpōſus, filii aūt ſponſi,& feſtiui ſunt cō
*Matt. 9.* templatiui,qui ſemper cum Deo illud feſtum faciūt, de
quo dř in pſal. Reliquiæ cogitatio. diem feſtum agent
tibi, talibus enim non debēt imponi triſtia ne impedian
tur,& turbentur à contemplatione interna. Secundo nō
ſunt imponenda fortia infirmis. ideo ſubdit. Nemo aūt
mittit commiſuram pāni rudis, in ueſtimentum uetus,
pannus aūt rudis.i.nouus eſt,doctrina noua euangelica,
quæ inducit ad contemptum terrenorum, ſic tales infir-
mi



mi non ſunt ſtatim ad cōtēptum terrenorū inducendi,
nō ſunt ēt imponenda inſolita inexpertis, iō addit, nec
uinum nouū in utres ueteres mittūt. Per utrē ueterem
intelligit mens aſſueta terrenis Per uinū nouū doctrina,
quæ inducit ad appetitū cęleſtiū, ſed hoīes aſſueti dilige
re terrena,nō ſunt ſtatim cogendi ad cœleſtia. Tertio le *Tertio.*
gauit corpus iudæis,ut.ſ.ipſum crucifigerēt, & ſic vřam
ſalutationem perficerēt. Terra, i.caro Chriſti, de nr̄a ter *Ioh.11.*
rena ſubſtantia aſſumpta,data eſt in manus impij.i.Pila
ti,ſiue Iudæ. Corpus autem Xp̄i fuit ſicut quidam ſac-
cus diuinus,in quo erant tria precioſa incluſa,ſ.ſanguis
anima,& diuinitas. Chriſtus igit̄ de ſua carne emplaſtrū
fecit,quo inflatura noſtræ ſuperbiæ frāgeretur. Aug. Ec
ce habes humilitatis exēplū, ſuperbiæ medicamentum.
De ſanguine fecit collirium quo cęcitas nr̄æ ignorātiæ
curaretur. Collirio vnge ocu.tu.ut uideas, aīam dedit i *Apoc. 3.*
precium,quo ſeruus redimeret. Filius hominis nō uenit *Matt.20.*
miniſtrari,ſed mini.& da.aīam ſuam redemp.pro multis
Deitas fuit balſamū,quo fœtorē nr̄æ immunditiæ tolle-
ret. Sicut cina.& bal.aro.odo.dedi. Quarto legauit patri *Eccl.24.*
ſpiritū. Pater in manus tu.cō.ſpir.meū. In hoc dat nobis *Quarto.*
exemplū,ꝙ in manus Dei debemus recommendare ſpiri *Luca.23.*
tum nr̄m. Illud enim quod eſt manu Dei,eſt ſecurū,& eſt
ante conſpectum Dei.& eſt precioſum. Primo quidem
aīæ quæ ſunt in manu Dei,ſunt ſecuræ,ita etiam ut nun *Io.10.*
quam perdantur. Nō ra.eas quiſquam de manu mea. Se *Eſa. 49.*
cundo ſunt Deo proximæ,ita ut diuina uiſione fruātur.
Ecce in ma. meis decrip.te.muri tui co. ocu. meis ſem-
per. Tertio ſunt precioſæ, ut in ornamentum Dei aſſu-
mātur,ſicut enim annulus ornat manum, ſic animæ ſan *Hier 22.*
ctorū quodāmodo ornāt Deū, unde dicit dn̄s de quodā *Quinto.*
magno pctōre. Viuo ego dicit dn̄s quia ſi fuerit ieconias *Paranym*
annulus in ma.dex.mea euellā eū inde. Quinto legauit *phū qua-*
Paranymphum uirgini qn̄ dixit,mulier ecce filius tuus. *re Chri-*
Quod q̄dē uoluit facere triplici rōne. Primo rōne ſui. *ſtus Vir*
dederat enim legē. Exo.20. Honora pa.tu.& ma.tuā.&c. *gini lega*
Decebat igitur ut conditor legis,ſuam legem ſeruarēt. *uit.*

Secũdo ratione noſtri, ut nos doceat quod de parẽtibus
noſtris,non tantum in uita, ſed etiam in morte curã ha-
beamus.Tertio ratione uirginis, amittebat.n.filium, &
ideo pro cõſolatione dimittebat ſibi fidelem diſcipulũ,
ſed tñ qualis ei poterat eſſe conſolatio,illa dicit Bern.ꝯ
qualis commutatio. Ioãnes ei pro Ieſu tradit, ſeruus ꝑ
domino,diſcipulus ꝑ magiſtro, filius Zebedei pro filio
*Sexto.* Dei,purus homo pro uero Deo . Sexto legauit latroni
paradiſum dicẽs.Amen dico tibi.Ecce quanta infirmi-
tas,qa modus fuit iurandi,qa hodie,ecce quanta celeri
tas,mecum eris,ecce ꝗ beata ſocietas, in paradiſo, ecce
quanta loci amænitas. ideo aũt Chriſtus iſti latroni ſic
fuit liberalis, quia in illa ſocietate trium erat unus to-
liter bonus.ſ. Chriſtus,erat alius totaliter malus.ſ.latro
a ſiniſtris poſitus,tertius erat mediocriter bonus & me-
diocriter malus.ſ.latro a dextris poſitus,ipſe.n. nõ oĩno
malus erat,quia culpabilẽ ſe cognoſcebat, nec omnino
erat bonus,quia adhuc gratiam aſſecutus non erat. Ha-
buit igitur ſe laudabiliter ad totaliter malũ,quia ipſum
increpauit,ad totaliter bonum,quia ipſum excuſauit,ad
ſe mediocriter bonum,& mediocriter malum, quia ue-
*Septimo.* niam poſtulauit.Septimo legauit peccatoribus infernũ
*Mat. 25* cum dixit. Diſcedite a me ma.in ignem æter. Quod qui-
*Peccatores melius ſtãt in inferno.* dem legatum ualde cõpetit eis,qa pulchrius ſtãt in infer
no,quam in paradiſo,quod oſtenditur triplici exemplo.
Primum eſt,quia pulchrius manet porcus in luto quam
in florido prato.porcus eſt luxurioſus qui immunditia
uoluptatum delectatur . Sus lota in uolu.luti.ideo pul
chrius manet in luto infernalis uoluptatis, ſeu fœditatis
*2.Pet.2.* quam in prato florido celeſti amænitatis. Secundum
exemplum eſt,quia pulchrius ſtat ſeruus in cloaca, quã
in camera picta,ſeruus eſt auarus. Auaritia quæ eſt ido
*Col. 3.* lorum ſeruitus,talis ſeruus pulchrius ſtat i cloaca infer
ni quam ſtaret in camera picta cœli. Tertium exemplum
eſt,quia pulchrius ſtat latro in patibulo, quam in regali
ſolio.Latro eſt ſuperbus,quia furatur illud Deo , quod
*Eſa. 42.* eſt proprium Dei.ſ.gloriam. Gloriam meam alteri nõ
dabo,



dabo talis igitur latro ſtat pulchrius in patibulo ĩferna
lis tormenti,ꝗ ſtaret in ſolio maieſtatis Dei. Octauo le-
gauit crucem pœnitentiæ uolentibus pęnitere . Si quis *Luc.9.*
uult ue.poſt me abne.ſemetip.& tol. cru.ſuam & ſe. me.
Quid autem uelit dicere cum ait. Abneget ſemetipſum
exponit.Greg. in Omel.di. Relinquamus noſmetipſos ,
quales peccando nos facimus, & maneamus quales nos
per gratiam facti ſumus,ecce enim,qui ſuperbus fuit, ſi
humilis factus eſt,ſeipſum reliquit, ſi luxurioſus uitam
mutauit,abnegauit,ꝙ fuit,ſi auarus elargiri didicit , &
aliena rapere deſiſtit,ſemetipſum reliquit,eſt quidem ip
ſe per naturam, ſed nõ eſt ipſe per malitiam.Deinde ſub
ditur. tollat crucem & ſequatur me , unde ſubdit idem
Greg.Duobus modis crux tollitur,aut cum per abſtinẽ
tiam affligitur corpus, aut cũ per cõpaſſionem proximi
affligitur animus.

*Feria quarta, ſexta hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo primus. De Chriſti paſſione, quomodo fuit pœnoſa ualde, ualdeque fructuoſa.*

VUlneratus eſt propter iniquitates noſtras , attritus *Eſa. 53.*
eſt propter ſcelera noſtra,diſciplina pacis noſtræ
ſuper eum,cuius liuore ſanati ſumus.Sicut dicit Hiero.
Iſaias non tam fuit propheta,ꝗ euangeliſta. Videtur e-
nim non tam prophetiam texere de futuro,ꝗ hiſtoriam
ſcribere de præterito. Vnde Chriſtus paſſionem pluſquã
per quingentos annos præuidens,eam ſic aperte deſcri-
bit,ac ſi eam præſentialiter conſpexiſſet di. Vulneratus
eſt &c.Vbi primo ponit. ꝙ ipſa paſſio Chriſti fuit val- *Pœna*
de pęnoſa cum dicit.Vulneratus eſt &c Secundo ponit, *Chriſti*
ꝙ fuit valde fructuoſa.cum ſubdit,cuius liuore ſa.ſu.Pę *triplex.*
na autem Chriſti deſcribitur tripliciter, quia fuit vulne *Corpus*
ratus,attritus , & diſciplinatus . Primo fuit uulneratus, *Chriſti*
ut redemptionis noſtræ precium de corpore ſuo emana *tribus*
ret. Corpus enim Chriſti erat tanquam ſaccus plenus, *aſsimila*
theſauro,tanquam alabaſtrũ plenum vnguento, & tã *tur.*

 quam

quam apotheca plena balſamo. Homo enim erat captiuus, uulneratus, & fœtidus, uoluit igitur Chriſtus vulnerari, ut ſaccus ſcinderetur, & theſaurus inde exiret, quo captiuus redimeretur. De iſto theſauro. Nō corruptibilibus au. nec ar. redēpti eſtis, ſed precio. ſan. quaſi agni inconta. & imma. Ieſu Chriſti. De ſacco uero in quo erat iſte theſaurus dicitur. Sacculum pecuniæ ſecum tulit, unde ſaccum plenum miſericordia ſua miſit Deus pater I terram. Saccum inquam in paſſione conſcidit, ut effunderetur, quod in eo latet precium noſtrum. Secundo corpus Chriſti erat tanquam alabaſtrum plenum unguento, & ideo uoluit, ut illud multis uulneribus frangeretur, ut inde unguentum precioſum exiret, quo vulneratus curaretur. Iſta unguenta petebat ſponſa dicens. Trahe me poſt te cur. in odorem unguentorum tuorum. Iſta unguēta ſunt ſuauia, quia delectāt corda, & ſunt ſanatiua, quia curant peccata. Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis & unctione conficiet ſanitatis. Iſtis unguentis ſanatus eſt Samaritanus, vulneratus, uino & oleo impoſito, id eſt ſanguine Chriſti, qui fuit tanq̄ uinum inquantum patrē lætificauit, & fuit tanquam oleum inquantum ad miſericordiam inclinauit. Tertio corpus Chriſti fuit tanquam apotheca plena balſamo, & ideo uoluit, quod iſta apotheca aperiretur, ut inde balſamum efflueret, quo fœtidus ſanaretur. Tunc autem iſta apotheca fuit aperta, quādo vnus militum lancea latus eius aperuit. De odore eiuſdem balſami dicitur. Sicut cinamomum & balſamum aromati. odorem de. &c. Omnia quæ in balſamo ſunt dicuntur eſſe uirtuoſa, ſcilicet cortex, folia, ſemen, & liquor. Sic etiam quicquid fuit in Chriſto uirtuoſum fuit ſcilicet cortex, id eſt corpus. Folia, id eſt uerba. Semē id eſt eius anima in corpore ſeminata. Liquor, id eſt ſanguis precioſus. Secūdo Chriſtus fuit attritus. Sicut enim herbæ teruntur, ut inde fiat emplaſtrum, per quod apoſtema frangatur & ſanetur. Sic corpus Chriſti fuit attritum, ut inde fieret emplaſtrum, quo tumor noſtræ ſuperbiæ frangeretur. Fit autem emplaſtrum de herbis, flori-

*1. Pet. 1.* — *Prou. 7.* — *Can. 1.* — *Eccl. 38.* — *Ecc. 24.* — *In balſamo oia ſunt uirtuoſa.*

bus,



bus, & ſpeciebus aromaticis, aliquo liquore infuſo. In Chriſto autem fuit caro, tanquā herba, iuxta illud. Omnis caro fœnum. Fuit autem tanquam flos, quia fuit ualde pulchra & amena. Ego flos cāpi. Fuit diuinus, tanquā ſpecies aromatica. Fuit ſanguis, tanquam liquor infuſus. Ex iſtis, ergo factum eſt emplaſtrum quod debet frangere tumorem noſtrę ſuperbiæ.

Tertio fuit diſciplinatus, ideo dicitur. Diſciplina pacis noſtrę ſuper eum. Homo Deum oſtenderat, & ideo diſciplinari debebat. Chriſtus autem flagellari uoluit, & deum ſic pacificauit. Olim pax tribus modis initiabatur & firmabatur, ſcilicet percuſſione, quia ad inuicem ſe manibus percutiebant. Signi erectione, quia aliquam columnam, uel pilam lapideam erigebant: De iſtis duobus dicitur Ioſue ult. Percuſſit Ioſue in die illo fœdus. Ecce percuſſio. Deinde ſubditur. Et tulit lapidem pergrādem dicens, & lapis iſte erit uobis in teſtimonium &cæ. Tertio aquæ effuſione. De hoc dicitur. Hauſerunt aquā & effunderunt in conſpectu domini. Per quod uolebant innuere, quod ſicut de aqua nihil remanet cum effunditur, nec ſubſtantia, nec ſapor, nec color. Sic ſi aliquis pacem non ſeruaret, nec de illo, nec de his, quæ ad ipſum ſpectant, aliquid remaneret. Vt ergo Chriſtus firmam pacem cum Deo nobis acquireret, fuit diſciplinatus, percuſſus non tantum in manibus, ſed etiam in pedibus, fuit perforatus, & in toto corpore flagellatus. Fuit etiam, tanquam ſignum eleuatus in crucem. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. Fuit etiam inſuper ſicut aqua effuſus, quia nihil ſibi remanſit, nec ſanguinis, nec anima, nec uita, nec ueſtis, nec familia.

Secundo eius paſſio fuit fructuoſa. Ideo dicitur. Liuore eius ſanati ſumus. Corpus enim Chriſti fuit in morte liuidum & uigrum. Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus. Fuit etiam rubicundus. Quare rubrum eſt indumentum tuū? Iſte liuor, & nigredo, & rubedo, nos omnes ſanauit. Ideo ſignatur per morum.

*Eſa 40.* — *Can. 2.* — *Pax olim ōio initiabatur ſiue firmabatur.* — *1. Reg 7.* — *Exo. 12.* — *Apoc. 6.* — *Eſa. 63.*

Elephan-

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Mac. 6. Elephantis oſtenderunt ſanguinem mori ad acuendum eos ad prælium. Morum autem ſicut dicit Ambro. primo eſt album, poſtea rubeum, poſtea nigrum. Sic Chriſtus fuit albus, id eſt innocens, in tota uita ſua, & conuerſatione. Fuit rubicundus in cruce, per ſanguinis effuſioné. Et fuit liuidus, & niger in morte. Vñ poterat dicere anima Chriſti illud. Nigra ſum per corpus mei liuorem, & de-

Cant. 2. formitatem, ſed formoſa, per corporis mei munditiam & puritatem, ſicut pelles Salomonis, propter rubétis ſanguinis effuſionem. Pelles enim Salomonis erant rubicundi coloris. Per iſtos liuores ſanati ſumus. Homo quidem

*Infirmus ubiq; hõ.* erat infirmus in capite, id eſt in intentione, quæ eſt caput animæ. Quia in his, quæ faciebat nõ ſanã intentioné habebat. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitationes noxias & uanas. Erat infirmus in pedibus, quia habebat affectionem immundam, aut terrenam. Pes enim ſecundum Aug. eſt affectus & amor animæ. Sicut enim corpus vadit pedibus, ſic anima uadit affectibus. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam uitam mundanam, & conuerſationem uanam. Vt igitur Chriſtus ſuis liuoribus, & ſuis vulneribus nos ſanaret, uoluit primo vulnerari in capite, ut ſanaret, noſtras obliquas intentiones. Voluit vulnerari in manibus, vt ſanaret noſtras malas & remiſſas operationes. voluit vulnerari in corde, ut ſanaret nr̃as noxias & uanas cogitationes. Voluit uulnerari in pedibus, ut ſanaret noſtras immundas & terrenas affectiones uoluit vulnerari, & flagellari in toto corpore, ut nos omnes ſanaret.

*Eadem feria quarta, ſextæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo ſecundus. In quo oſtenditur ſanguinem Chriſti pro homine fuſum eſſe, quadruplici ratione.*

Luc. 22. HIc eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro uobis effundetur. Sanguis Chriſti, qui confirmauit nouum teſtamentum, fuſus eſt pro nobis, ut nos redimeret, atq; ſaluaret homo quidem

erat



erat excluſus a cęlo, incluſus in inferno, ſiue in limbo, & recluſus in exilio. Ideo ſanguis Chriſti fuſus eſt, ut hominé ad cœlũ reduceret, de limbo extraheret, & in mũdo ſiue in exilio confortaret Primo igitur homo excluſus erat cœlo, iõ ſanguis Chriſti effuſus eſt, ut ipſum ad cœlũ reduceret. Tria aũt erãt, quæ hoĩem impediebãt, nè *Hominẽ* ad cęlũ rediret. Primũ eſt, quia porta cęli erat clauſa, ꝙ *tria impediebant* ſignatum eſt, per Cherubin, quem dñs ad ianuam paradiſi poſuit, ut ipſam cuſtodiret. Secundum erat, quia flam *ne rediret* ma erat quædam interpoſita, quæ hominem ab ingreſſu *ad cœlũ.* arceret. Vnde ibidẽ dr̃ Et flãmeũ gladiũ &cæ. Per quam *Gen. 3.* flammã ſignificatur reatus, & obligatio ad pœnam æternam, cui homo merito præuaricationis ſuæ erat obligatus. Tertium erat iuſtitia Dei, quia multum erat ſeuera quæ ſignificatur per rumpheam bis acutam, quã Cherubin in manu tenebat. Iuſtitia enim Dei dicebat̃ bis acuta, ſiue quia corpus & animam incidebat. Siue quia de commiſſis & omiſſis rationem quærebat. Ideo ſanguis Chriſti fuit clauis Dei, aqua Dei, & precium Dei. Fuit *Eſa. 22.* clauis, quia ianuam paradiſi aperuit. De illa claui dicitur. Dabo clauem domus Dauit ſuper humerum eius, & aperiet & non erit, qui claudat, claudet, & non erit qui aperiat. Iſta clauis ſecundum glo. fuit crux Chriſti, quã ipſe ſuper humerum ſuum baiulauit, ideo ſanguis Chriſti, clauis eſt paradiſi. Secundo fuit aqua Dei, quia igné vehementem gehennæ extinxit, quia vlterius in bonos *Eccl. 23.* non potuit præualere. Iſta aqua, eſt ſignata in aqua, quæ de latere Chriſti emanauit. De qua poteſt exponi illud. Ignem ardentem, ſcilicet infernalem, extinguit aqua, ſcilicet illa, quæ de latere Chriſti effluxit. Herony. Rumphea illa flammea, & foribus præſidentia Cherubin, Chriſti extincta, & reſerata ſunt ſanguine. Tertio fuit precium Dei, quia diuinæ iuſtitiæ ſatisfecit. Quod non rapui tunc exſoluebã. quaſi dicat Chriſtus. *Pſ. 68.* Adam fecit furtum, & ego ſolui debitum. Vnde cantat Eccleſia in benedictione cærei Paſcalis. Qui pro nobis æterno patri Adę debitum ſoluit. Scd̃o homo erat inclu

ſus

Universidad de Deusto Biblioteca



ſus in inferno ſiue in limbo,& ideo Chriſtus ſanguinem
ſuum fudit,qui portas inferni confregit , & ſanctos pa-
tres inde eduxit.Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui
Zac. 9. eduxiſti uinctos tuos de lacu,in quo non erat aqua. Le-
gitur in hiſtoria ſcholaſtica , in capitulo illo de opera-
riis templi , in fine , quòd Salomon habuit ſtrutionem
habentem pullum,quem pullum Salomon in quadã ca-
Pſal. 21. uea uitrea nutriebat. Cum uero pater pullum ſuum ha-
bere non poſſet,uermem quendam de deſerto portauit,
de cuius ſanguine illam caueam liniuit,& continuo fra-
cta fuit,& ſic pullum illum de cauea extraxit. Iſte uer-
mis eſt Chriſtus,qui dicit.Ego autem ſum uermis & non
homo.Vermis enim non naſcitur per generationem car-
nalem,ſed de humore terræ , uirtute radii ſolaris pro-
ducitur.Et ſic patrem habet in cœlo , ſcilicet ſolem, &
matrem in terra,ſcilicet humorem . Sic etiam Chriſtus
in cœlo habet patrẽ, ſine matre, & in terra matrem ſine
patre.Pulli incluſi in cauea , ſunt patres incluſi in infer-
nali cauea.Sed uenit Ieſus uermiculus & uirtute ſangui-
nis ſui caueam fregit,& inde ſanctos patres eduxit.Con-
Pſ.106. triuit portas æreas,& uectes ferreos confregit . Tertio
homo erat recluſus in exilio ſiue in mundo,&ideo Chri-
ſtus ſanguinem ſuum fudit,ut hominem ibidem confor-
taret.Homo quidem erat mortuus,multis tribulationi-
bus præſſus ad conuertendum ad Deum multum durus
Primo. & à diabolo in ſeruitute detentus.Ideo Chriſtus ſangui-
Luc. 17. nem ſuum fudit . Primo ut hominem uiuificaret . Ani-
Oſeæ.6. ma omnis carnis,in ſanguine eſt . Viuificabit nos poſt
duos dies.In die tertia ſuſcitabit nos.Sumus enim uiuifi-
cati prima die paſſionis ſuæ,& in ſecunda die ſepulturæ.
Sed ſuſcitati ſumus in tertia die reſurrectionis ſuæ.Legi-
tur ꝙ ſerpẽs multũ odit & perſequitur pellicanũ , & cum
pellicanus abeſt intrat nidum,& pullus occidit.Pellica-
nus autem rediẽs,tribus diebus plangit pullos mortuos.
Tertia autem die cum roſtro ſe vulnerat,& de ſanguine
ſuo,ſuos pullos aſpergit,& ſic illi reſuſcitantur.Iſte Pel-
Pſa.101 licanus e.t Chriſtus qui dicit.Similis factus ſum pellica-

no



no &c. Serpens eſt diabolus, qui humanum genus occi-
derat.Sed Chriſtus in quinq; partibus uulnerari uoluit,
& ſic pullos ſuos mortuos.i.homines mortuos pctõ uiui-
ficauit.Secũdo ſanguinẽ ſuum fudit,ut homines tribula-
tos dulcoraret, & ad conſolationem reduceret . Hoc ſi-
gnatum eſt. Vbi dominus p̃cepit Moyſi,ꝙ lignũ in aquas
amaras mitteret,& ſic eas dulcoraret. Grego. Si paſſio
Xp̃i ad memoriã reducitur,nihil eſt quod nõ æquo ani-
mo toleretur.Bern. Videntes anguſtias dñi noſtri , leui- Exo. 15.
us noſtras portabimus. Refert Ariſto. ꝙ ſi fiat uas de ce-
ra noua,& diligẽter claudatur, & in mari ponatur aqua,
quæ per poros intrabit, dulcis efficietur. Iſtud uas cereũ
eſt corpus dominicum. Sicut enim cera generatur ex a- Cera
pibus,ſine corruptione & commixtione,ſic caro Chriſti Chriſtus
fuit generata à uirgine ſine corruptione . Fuit aũt caro aſſimila-
noua,quia nulla peccati uetuſtate uitiata. Fuit ẽt clauſa tur.
claue, quia nulla diabolicæ tentationi fuit aperta,pori
eius ſunt vulnera eius.Si igitur noſtras amaritudines ꝑ
recordationem,& deuotionẽ in vulnera eius miſerimus
mox in dulcedinem cõuertentur.Recogitate eum,qui ta-
lem ſuſtinuit a peccatoribus,aduer. ſemetipſum contra-
dictionẽ,ut nõ fatigemini animis ueſtris deficientes.Ter- Heb. 12.
tio Chriſtus ſanguinem ſuũ fudit, ut corda dura ad pę-
nitentiam frangeret.hoc ſignatum eſt.Vbi dicitur. Ter-
ra mota eſt,petræ ſciſſæ ſunt , monumenta aperta ſunt, Tertia.
& multa corpora ſanctorum, qui dormierãt ſurrexerũt.
Ex quo datur intelligi , ꝙ ad memoriã dñicæ paſſionis
illi qui erãt terra,amãdo.ſ.terrena , debẽt moueri ad a- Mat. 27
mandũ cœleſtia. Illi qui erãt duri ſicut petræ,debẽt frã-
gi per contritionẽ,eorũ monumẽta.i.ora debẽt aperiri ꝑ
confeſſionẽ, & mortui i. mortalia peccata debẽt exire,
& exurgere ꝑ ſatisfactionem. Reperitur quoddã genus
adamantis,quod nõ frangitur ꝑcuſſione , nec ignis adu-
ſtiõe,nec ꝑ aliquã tp̃is inueterationẽ.Frãgit aũt ſangui-
nis infuſione, ſic multi ſunt , qui ad pñiam non frangun-
tur, nec per diuinã comminationem ſiue flagellationẽ,
nec ꝑ ſpiritus ſãcti iternã inſpirationẽ,nec ꝑ ætatis lógã

inue-

Universidad de Deusto Biblioteca



inueterationem. Frãguntur aũt per dominici ſanguinis
Quarto. meditationem, atque virtuté. Quarto fudit ſanguiné ſuũ
ut hoĩes de manu diaboli liberaret. Iſtam liberationem
Decepit fecit prudenter .ſ. diaboli aſtutiam decipiendo. Decepit
Chriſtus euim eũ ſecundum Aug. tanquam murem, quia tetendit
diabolũ crucem tanquam muſcipulam, in qua poſuit ſanguinem
tanquàm tanquam eſcam, vnde dicit Augu. venit redemptor, &
murem. uictus eſt deceptor, & quid fecit redẽptor captiuatori
noſtro, tetendit muſcipulam .i. crucẽ, & poſuit in ea eſcã
i. ſanguinẽ ſuũ, ille aũt effudit ſanguinẽ nõ debitoris, ſed
redẽptoris, propter quod receſſit à debitoribus. Secundũ
aũt Greg. decepit .n. eũ tãquã piſcẽ, quia poſuit exterius
carnẽ & ſanguinẽ, iterius aũt occultauit ferrũ hamũ .i. di
uinitatem. diabolus autem uoluit capere eſcã carnis, &
Iob. 40. captus eſt hamo diuinitatis. Vnde dicitur. An extrahere
poteris leuiatam hamo, & fune ligabis linguã eius. Secũ-
dum uero Remigium decepit eum tanquam auem. Vnde
Iob 40. exponens illud verbum nunquid illudes ei quaſi aui,
dicit. illudes, quia illuſus eſt diabolus in morte Chriſti
quaſi auis, nam Chriſtus ſua carnis mortalitate abſcon-
dit diuinitatem, ut laqueum quo eum uelut auem im-
Exẽplũ. prouidam, prudenti irretiuit muſcipula. Refert Valerius
ꝙ Porenſes & Athenienſes, dum adinuicem decertarẽt,
Codrus Rex Athenienſiũ de euẽtu belli Apollinem re-
quiſiuit. Qui rñdit, ꝙ ſi ſe occidi permitteret, gens ſua ui-
ctoriã obtineret. Cum uero hoſtes illud oraculũ audi-
uiſſent, præceperunt ne aliquis regẽ Athenienſiũ tange-
ret. ipſe ergo ne cognoſceret, ruſticanũ habitũ acciperet,
& ſacramẽta aſſumẽs, in humeris ad hoſtes ꝓceſſit, ibique
quendã militẽ cũ falce ꝓuocans, ab ipſo eſt occiſus, quo
cognito porẽſes memores oraculi, fugerũt, & Athenien-
ſes uictoriã habuerũt. Iſte rex fuit Chriſtus qui ne à dæ-
monibus cognoſceretur, habitũ ſerui accepit, ſarmẽta .i.
crucẽ in qua fuerunt diuerſa ligna in humeris baiulauit,
& ſic mortuus fuit, ſi .n. dæmones ipſum cognouiſſent, nũ-
1. Cor. 2. quam occidi eum procuraſſent. Si enim cogno. nunquã
dominum gloriæ cruci. Per ſuam autem mortem dæ-
mones



mones fuerunt expoliati & uincti. Expolians principa-
tus & poteſtates, traduxit confidentes, palam triumphãs Col. 2.
illos in ſemetipſo.

*In die Cœnæ Domini. Sermo primus. De Præparatione communionis, quot ſcilicet perpendere debet communicari uolens.*

PRobet autem ſeipſum homo, & ſic pane illo edat, &
calice bibat. Si aliquis debet aliquem cibum capere, 1. Co. 11.
oportet quòd uideat, & probet ſi cibus ille ſit ſanus, &
ſtomachus ſit bene diſpoſitus, ſi enim hoc non faceret,
cibus eſſet magis ſibi in nocumẽtum, quàm in proficuũ.
Cibus autem ille cœleſtis non eſt probandus, quia ſem
per eſt bonus, ſed homo eſt probandus ſi bene ſit diſpoſi
tus, ſeu paratus. Vnde non dixit, probet autem homo iſtũ
cibum, ſed probet ſeipſum homo Greg. Sicut cibus cor- *Primo.*
poralis cum uentrem inuenerit diuerſis humoribus oc- *Euchari-*
cupatum, amplius ledit, & magis nocet, nullum præſtat *ſtiam ſu-*
auxilium, ita cibus ſpiritualis, etiam ſi aliquem reperit *mere uo-*
malignitate pollutum, magis eum perdit, non ſui natu- *lens tria*
ra, ſed uitio recipientis. Notandum autem quòd ille qui *probare*
debet hunc cibum ſuſcipere, debet tria probare. Primo *debet.*
ſeipſum quantæ ſit puritatis, & iſta puritatis attenditur
quantum ad manus, quibus miniſtratur, quantum ad os
per quod ſuſcipitur, quantum ad cor, in quo recipitur,
manus quidem debent eſſe mundæ, & innocẽtes. Lauabo Pſ. 25.
inter innocentes ma. me. & cir. altare tuum dñe. ideo ſi-
cut dicit Dyoniſi. ſacerdos acceſſurus ad conſecran-
dum, lauat digitos per quod peccata uenialia deſignan-
tur, ad innuendum quod non tantum magnis, ſed etiam
a paruis peccatis debet eſſe mundus. debet igitur habe-
re manus mundas, id eſt munda opera, qui enim ha-
bet opera immunda, non eſt dignus tangere, nec
recipere illud ſacramentum. Legitur quòd Oza à
Deo percuſſus eſt, eò quòd arcam Dei manibus ſuis
terigit, & aſſignant iudæi rationem, quia in nocte 2. Reg. 6
præ-

Universidad de Deusto Biblioteca



præcedenti,iacuerat cum uxore ſua. Si igitur ille percuſ
ſus eſt qui iacuerat cum uxore,quia percuſſione dignus
eſt,qui iacet cum meretrice,ſi ille etiam percuſſus eſt q
iacuerat cum uxore propria & qui indigne tetigit arcã
domini ligneam,qua percuſſione dignus eſt qui indigne
carnẽ Chriſti recipit ueram?Si ille qui arcã tetigit,ut ar
cam iuuaret,ne pateretur ruinã,qua percuſſione dignus
eſt,qui leuat corpus Chriſti ad proiiciendũ in latrinã.i.
in conſcientiã immũdam?Secundo debet habere os mũ
dũ,per quod ſuſcipitur,& maxime à duobus peccatis,de
1.Cor.11 tractionis,& guloſitatis. Vnde dicitur. Vbi Apoſtolus lo
quitur de hoc ſacramento,conuenientibus nobis in unũ,
ſcilicet ad Eccleſiam audio ſciſſuras eſſe,ecce peccatum
detractionis,& infra. Alius quidẽ eſurit alius aũt ebrius
eſt,ecce peccatũ guloſitatis,primus.ſ.detractor eſt ſicut
Mat.7. canis,ſecũdus.ſ.guloſus eſt ſicut porcus. iõ dicitur. No-
lite ſanctum dare canibus,quantum ad primũ,nec proii
ciatis margaritas ante porcos, quantum ad ſecundum.
Tertio debet habere cor mundum in quo recipitur,quia
Sap. 7. cum iſte cibus ſit ſplendor,& ſpeculum ſine macula, nõ
Can.2. habitat niſi in mente pura. In animas ſanctas ſe trauſ-
fert.Qui paſcitur inter lilia.i. inter pura corda. Auarus
autem proiicit ipſum in terram,quia habet cor terrenũ
amando terrena. luxurioſus proiicit ipſum in lutũ,quia
Secundo. habet cor immunditiis plenum,ſuperbus proiicit ipſum
Euchari ad uentum,quia habet cor uentoſum.i.ambitione & ſu-
ſtiæ ſum perbia repletum.Secundo debet probare,corpus domini
ptionis, cum quantæ ſit maieſtatis. In ipſo enim ſacramento to
utilitas. tus Chriſtus continetur quantum ad corpus,ſanguinem
1.Cor.10 animam,ſpiritum humanum, & deitatem ueram. Acci-
piendo igitur eius corpus uerũ,corpori miſtico unimur,
& bonorum operum participes efficimur. Vnde dicitur.
Panis quem frangimus, nonne participatio corporis do
mini eſt, De hac participatione dicitur. Participem me
Pſ. 118. fac Deus oĩum timẽ.te & cuſto.man.tua. Recipiẽdo eius
Heb. 9. ſanguinẽ ab omni impuritate cõſcientiæ mundamur. Sã
guis Chriſti emũ.cõſci.no.ab operibus mor.ad ſerui.deo
uiuenti.



uiuenti. Recipiendo eius animã ab omni ſeruitute redi-
mimur. Bonus pa.animam ſuam po. pro ouibus ſuis redi Io. 10.
mendis.Filius hominis non ue.mini. ſed miniſtra. & da. Mat.20.
animam ſuam redem.pro mul.Recipiendo eius ſpiritum
ab omni morte corporis & animæ uiuificamur. Spiritus Io. 6.
eſt qui uiuificat,caro autem nõ prodeſt quicquam. Qui Rom.8.
ſuſcitauit Ieſum a mortuis,uiuificabit mortalia corpora
noſtra,per inhabitãtem ſpiritum eius in nobis. Recipien-
do eius deitatẽ,omni dulcedine ſatiamur. Ingredietur, Iob. 10.
ſcilicet ad contemplationẽ deitatis,& egredietur, ſcili-
cet ad uiſionẽ humanitatis,& paſcua inueniet ĩ utroque.
De hac refectione dicitur. Venite ad me omnes q labo. Mat.11.
& one.eſtis & ego refi.uos. Tertio debet probare indigne Tertio.
ſumentis periculum,quantæ ſit pœnalitatis. Incurrit n. Euchari-
pęnam temporalem,& ſpiritualem, & æternalem. De ſtiã indi-
temporali dicitur. Ideò inter uos multi infirmi & imbe- gne ſumẽ
cilles, & dormiunt multi. Dicitur in libro Paſchaſii,qđ tium pœ-
quicunque indigne communicat, niſi miſericordia & næ.
bonitas Dei gladium ſuſpenderet ab angelis, ad hoc po 1.Co.11.
ſitis,perimeretur. Secundo tales incurrunt pęnam ſpi-
ritualem,quia diabolus in eos maiorem poteſtatem acci
pit. Vnde dicitur de Iuda. Poſt bucellam introiuit in eũ Ioan.12.
ſathanas, amplius, ſcilicet quam erat,& tamen illa bu-
cella non erat corpus Chriſti, ſed diabolus in Chriſtũ
introiuit,quia auſus eſt accipere bucellam,de manu do-
mini,quanto magis in illũ intrat,qui indigne audet reci
pere corpus Chri? Aug. Nullus malignus ad corpus Chri
accedat,nullus ſtultus accedat,nullus fucato animo ap-
proximare audeat,ne quod Iudas ſuſtinuit patiatur,nam
in illum poſt communicationem menſæ diabolus introi
uit,non quia ſumpſit Dominicum corpus, ſed quia im-
pudẽtia Iudæ & malignitas mentis, aduerſarium inha-
bitare fecit,ut diſcas ꝙ indigne myſteriorum ſecreta ce-
lebrantibus,diaboli inſidiæ præparantur. Tertio incur-
runt pęnam æternam. Vnde ſuper illud Pauli. Reus erit 1.Co.
corporis & ſanguinis domini. Dicit Amb. Mortis Chri-
ſti pœnas dabit, ac ſi Chriſtum occidiſſet puniretur.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Occiſores* Quatuor enim ſunt occiſores Chriſti, ſcilicet iudæi, in-
*Chriſti* grati, recidiuantes, & corpus Chriſti indigne ſumentes.
*quatuor.* Et illud poteſt oſtēdi, per tale exemplum. Eſt aliquis ho
mo, qui habet quatuor marchas auri. Vna ſibi uiolenter
aufertur. Aliam dat ingrato. Tertiā ponit in mercibus,
quæ ſibi auferuntur. Quartam proiicit in latrinam. Ille
poteſt dicere ſe quatuor marchas amiſiſſe. Iudæi igitur
ſunt illi, qui marchas uiolenter auferunt, quia uitā Chri
ſti cum uiolentia abſtulerunt. Ingrati ſunt ſimiles illis,
qui beneficium non cognoſcunt, quia tales tantum bene
ficium paſſionis, non agnoſcunt, nec aliquod ſeruitium
impediunt. Recidiuantes ſunt ſimiles illis, qui merces
auferunt. Chriſtus enim animas noſtras ſanguine ſuo
redemit, & emit. Et ideò ille qui ad peccatum reuerti-
tur, animam emptam ſibi auferre conatur. Illi uero qui
immunda mente recipiunt corpus Chriſti, ipſi quantum
*Quarto.* eſt in ſeipſis in latrinam proiiciunt. Quarto debet pro-
bare digne recipientium fructum, quantæ ſit utilitatis.
Quæ quidem utilitas attenditur in uita, & in morte. In
uita enim eſt dimiſſum nobis in memoriale paſſionis
Chriſti, & in medicamentum curationis. Habemus igi-
*Paſſionis* tur triplex memoriale paſſionis dominicæ. Vnum eſt in
*Chriſti* uiſu, ſ. paſſio Chriſti depicta. & illud debet affectum no
*memoria-* ſtrum multum mouere. Secundum eſt in auditu, ſ. paſſio
*le triplex* Chriſti audita, uel prædicata, & illud debet nos mouere
magis. Tertium eſt in guſtu, ſcilicet paſſio Chriſti in
hoc ſacramento, tam ueraciter & tam ſingulariter ex-
preſſa, & illud debet nos mouere maxime. Secundo di-
miſſum eſt nobis in medicamentum noſtræ curationis.
Eſt enim medicina efficax, cōtra omnes infirmitates no
ſtras, ſicut patet in illa oratione pro defunctis. Purifi-
cent nos quæſumus domine ſacramenta quæ ſumpſimus
&c. Eſt enim medicina curatiua, quia ſanat omnes mor-
bos uitiorum. Vnde dicitur, ſit ablutio ſcelerum, &c.
Eſt medicina confortatiua, quia roborat & confirmat in
ſanitate recepta, ideò ſubditur ſit fortitudo fragilium.
Eſt medicina præſeruatiua, quæ pſeruat hominē, ne ite-
rum



rum cadat. Vnde ſubditur, ſit contra mundi pericula fir-
mamentum. Eſt medicina melioratiua, quia uiuos &
mortuos ad meliorem ſtatum perducit. Vnde ſubditur,
ſit uiuorum atq; mortuorum fidelium, remiſſio omnium
peccatorum. Secundo autem attenditur hæc utilitas in
morte. Via enim quam anima de corpore decedens, eſt fa
ctura, eſt uia tenebroſa. In calle meo tenebras poſuit. Eſt *Iob.* 19.
uia periculoſa. Vnde. In uia hac qua ambul. abſcon. ſu- *Pſ.* 141.
per. laqueum mihi. Eſt uia longa. Grandis tibi reſtat 3. *Re.* 19.
uia Eſt uia ignota. Pſalm. Viam ciuitatis habita. non in-
ue. Quando igitur corpus Chriſti animabus decedenti-
bus datur, portant ſecum lucem ad tenebroſæ uiæ illu-
minationem. Ego ſum lux mundi. Item. Ambulate dum *Io.* 8.
lucem habetis, ne tene. uos compræ. Habent ſecum pu- *Io.* 12.
gilem ad hoſtiū defenſionē. Pone me iuxta te, & cuius *Iob* 17.
uis manus pugnet contra me. Si ambulauero in me. um. *Pſal.* 22.
mor. non timebo mala, qm̄ tu mecum es. Habent ſecum *Pſ.* 103.
cibū ad confortationem. Panis cor hominis confir. Am- 3. *Re.* 19.
bulauit in forti. ci. il. uſq; ad montem Dei Oreb. Habent *Mich.* 2.
ſecum ductorem ad uiæ directiorem. Aſcendit iter pan. *Pſ.* 106.
ante eos. Deduxit eos ad por. uo. eorum.

*Eadem die ſcilicet in cœna domini. Sermo ſecundus. In quo oſtenditur, quomodo in cœna Chriſtus, amici, ſerui, & Epiſcopi ſumpſit perſonam.*

ET cœna facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor, ut *Io.* 13.
traderet eū Iudas Simonis ſcariothis, ſurrexit a cœ-
na & poſuit ueſtimenta ſua. Quando amici ab inuicem
ſeparantur, conſueuerunt ad inuicem æpulari. Sic etiam
Chriſto ſciens quod debebat ab apoſtolis recedere, pri
mo uoluit cum eis cœnare. Vnde dicit. Deſiderio deſi. *Luc.* 22.
hoc paſ. man. uobiſcū antequā pa. In hac cœna autem
Chriſtus aſſumpſit perſonam amici, perſonam ſerui & *Primo.*
perſonam epiſcopi. Primo quidem aſſumpſit perſonam
amici in hoc, quod tā familiariter, & amicabiliter cum

Universidad de Deusto Biblioteca

eis comedere uoluit. In hac autem cęna comedit Chriſtus agnum paſchalem. Quomodo autem comedi debe-
*Exo. 12.* bat.determinatur. Vbi dicitur. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. Ca-
*Agnus quo comedi debet.* put cum pedibus & inteſtinis uorabitis. Edent aũt carnes nocte illa, aſſas igni, & azimos panes cum lactucis agreſtibus.

Primo igitur non debet comedi ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. Duo hic prohibentur, ſcilicet quod non comedatur crudus, nec coctus aqua.

Tertium præcipitur, ſcilicet quod igne aſſetur. Cruda enim caro nullo igne excocta, non eſt ſapida. Caro uerò lixa, licet cocta, tamen non eſt adeò ſapida. Caro uerò aſſata, & eſt igne cocta & ē ſapida. Illi igitur comedũt crudum, qui habẽt cor crudum, ideſt non excoctum igne amoris. Illi comedũt lixum, qui habent cor lixum, ideſt inſipidum, & nõ ſapidum ſapore deuotionis. Illi comedunt aſſum, qui habent cor excoctum per amorem, & ſapidum per deuotionem. Iſte igitur agnus fuit triplici igne aſſatus. & ideò non debet comedi crudus, nec lixus, ſed aſſatus: Fuit ergo aſſatus igne amoris. De quo igne
*Luc. 12.* dicitur. Ignem ueni mittere in terram. Igne doloris.
*Thren. 1.* Attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Et
*Pſal. 16.* igne paſſionis. Igne me examinaſti & cętera. Secundo debet comedi eius caput cum inteſtinis & pedibus. Ca-
*1. Cor. 11* put iſtius agni eſt eius diuinitas. Caput Chriſti Deus eſt. Pes, eſt caro ipſius, quæ eſt natura infima in ipſo. Inteſtina eius, eſt anima eius. Iſta omnia debemus uorare, ideſt per ueram fidem nobis incorporare. Fuerunt autem quidam hæretici qui dixerũt ipſum non habuiſſe diuinitatem. Iſti non comedebant caput, ideſt ſibi per fidem non incorporabant caput, ideſt diuinitatem. Alii dixerũt ipſum non habuiſſe ueram carnem humanam, ſed fantaſticam de cęlo delatam. Iſti pedes non comedebant, ideſt eius carnem per uiuam fidem ſibi nõ incorporabant. Alii fuerunt qui dixerunt ipſum non habuiſſe

animam



animam rationalem, ſed diuinitatem loco animæ. Iſti inteſtina non uorabant, id eſt eius animam per ueram fidem ſibi non incorporabant. Nos igitur caput cum pedibus & inteſtinis uoremus, id eſt de eius diuinitate, carne & anima fideliter & catholicè ſentiamus. Tertio debet comedi cum lactucis aggreſtibus, id eſt cum amaritudine de peccatis omnibus. Notandum autem quod quidam ſunt qui ſumunt iſtas lactucas integras, quidam contritas, & quidam ſuccum ipſarum. Eſt enim quæ- *Amaritudo tripl.x.*
dam amaritudo ſuperficialis, quædam præcordialis, & quædam mixta cum lachrymis. Sunt enim quidam qui habent de peccatis quendam ſuperficialem dolorem, q̃ attritio dici poteſt. iſti ſumunt iſtas lactucas integras ſeu confectas. Talis attritio peccatorum, non plenè iuſtificat. Percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos *Hiere. 5.*
& renuerunt accipere diſciplinam. Alii ſunt qui omnia *Oſeæ. 14.*
peccata ſua in mortariolo memoriæ ſuæ congerunt, & piſtilio laboris minutatim conterunt. Et talis dolor contritio appellatur. Iſti ſumunt iſtas lactucas contritas. Et talis contritio uulnera peccatorem ſanat. Sanabo contritionem eorum, diligam eos ſpontaneè. Alii ſunt maioris perfectionis, qui, ſcilicet peccata non ſolum ſic conterunt, ſed etiam lachrymas emittunt. Iſti ſumunt agnum cum ſucco lactucarum, id eſt cum abundãtia lachrymarum. Grego. in morali. Carnes cum lactucis agreſtibus ſunt edendæ, ut cum corpus redemptoris noſtri accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat a mentis ſtomacho, peruerſæ humorem uitæ.

Quarto debet comedi cum panibus azimis, i cum panibus non fermentatis. Secundum Greg. pane ſine fermento comedit, qui opera bona ſine corruptione uanæ gloriæ facit. Vel ſecundum eundem. Qui opera ſine admixtione peccati exhibet ne peruerſe diripiat, qđ quaſi recte diſpenſat. Quibus per increpationem dñs dixit, Sacrificate de fermento laudem. De fermento nanque

Universidad de Deusto Biblioteca



laudem immolat, qui Deo ſacrificiū ꝓ rapinā parat. Vel
ille ſine ferméto comedit, qui ſe a mala ſocietate cuſto
1. Cor. 5. dit Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Vel
ille azimum ſine fermento manducat, qui mentis & cor
1. Cor. 5. poris puritatem ſeruat. Epulemur non in fermento, uete
ri, id eſt in ueteri conuerſatione, neque in fermento mali
tiæ, & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis.
Secundo Chriſtus aſſumpſit perſonam ſerui, in eo, ꝙ pe
*Lauit pedes Chriſtus in exemplū & documentum.* des ſeruorum ſuorum lauit. Lauit autem corporales pe
des, & ſpirituales. Corporales autem lauit in exemplum
& documentum. In exemplum quidem humilitatis Vn
de ipſe dixit. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum,
ego feci uobis, ita & uos faciatis. Iſtam autem tātam hu
militatem Petrus horruit dicés. Non lauabis mihi pedes
Io. 13. in æternum. Cui reſpondit Ieſus. Si non lauero te, nō ha
bebis partem mecum. Tunc Petrus timore & amore per
cuſſus, obtulit lauādos pedes, manus, & caput Sed Chri
ſtus eum corripuit dicens & aſſerés, ꝙ non indigeret lo
tione capitis, nec manuum, ſed tātum pedum. Per caput
intelligitur intentio, per manus operatio, per pedes uerò
affectio. Duo autem prima. ſ. operatio & intentio in Pe
tro munda erant, & ideò lotione manuum, uel capitis nō
indigebat. Habebat enim intentionem in omnibus rectā
& operationem mundam. Affectio autem in Petro & in
cæteris ſanctis, ſæpe aliquo puluere terrenæ affectionis
aſpergitur, & ideò indigent, ut lauentur. Aug. Ipſi huma
ni affectus, ſine quibus in hac mortalitate non uiuitur, pe
des ſunt, ubi & humanis rebus afficimur, ut ſi dixerimus,
quoniam peccatū non fecimus, noſmetipſos ſeducimus
& decipimus. Secundo lauit pedes in documentū, ubi do
cuit, & oſtendit, ꝙ prælati debent lauare ſubditos. Tunc
enim pedes lauāt, quādo prælatus uerbo, & exéplo, ſub
*Pedes quare nō lauentur triplex ratio.* ditorum affectus purgat, & mundat. Sępe aūt cōtingit, ꝙ
pedes non lauantur, aut qñ manus eſt inquinata, aut qñ
aqua eſt turbida, & immunda, aut qñ immūditia in pedi
bus eſt inueterata. His tribus de cauſis ſubdit pedes nō
lauantur. Primo quādo manus prælatorum, id eſt opera

corum



corum ſunt immunda. Ab immundo, quid mundabitur? *Eccl. 34.*
Greg. Nazianzenus. Mundari prius oportet, & ſic alios
mūdare. ſapientem fieri prius, & ſic alios facere ſapiētes,
lumen effici, & ita alios illuminare, accedere ad Deū. &
ſic alios ducere ad Deum, ſanctificari, & ſic alios ſanctifi
care, manus habere rectas, & ſic eſſe recti cōſilii, & rectū
dare conſilium Secundo, quādo aqua eſt immūda. Aqua
immunda eſt amor mūdi. de qua dicitur. Quid tibi in uia *Hier. 2.*
Aegypti, ut bibas aquam turbidā? Talis enim aqua non
lauat, ſed inquinat Aug. Quiſquis es, qui es in mūdo, ad
te uenit, qui fecit mundum, ut eripiat te de mundo, ꝙ ſi
adhuc aliqua delectatione te retinet mūdus, ſemper uis
eſſe immundus, ſi tamen aliqua neceſſitate retinet te mū
dus, habitat in te, qui mundat immundos, & eris mūdus.
Tertio quando ipſa macula pedum ex nimia frequenta
tione, efficitur nimis tenax, & inuetarata. Vnde dicitur.
Qui baptizatur a mortuo, id eſt, qui lauatur a mortali *Eccl. 34.*
peccato, & iterum, qui tāgit mortuū, quid proficiet eius
lauatio? Facta sūt eis poſteriora prioribus deteriora. Cō *2. Pet. 2.*
tingit enim eis illud ueri prouerbii. Velut canis reuerſus
ad ſuum uomitum, & ſus lota in uolutabro luti. Secun
do lauit pedes ſpirituales aqua ſui ſanguinis. De qua lo
tione dicitur. Lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas *Apo. 7.*
in sāguine agni. Ex quo igitur ſanguis Chriſti habet de
albare, uidetur, ꝙ habeat uirtutem lactis, & nō ſanguinis
Lac enim ſanguis eſt in uberibus decoctus. Sāguis Chri
ſti excoctus, fuit in corpore ſuo, & in corde noſtro. In
corpore ſuo, igne amoris. Tam uehementer enim in ſuo
corpore ebulliuit, quòd aperto latere ſuo cum impetu
eminanit. In corde noſtro ſunt duo ubera, ſcilicet intel
lectus & affectus. Debet autem excoqui in vbere intelle
ctus per meditationem. Et in ubere affectus per deuo
tionem. Et ſic ſanguis Chriſti eſt excoctus in corpore
ſuo per amorem, in corde noſtro per meditationem. Et
affectus uertitur in albedinē, & animas noſtras dealbat
& mundat. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. *Apo. 5.*
Ad lauandas animas Chriſtus ſe fecit ſpirituale lixiuiū

 in

Universidad de Deusto
Biblioteca



1. Io. 5. in quo pro aqua poſuit ſanguinem præcioſum. Hic eſt,
qui uenit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus. Pro ci
Pſ. 101. nere amaritudinem pœnarum. Cinerem tanquam panē
manducabam. Pro igne calefaciente, amorem immen-
Io. 13. ſum. Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem
dilexit eos. Sed quoniam lixiuium erat nimis fortè, tum
propter nimiam cinerum amaritudinem, tum propter
nimiam ebullitionem. Ideò Chriſtus illud lixiuium du
plici aqua temperauit, ſcilicet aqua lachrymationis, quā
Heb. 5. in cruce effudit. Et aqua regenerationis, quæ de eius la
tere emanauit. Sic ergo ex tali lixiuio ſic facto ex aqua
ſanguinis, ſic commixto ex cinere amaritudinis, ſic cale
facto ex igne amoris, ſic temperato ex aqua lachryma-
tionis & regenerationis, lauat pedes omnium, id eſt af-
fectus omnium animarum. Tertio accepit pſonam Chri
ſti, quando ſcilicet panem & uinum in corpus ſuum tran
ſubſtatiauit, & Apoſtolis poteſtatem conficiendi & tran
ſubſtantiādi dedit. Et iſta eſt maior poteſtas, q̃ unquam
data fuerit alicui. Eſt quædam poteſtas Dei magna, face
re de aliquo aliquid, ſicut quando fecit hominem de ter
ra, & Euam de homine. Eſt alia Dei poteſtas maior, ſci-
licet facere de nihilo aliquid. Sicut qñ dominus de nihi
lo fecit cœlum & terram. Eſt alia poteſtas Dei, maxima
facere, ſcilicet ut ita dicamus, de creatura creatorē. Iſtā
poteſtatem non dedit Angelis, ſed ſacerdotibus ſolis, q
diuina uirtute panem & uinum in corpus & ſanguinem
Chriſti conuertunt. Vde Euſebius, Viſibilis ſacerdos
uiſibiles creaturas, in corpus & ſanguinē Chriſti uerbo
ſuo ſecreta poteſtate cōmutat. Illo ſcilicet uerbo, quod
dicit ſacerdos, ſcilicet. Hoc eſt corpus meum. Non igitur
debet aliquis attendere ad uiſum ſuum, quia uiſus puta
ret ſe uidere colorem panis, & tamen non eſt ibi panis.
Nec ad guſtum ſuum, quia putaret ſe ſentire guſtum pa
nis, & tamen non eſt ibi panis. Nec ad tactum ſuū, q̄ pu
taret ſe tangere ſubſtantiam panis, & tamen non eſt ibi
panis. Nec ad olfatū ſuum, quia putaret ſe ſentire odorē
panis & uini, & tamen non eſt ibi panis, nec uinum. Sed
debet



debet attendere ad auditum ſuum, quia cum audit. Hoc
eſt corpus meum, ita eſt per omnia, ut audiuit. Hoc ſi-
gnatum eſt, in Iſaac, quando benedixit Iacob. Fuit enim Gen. 27.
deceptus ſuus uiſus, quia oculi eius caligauerant, & ip-
ſum non cognouit. Fuit deceptus olfatus ſuus, qui credi
dit ſentire odorem ueſtimentorum Eſau, & erat odor ue
ſtimentorum, quæ induerat Iacob. Fuit deceptus guſtus
eius, quia credebat ſe comedere de uenatione Eſau, & co
medebat de uenatione Iacob. Fuit deceptus tactus eius,
quia putabat ſe tangere manus Eſau, & tangebat ma-
nus Iacob. Sed tamen auditus quo uocem Iacob audi-
uit, non fuit deceptus, immò dixit. Vox quidem Iacob
eſt. Sic etiam in iſto ſacramento, omnes alij ſenſus prę
ter auditum decipiuntur. Et ideò omnes fideles, quan-
do audiunt. Hoc eſt corpus meum, ita eſſe, firmiter,
& ueraciter credere debent.

*In die paraſceues. Sermo primus. In quo Chri-
ſti charitas, ueritas, & pietas, Iu-
dæorumque crudelitas ma-
nifeſtatur.*

SCiens Ieſus, quia omnia conſumata ſunt, ut con Io. 19.
ſumaretur ſcriptura dixit, ſitio. Illi autem ſpon-
giam plenam aceto, Iſopo circumponentes obtu-
lerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum di-
xit, conſumatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiri
tum. Chriſtus in uita ſua Iudæis dederat multa ſaluti-
fera documenta, exhibuerat multa ſanctitatis exem-
pla. Contulerat multa beneficia, atque miracula, ſed
hodie miſeri Iudæi pro documentis dederunt Chriſto
dura uerba. Pro ſanctis exemplis, dederunt ei durio-
ra uerbera. Pro beneficiis dederunt illi duriſſima cru-
cis tormenta. Non reſtabat autem, niſi una pœna, ſcili-
cet ut ipſum felle, & aceto potaret, ſicut in auctoritate
ſupra-

ſupraposita habetur. In qua quidem auctoritate tria ponuntur ex parte Chriſti, & unum ex parte Iudæorũ. Nam ex parte Chriſti primo ponitur eius feruens charitas, cum dicit, ſitio. Secundo conſumata ueritas, cum dicitur, conſumatum eſt. Tertio magna pietas, cum ſubditur. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Quarto ex parte Iudæorum magna crudelitas, in hoc, ꝙ ſibi ad bibendum porrexerunt acetum.

*Quid ſitibat Chriſtus*

Circa primum notandũ, ꝙ in hoc, ꝙ Ieſus dixit ſitio, eius feruens charitas deſignatur. Non enim ſitiebat aquam, ſed ſalutem noſtram. Non ſitiebat uinum, ſed profectum noſtrum. Non ſitiebat aliquem liquorem, ſed noſtrum amorem. Bernar. Sitio ait Chriſtus, non doleo, o dñe, quid ſitis? fidem ueſtram, ſalutem ueſtram, gaudium ueſtrum, plus animarũ ueſtrarum, quàm corporis proprii cruciatus me tenet, & ſi non mei, ſaltem ueſtri miſeremini.

*Charitas Chriſti omnẽ ſuperat amorem.*

Iſta autem Chriſti charitas tam intenſa, oẽs alios amores ſuperat & excellit. ſ. amorem naturalem, matrimonialẽ, ſocialem, & animalem. Amor naturalis eſt, qui eſt inter patrem, & matrem, & filiũ. Et iſtũ amorẽ, amor Chriſti excellit.

*Eſa.49.*

Nulla enim mater filium ſuum in tm̃ dilexit, quantum hodie Chriſtus nos amauit. Nunquid obliuiſci poteſt mater infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui, dicit dñs, ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper. Nunquam fuit aliqua mater, quæ tantũ filium ſuum diligeret, ut nomen ſuum in manibus ſuis pingi, uel ſcribi faceret, ut ſic die ac nocte memoriam eius haberet. Chriſtus autem die ac nocte in manibus ſuis ſcriptos nos portat, ut ſemper memoriã noſtri habeat. Et illa ſcriptura non fuit facta cum calamo uel attramento, uel in pergameno, ſed calami fuerunt acutiſſimi claui. Attramentum eius ſanguis precioſus, ſcriptores iudæi peruerſi, pergamenum caro manuum Chriſti. Secundo excellit amorem matrimonialem, qui eſt inter uirum, & uxorem. Et hoc in duobus. Primo in hoc, quòd ſi uxor fornicatur, ulterius a uiro ſuo non recipitur.

Sed



Sed ſi animæ noſtræ Chriſtum ſponſum deſerunt, & diabolo adultero conſentiunt, Chriſtus eas pœnitentes recipit. Et ideò in cruce manus extenſas tenet. ad innuendam quòd peccatores ad ſe reuerſos protinus amplexatur.

*Hier.3.*

Vulgo dicitur. Si dimiſerit uir uxorem ſuam & recedens ab ea duxerit uirum alterum. nunquid reuertitur ad eum vltra. nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te, dicit dominus. Secundo amor Chriſti excellit matrimonialem in hoc, quòd ſi eſt aliqua uxor quę haberet maculas in corpore uel in facie, & non poſſit ab illis emundari niſi uir uulnerari ſe faceret, & in ſuo ſanguine ſe balnearet uxor, non eſt aliquis uir qui uxorem ſuam intantum diligeret, ut iſta ſuſtinere uellet. Animę autẽ noſtræ quę erant Chriſti ſponſæ, maculis peccatorum erãt plenæ. Et ideò Chriſtus in quinq; partibus ſe uulnerari fecit, & ſãguinem ſuum fudit, in quo ſponſa ſua ſe balneauit, & ab omnibus maculis mundata fuit. Et hoc eſt quod dicitur.

*Eph.5.*

Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro illa, ut eam ſãctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata. Tertio amor Chriſti excellit amorem ſocialem qui eſt inter amicum, & amicum. Nullus homo inueniretur, qui uellet mori pro ſuo inimico, uix autem aliquis inueniretur, qui uellet mori pro amico, ſed pro amico bono, id eſt ſimplici, & fideli, & innocenter decepto, fortè aliquis morti ſe exponeret. Nos igitur non eramus iuſti, neque boni, ſed eramus impii & Dei inimici, & tamen Chriſtus pro nobis mori uoluit.

*Ro.5.*

Et hoc eſt quod dicitur. Cum adhuc infirmi eſſemus, Chriſtus pro impiis mortuus eſt. Vix enim pro iuſto qs moritur. Nam pro bono forſitan quis audeat mori, commendat autem Deus ſuã charitatem in nobis. quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus

tuus

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuus eſt. Poſſet autem dici, ꝙ Chriſtus habebat unū ami
cum. ſ. Deum patrē, & unū ſuū, & patris inimicum. ſ. ge-
nus humanū. Vt igitur Chriſtus inter iſtos pacē faceret,
*1. Tim. 2* ſe mediatorem interpoſuit. Vnus eſt mediator Dei & ho
minum, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemet ipſum in
redēptionem pro oībus. Sæpè enim contingit, ꝙ quando
aliquis inter duos rixantes interponitur, ab utroq; uulne
*Eſa. 5.* ratur. Sic & Chriſtus uulneratus fuit a patre. Propter
ſcelus populi mei percuſſi eū. Vulneratus fuit etiam ab
*Zac. 13.* homine. His placatus ſum in domo eorum, qui dilige-
bant me. Quarto amor Chriſti excedit amorem anima-
lem, qui eſt inter animam & corpus; anima enim intātū
diligit corpus, ꝙ ab eo ſeparari renuit, & omnē corporis
*Io. 10.* laborem fugit & uitat. Anima autem Chriſti intantum
animas noſtras dilexit, ꝙ a corpore ſuo pro noſtra ſalu
te uoluit ſeparari. Animam meā pono pro ouibus meis.
Intantum dilexit, quòd paſſa eſt corpus ſuum cum mul
ta lætitia, in quinque partibus lacerari, ut ſic præcium
noſtræ redemptionis abundanter efflueret. Vnde in ſua
perſona dicit propheta Dauid pſal. 29. Conſcindiſti ſac-
cum meum, & circundediſti me lętitia. Secundo poni-
tur conſumata ueritas cum dicit, conſumatum eſt. Cōſu
mata quidē, & cōpleta fuerunt oīa prædicta. ſ. de ſua nati
uitate, & ſua cōuerſatione, & de ſua paſſione. Hodie quo
que conſumatum fuit corpus ſuū. conſumatus fuit & ſan
guis ſuus. Corpus quidē conſumatū fuit immo conſum
ptum, qa oīa oſſa ſua apparebāt, & dinumerari poterant.
*Pſ. 21.* Dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nec mirum ſi corpus
*Corpus* ſuum ſic fuit conſumatū, quia fuit tribus diſciplinis gra
*Chriſti* uiſſimis flagellatum. Eſt enim quædam diſciplina, quæ
*tribus di* fit cum uirgis, & iſta eſt fortis, quia carnem frangit.
*ſciplinis* Eſt alia, quæ fit cum ſpinis duris & acutis, iſta eſt durior
*flagella-* & fortior, quia uſque ad oſſa perforando pertingit. Eſt
*tū fuit.* alia, quæ fit cum ferreis inſtrumentis, & iſta eſt fortiſſi-
ma, quia animam a corpore excutit. Iſta triplici diſcipli-
na fuit corpus Chriſti flagellatum, & ideò totaliter con-
ſumatum. Primo enim corpus Chriſti fuit flagellatum
uirgis



uirgis ſeu funibus nodoſis, quando Pilatus ipſum ad co
lumnam fecit ligari, & flagellari, & illa talis flagella-
tio totum corpus vulnerauit. Secūdo Chriſtus fuit vul-
neratus cū ſpinis, quādo. ſ. ſpinis duriſſimis & acutis fuit
coronatus. Et illa talis flagellatio ſecundum Berñ. os ca
pitis perforauit, & uſq; ad cerebrum peruenit. Et ſecūdū
Chryſ. Mille pūctis caput eius impletur. Et ſi dicatur ꝙ
nō uidetur poſſibile, ꝙ ſpinæ capitis os tam durum po-
tuerunt perforare. Dicendum ꝙ hoc non fuit factum ſe
cūdū naturam, ſed ſecundum uoluntatē diuinam, nec eſt
contrarium ei quod dicitur. Os non comminuetis ex eo, *Io. 19.*
quia os eius capitis nō fuit cōminutum, licet fuerit per-
foratū. Tertio fuit flagellatus cū inſtrīs ferreis. i. cū cla-
uis acutis: & illa talis flagellatio animam a corpore ex-
cuſſit. Ieſus autem clamās voce magna. ſ. præ nimio do- *Mat. 27.*
lore, emiſit ſpiritum. Secundo eius ſanguis fuit conſuma
tus, quia totus fuit a corpore euacuatus. Omnia enim o-
pera ſua fecit dominus in numero, & pondere, & menſu-
ra. Excepto opere noſtræ redemptionis, ibi enim nō ſer *Sap. 11*
uauit numerum, vt. ſ. vnam uel duas guttas ſanguinis ſui
daret, cum tamē una ſola ſufficeret. Non ſeruauit pon-
dus, ut. ſ. unam libram uel unciam unam effunderet. Non
ſeruauit menſuram, ſed totū dedit, totum fudit. Copio- *Pſ. 129.*
ſa apud eum redem. Berñ. Prorſus copioſa, quia non gut
ta ſanguinis, ſed unda fluminis per quinque partes cor-
poris emanauit. Tertio oſtenditur magna compaſſio, & *Tertio.*
magna pietas in eo ꝙ dicitur, inclinato capite tradi. ſpi-
ritū. Magna quidem pietas, quia iudæi ſpiritum Chriſti
ab eius corpore uiolenter cum multis ſuppliciis expule-
runt. Vim faciebant qui quære. animam meā. Et hoc au- *Pſ. 37.*
tem quod dicitur inclinato capi. tradi. ſpiritum. Quidam *Animæ*
uolūt dicere animam principalem ſedem habere in capi *principa-*
te, ſup hoc tñ inter ſapientes fuerūt quatuor opiniones. *lis ſedes*
Quidā. n. dixerunt animā eſſe in capite, & hoc propter il *quæ ſit.*
lā auctoritatem qua dr̄. Inſpirauit in fa. eius ſpira. ui. Illa *Gen. 1.*
enim inſpiratio nihil aliud fuit q̄ animæ infuſio. Alij di-
xerūt ipſam eſſe ī corde, & hoc propter illā auctoritatē
qua

Universidad de Deusto Biblioteca

*Mat. 15.* qua dicitur. De corde ex. malæ cogi. Cum enim cogita-
tiones exeunt ab anima, ſi cogitationes exeunt a cor-
de, ergo anima eſt in corde. Vnde Hiero. in epiſtola ad
Fabiolam. Quæris ubi principale ſit animæ. Plato in
cerebro, Chriſtus monſtrat in corde. Alii dixerunt ip-
ſam eſſe in ſanguine, & hoc propter illud quod dicitur.
*Leu. 17.* Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Alii dixerunt ip-
ſam eſſe in toto corpore, & in qualibet parte totam, &
*2. Re. 1.* hoc propter illud. Adhuc tota anima mea eſt in me-
metipſo, non enim dixit, eſt in capite meo, uel in corde
uel in ſanguine meo, ſed in memetipſo, ideſt in corpo-
re meo. Iudæi igitur uolentes animam Chriſti cru-
ciare, uidentur iſtas quatuor opiniones ſaltem ipſo fa-
*Animæ* cto ſciuiſſe. Primo ipſam animam cruciauerunt in ca-
*Chriſti* pite, quia fuit ſpinis coronatum. Anſel. Coronatus in-
*crucia-* cedebat, ſed ipſa ſua corona cruciatus eſt, quia mille
*tus.* puncturis eius ſpecioſiſſimã uerticem vulnerauerũt. Se-
cundo cruciauerunt ipſam in corde, ſcilicet quando fuit
iuxta cor in latere vulneratus, ut ſi ibi fortè anima re-
manſiſſet, cruciatum ſentiret, uerum cum triplex ſit a-
mor ſcilicet ſermonis, cordis, & operis. Chriſtus oſtende
rat nobis ſermonis amorem in ſapienti prædicatione,
amorem operis in miraculorum exhibitione, quid reſta-
bat niſi oſtendere amorem cordis, quem oſtendit in la-
teris apertione? Bernar. Clauus penetrans, clauus reſe-
rans factus eſt mihi, quid uideam per foramen, clamat
clauus, clamat uulnus, quòd Deus uerus eſt, Chriſto
mundum ſibi reconcilians. Tertio cruciauerunt eius a-
nimam in ſanguine, ſcilicet, quando clauis acutis eius
uenas aperuerũt, & totum ſanguinem cum doloribus ex-
traxerũt., ita quòd corpus eius remanſit in cruce totum
*Pſ. 21.* aridum ſicut lignum. Aruit tanquàm teſta uirtus mea.
Iterum oſſa mea ſicut cremium aruerũt, & aſſimilat cor-
pus ſuum Chriſtus cremio & teſte, nam teſta quæ prius
erat humida, poſtmodum ab igne fit arida. Similiter
cremium eſt lardum aduſtum, a quo omnis pinguedo ſe
ceſſit, ſic corpus Chriſti in cruce fuit ſicut teſta, quia ab
omni-



omnibus ſuis humoribus fuit exſiccatum, & fuit ſicut
cremium, quia toto ſanguine ſuo fuit euacuatum. Quar
to afflixerunt animam in toto corpore, quia a planta pe-
dis uſque ad uerticem, non fuit in eo ſanitas. Cruciatus
fuit in toto corpore, ſcilicet in parte ſuprema, media, &
infima, nam in parte ſuprema fuit ſpinis coronatus, in me
dia fuit ad columnam ligatus & flagellatus, in infima
fuit pedibus perforatus, & cruci affixus, ubi magnum do
lorẽ ſenſit, & quia locus erat neruoſus, & quia unus pes
ſuper alium poſitus, & quia groſſis clauis perforatus, &
quia innitebatur clauatis pedibus totum corpus. Quarto *Quarto.*
ponitur ex parte iudæorum magna peruerſitas, quia os
Chriſti aceto potauerunt. Duæ magnæ ruſticitates ori
Chriſti hodie factæ fuerunt. Vna eſt quando acetum ſi-
bi dederunt bibere. Secunda quando Iudas ore ſuo tur
piſſimo os Chriſti ſanctiſſimum oſculari præſumpſit, ſic
hodie duas ruſticitates multi faciunt ori Chriſti. Qui-
dam enim adhuc dant ſibi acetum, id eſt opera praua.
Exacerbauit dominum peccator. Cum enim Chriſti ori
deberent dare uinum ſuaue, id eſt opera bona Deoque *Pſ. 9.*
placita dant ſibi acetum, id eſt opera mala & acerba. Ex *Eſa. 5.*
pectaui ut faceret uuas, & fecit labruſcas. Secundo
ſunt adhuc quidam qui cum Iuda os Chriſti oſculantur.
Quatuor enim perſonæ Chriſtum oſculatæ fuerũt, nam *Oſculatæ*
ipſum oſculata fuit mater eius, quando eum infantem *ſunt Chri*
in ſuis brachiis baiulabat, ſępe ipſum oſculabatur, & hoc *ſtum qua*
in ſignũ amoris. Oſculatus eſt eum etiam Simeon qñ. ſ. *tuor per-*
in ulnas ſuas eum accepit, & iſtud oſculum fuit ſignum *ſonæ.*
reuerentiæ & honoris, ſicut qñ quis manus uel pedes epi
oſculatur. Oſculata fuit eum Maria Magdalena, & hoc
in ſignum recõciliationis, ſicut quando inimici ad pacẽ
ueniunt, ſe mutuo oſculatur. Oſculatus fuit eum Iu-
das, & hoc in ſignũ proditionis, ſicut & Ioab oſculatus
eſt Amaſan. Quicunque igitur hodie oſculatur Chri- *2 Re. 20.*
ſtum, uideat qualiter oſculetur. Ille enim qui nullũ ha-
bet odium & rancorem, ſed ad Deum & proximum ſin-
cerum amorem, oſculatur cum Maria. Ille qui ad Chriſti
paſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca



paſſionem multa reuerētia, & deuotione, & lachrimarũ
effuſiones afficitur. oſculatur cũ Simeone, ille qui prius
erat Deo inimicus, ſed in iſta quadrageſima eſt ſibi recõ
ciliatus. Oſculatur cum Magdalena ille qui hodie cruci
fixum oſculatur, & in paſcha in menſa altaris cũ Chri-
ſto epulatur, & poſt Paſcha ad peccata reuertitur, oſcu-
latur cũ Iuda proditore, magna enim proditio eſt hodie
Chriſto oſculum dare, & in paſchate, & in menſa Chri-
ſti comedere, & poſtea de domo cordis ſui Chriſtũ ex-
*Pſ. 54.* pellere, & inimicum Chriſti capitalem. i. dæmonẽ in cor
ſuum introducere. Talibus Chriſtus poteſt dicere. Tu
uerò homo unanimis dux meus & notus meus, qui ſi-
mul mecũ dulces capiebas cibos, in domo Dei ambu. cũ
conſen. Et ſequitur in eodem Pſal. Veniat mors ſuper il
los & deſcendent in infernum uiuentes.

*Eadem die ſcilicet paraſceues. Sermo ſecundus. De decem miſterÿs, quæ in paraſceue fiunt, & quid unumquodque ſignificat.*

*Exo. 25.* INſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi in mon
te monſtratum eſt. Chriſtus eſt tanq̃ liber exẽplaris
ad cuius exemplũ totã uitam noſtrã debemus dedu
cere, & ipſam corrigere. Eccleſia quoq; officia ſua & ob-
ſeruantias ſuas ab iſto libro extraxit, maximè aũt in hac
die eccleſia ĩ officio multa miſteria facit, q̃ ab illo libro
extraxit, & ideò ſupradictũ uerbũ pôt eẽ uerbũ Dei prĩs
eccleſiã alloquẽtis, & dicẽtis. Inſpice & fac ſecũdũ exem
plar qđ tibi in mõte mõſtratũ eſt. Videamus igitur quæ
ſunt iſta miſteria quæ eccleſia hodie facit & quæ ab iſto
*Primum.* libro extraxit. Primũ eſt quia altaria ſunt denudata, alta
*Veſtimen* re quidẽ eſt Chriſtus q hodie fuit ſuis ueſtibus denuda-
*torũ tria* tus. Habebat enim Chriſtus tria genera ueſtimentorũ.
*genera* Primo habebat ueſtes materiales quas ferebat ſicut cæte
*Chriſtus* ri hoĩes. iſtis fuit denudatus. Vnde diuiſerũt ſibi ueſtimẽ
*habebat* ta mea. Habebat enim ueſtimentum. ſ corpus proprium
*Pſal. 21.* quod eſt animę ueſtimentum, iſto ueſtimento hodie ani
ma



ma Chriſti fuit ſpoliata, & ſuo corpore denudata. Et in- *Io. 19.*
clinato capite tradi. ſpiritum. Habebat etiam ueſtes ſpi-
rituales, id eſt ſuos Apoſtolos, qui Chriſtum ueſtiebãt &
ornabant. Viuo ego dicit dominus, quia his omnibus *Eſa. 49*
uelut ornamento ueſtieris. Iſtis ueſtibus fuit Chriſtus de
nudatus, quia fuit ab omnibus apoſtolis derelictus. Ec- *Io. 16.*
ce uenit hora, & iam uenit ut diſpergamini unuſquiſque *Secundũ*
in propria, & me ſolum relinquatis. Secundum eſt, *Mors xp̃i*
quia eccleſia tribus diebus mortem Chriſti plangit, te- *quare tri*
nebras facit, ad innuendum quod ſol tribus horis tene- *bus dieb.*
bris ſe induit, & mortem Chriſti deplanxit. Vel ad in- *ab Eccle*
nuendum quod triplex creatura mortem Chriſti defle- *ſia plan-*
uit, ſcilicet pure corporalis, ſicut terra quæ contremuit, *gitur.*
& ſol qui obſcuratus eſt. Pure ſpũalis, ſicut angeli. An- *Eſa. 33.*
geli pacis amare flebunt. Et compoſita, ſicut homo, uide
licet apoſtoli, & ſanctę mulieres. Vel tribus diebus om-
nis eccleſia plangit, ex eo quod tribus diebus, & duabus
noctibus Chriſtus mortuus iacuit. Tertium eſt quod
campanæ non pulſantur, ex eo quod omnes campanæ *Tertiũ.*
hodie ſiluerunt. Chriſtus enim habebat 12. cãpanas. i. *Campana*
12. apoſtolos. Quarum una penitus fracta fuit, ſcilicet *xp̃i duo-*
Iudas. Et remanſerunt undecim. Inter quas erat una *decim.*
cæteris groſſior, ſcilicet. Petrus, qui ſemel tam alte
ſonuit, quod eius ſonus ſuper angelos aſcendit, quando
dixit. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Iſta campana ho- *Mat. 16.*
die ſonum perdidit, quando Chriſtum negauit. Simili-
ter & cæteri apoſtoli ſonum perdiderunt, quando Chri-
ſtum reliquerunt. Alia campana fuit Chriſtus, quæ in
hac uita non ceſſauit ſonare, id eſt prædicare. Tandem
eleuata eſt in campanili Crucis, & ibi dedit ſonum piæ
conquæſtionis in auribus patris cum dixit. Deus meus
Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Dedit ſonum amo *Matt. 26*
ris in auribus matris cum dixit. Mulier ecce filius tuus.
Dedit ſonum magni doloris in auribus humani gene- *Ioan. 17.*
ris cum dixit. O uos omnes qui tranſitis per uiam atten *Thre. 1.*
dite, & uidete ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Tan-
tum ſonuit iſta campana, quod rauca facta fuit.

*Pſal.69* Laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ. Tandem iſta campana fuit fracta, & in quinq; partes perforata, & tunc omnio ſiluit, & ſonum dimiſit. Alia campana fuit Virgo beata, quę tã dulciter ſonuit, quod filius Dei ad eius ſonum uenit, quando ipſa dixit. Ecce ancilla domini, fiat mihi. Tam dulciter ſonuit, quod Ioannes Baptiſta ad eius ſonum in utero matris tripudiauit. Iſta campana hodie ferro doloris perforata fuit, & ideò ſonum perdidit. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. *Luc.2.* Alia campana fuit uniuerſitas creaturarum, quæ dat triplicem ſonum. Quia prædicat Dei potentiam, ex ſua magnitudine. Dei ſapientiam ex ſuo ordine. Dei bonitatem ex ſua bonitate. Iſta campana hodie intantum ſiluit, quod ex toto confuſa fuit. Bernard. Ad hoc peccatum expauit tota machina mundialis, & ferè in antiquum chaos redacta ſunt uniuerſa. Vnde etiam philoſophi uidentes eclypſim ſolis contra naturam fieri, dixerunt. Aut ordo naturæ peruertitur, aut elementa ſibi compatiuntur. Quartum eſt quia tabulæ hodie percutiuntur. Iſta autem percuſſio tabulæ, repræſentat clamorem crucis, quæ clamat iudæorum malitiam, & Chriſti innocentiam. Secundo repræſentat clamorem ſanguinis, qui clamat, pro nobis, & contra nos. Nam pro nobis clamat, petens a patre miſericordiam. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem, melius loquentem, quam Abel. Clamat autem contra homines terrenos. Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi, clamor meus. Latet enim ſanguis Chriſti in eorum memoria, quia non habent de eo recordationem. In eorum intelligentia, quia nullam habent meditationem. In eorum uoluntate, quia nullam habent deuotionem. Tertio ſonus tabulæ repræſentat ſonum qui fuit in inferno, ſiquidem Chriſtum clauſtra infernalia confringebat. Qui contriuit portas ęreas, & uectes ferreos confregit. Angeli ualenter clamabant. Tollite portas principes ueſtras &c. Sancti patres iubilabant. Damnati qui ibi reliquebantur flebant. Demones ululabant.

*Quartũ Tabularum per cuſſio in paraſceue quinq; ſignificat.* *Heb. 12.* *Iob. 16.* *Pſ. 106.*



bant. Et ſic commixtus erat ſonus flentium, & ſonus gaudentium. Non poterat cognoſcere quiſquam uocem clamoris lætantium, & uocem fletus populi. *1 Eſd.3.*

Quarto ſonus tabulę repræſentat ſtrepitum armorũ, quæ fecerunt iudæi in captione Chriſti. Exierunt enim ad ipſum capiendum, cum armis, fuſtibus, & lanternis, & gladiis. Quinto ſonus tabulæ fit ad excitandum triſtitiam & mœrorem. Hodie quidem eccleſia omnes ſonos letitiæ tacet, & facit triſtitiæ ſonos. Nam tacet ſonũ campanæ, & facit ſonum tabulæ. Tacet lectiones, & facit lamentationes. Tacet cantus letitiæ, & dicit cantum mœroris & triſtitiæ.

Quintum eſt quia paſſiones aliorum ſanctorum celebramus cum gaudio, paſſionem autem Chriſti agimus cum lamento. Cuius ratio eſt, quia alii ſancti paſſi ſunt propter ſe, ut ſcilicet per ſuam paſſionem acquirant gloriam cœleſtẽ. Et ideò in ſua paſſione ex eo gaudemus, quod ad æternam beatitudinem peruenerunt. Chriſtus autem non eſt paſſus propter ſe, ut ſcilicet gloriam acquireret, quam habebat, ſed propter peccata noſtra delẽda. Alia ratio eſt, quia fleuit dodie ſol, quando obſcuratus eſt. Fleuit terra, quando contremuit. Fleuerunt ſanctæ mulieres. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, *Luc.23.* Fleuerunt Apoſtoli. Vnde cantatur. Triſtes erant apoſtoli, de nece ſui domini. Fleuit Petrus. Egreſſus foras fleuit *Mat.26.* amare. Fleuit beata Virgo, doloris gladio perforata. Fleuit Chriſtus. *Mat.26.* Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Fleuerunt Angeli. *Eſa.33.* Angeli pacis amare flebunt Fleſſet ſi poſſibile fuiſſet Deus pater, uidẽs filium ſuum tam ignominioſe tractari. Ergo inter tot flentes nullus debet gaudere.

*Quintũ. Paſſionẽ Chriſti quare cũ lamẽto celebramus*

Sextum, quia miſſa hodierna non habet principiũ, nec finem, quia introitus non dicitur, nec cum benedicamus domino finitur, ad innuẽdum quod qui eſt principium, & finis, a nobis receſſit. Et etiam ille qui eſt in tribulatione non indiget benedictione, sed compaſſione, & ideò non dicitur Benedicamus domino. Non habet *Sextum.*



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam iſta miſſa medium, quia ſacra hoſtia non conſecra tur, ex eo quod uera hoſtia, id eſt Chriſtus eſt hodie oblata. Septimum eſt, quia circa crucem ter genua flectimus, ut illum honoremus, qui ter fuit pro nobis illuſus, ſcilicet, ab Herode, qui ueſte alba induit eum. A militibus, qui ipſum ſpinis coronauerunt. Et a iudæis qui ſibi in cruce exiſtenti inſultauerunt. Facimus etiã ipſum officium in lingua græca, & latina, quia iſtæ duæ linguę ipſum confitentur, & adorant. Lingua uerò hebraica ibi ſilet, quia iudæi ipſum non confitentur,

*Octauũ.* Octauum eſt quia ante crucem totaliter nos proſternimus, & poſtea oſculamus. Ipſe enim propter nos ſe pro

*Phil. 2.* ſtrauit uſque ad terræ ſuſceptionem. Semet ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Vſque ad terræ habitatio

*Baruc. 3.* nem. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hoĩbus conuerſatus eſt. Vſque ad terram per mortis deiectionem. For

*Hier. 46.* tis impegit in fortem, & ambo pariter corruerunt. Vſque ad terræ penetrationem. Penetrabo inferiores partes terrę, & inſpiciam omnes dormiẽtes, & illuminabo omnes ſperantes in domino.

*Ecc. 24.* Bonum eſt, quia hodie eccleſia pro omnibus orat.

*Nonum. Eccleſia quare pro omnibus orat ĩ paraſ.* Cuius ratio eſt, quia hodie Chriſtus fuit ualde pius in parcendo, quãdo dixit. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Fuit ualde liberalis in largiendo, quia ad modicam petitionem dedit latroni cœlum. Fuit ualde largus in donando, quia non guttam ſed totum ſanguinem pro noſtra redemptione dedit. Pſalmus. 129. Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Ideò eccleſia ad ſimilitudinem Chriſti eſt hodie multum liberalis in orando, & multum pia in parcen

*Decimũ. Eccleſia quare uiſitẽtur in paraſ.* do. Decimum eſt, quia hodie fideles eccleſias omnes & altaria ſanctorum uiſitare conſueuerunt. Cuius ratio triplex eſt. Prima eſt, quia illa talis uiſitatio repræſentat uiſitationem apoſtolorum, & ſanctarum mulierum, quia crebro ſepulchrum domini uiſitabant. Secunda, q̄a Chriſtus hodie omnes ſanctos qui fuerũt a principio mundi uſq; tũc pœnitẽtialiter uiſitauit, dum ad limbũ deſcen-



dit. Viſitauit nos oriens ex alto. Tertia ratio eſt, *Luc. 1.* quia ſancti debẽt hodie eſſe liberales, quia hodie de carcere fuerũt liberati. Si quis enim de carcere liberaretur, & ad imperium ſublimaretur, illum diem multum diligeret, & in illa die multũ liberalis eſſet. Meritò igitur fideles ſanctos hodie uiſitant, ut ab ipſis de carcere liberatis, & in imperiũ cœleſte ſublimatis bñficia obtinere ualeãt.

### *Sabbato Paſchæ. Sermo primus. De Chriſti ſepulchro, & quomodo nos cum eo ſepeliri debemus.*

VEnit Maria Magdalena, & altera Maria uidere *Mat. ult.* ſepulchrũ. Magna dignitas eſt ſeptimi diei, eo q̄ ſabbatum appellatur, quia in eo tota trinitas requieuit. Nam pater in opere creationis, quod fuit opus infinitæ potentiæ, & attribuitur patri, requieuit ab omni opere quod patrarat. Filius in opere recreationis, quod eſt opus ſapientiæ, & attribuitur filio, requieuit in monumento inuolutus ſyndone. Spiritus Sanctus requieuit hodie in uirgine, quia cæteri Apoſtoli, & mulieres a gratia Spiritus Sancti ceciderunt. In uirgine autem ipſa gratia & fides firma permanſit. Quia igitur hodie Chriſtus in ſepulchro requieuit, ideò ſanctæ mulieres frequenter ipſum uiſitabant, modo ut corpus eius inungerent, modo ut ipſum mortuum deflerent, modo ut ipſum ſublatum inquirerent. Ideò dicitur in auctoritate præmiſſa. Venit Maria Magdalena &c. Circa igitur ſepulchrum domini, tria ſunt notanda.

Primo quale fuit eius ſepulchrum. Secundo qualis fuit eius ſepultura. Tertio qualiter nos cum eo ſepeliri debemus. Circa primum notandũ, quòd ſepulchrum *Sepulchrũ xp̄i triplici de cauſa fuit nouũ* Chriſti fuit nouum. Et hoc fuit triplici de cauſa. Primo ne crederetur, q̄ non ipſe, ſed alius ſurrexiſſet. Iſtam rationem tangit Ambr. in lib. de uirginibus dicens. Beatus Matthæus monumentum nouum dixit, ne monumento ueteri, alius ſurrexiſſe crederetur.

Secundo propter reuerẽtiam Chriſti. Iſtam rationem *Mat. 27.*

Universidad de Deusto Biblioteca

aſſignat Augu. dicens, Sicut in utero Mariæ nemo ante
eum,& nemo poſt eum fuit, ita etiam in iſto monumen
to nullus ante eũ,nullus poſt eum fuit. Tertio ad ſigni-
ficandum quod qui Chriſti corpus uult recipere, debet
habere nouitatem in corde. Corpus quidẽ noſtrum mo-
do eſt nouum in iuuentute,modo uetuſtum in ſenectute,
modo putridum in morte. Spiritus aũt non debet taliter
uariari,ſed debet ſemper in melius renouari. Sunt tamẽ
quidẽ quorũ ſpiritus eſt uetuſtus, per peccati malitiam.
Vnde monet apoſtolus. Expurgate uetus fermentum, ut
*1. Cor. 5.* ſitis &c. Alii ſunt quorum ſpiritus eſt putridus per con-
ſuetudinem longam. Computruerunt iumenta ſua in
*Ioel 2.* ſtercore ſuo. Ali ſunt quorum ſpiritus eſt nouus ſemper
per puritatem cordis & munditiam. Vnde dicit apoſto-
*2. Cor. 2.* lus. Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur,
tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem, talis qui
*1. Cor. 5.* habet iſtam nouitatem, dignus eſt recipere corpus do-
*Sepul-* mini. Epulemur in azimis ſinceritatis & ueritatis. Secun
*chrũ Xp̃i* do ſepulchrum Chriſti non fuit ſuum proprium, ſed alie
*quare a-* num.& hoc tribus de cauſis. Primo ad oſtendendum qđ
*lienũ fue* non debebat detineri a morte, iſtam rationẽ tangit Am-
*rit.* bro. in li. de uirginibus di Bene ſecundum literam alie-
num fuit monumentum Chriſti, habeant tumulum qui
ſub lege ſunt mortis, uictor mortis non habuit tumu-
lum, non enim ille ſepulchrum mortis deſiderabat, qui
de morte triumphum quærebat. Idem in li. ſermonum.
Vt quid illi ſepulchrum, qui triduo temporis ſpatio, non
tam in ſepulchro mortuus iacuit, quã uelut in lecto dor
miens quieuit. ipſa enim temporis breuitas, declarat po-
tius ſomnum fuiſſe, quam mortem. Secundo ad oſtenden
dum quod non pro ſua, ſed pro aliena ſalute morieba-
tur. Amb. Iam in aliena ſepultura dominus iacuit, quia
pro aliena moriebatur ſalute, ut quid illi propria ſepul-
tura, qui in ſe propriam mortem nõ habebat. Tertio ad
oſtendẽdum ſuam paupertatem. ſicut enim in aliena do-
mo uoluit naſci,& in aliena domo conuerſari, ſic in alie-
*Mat. 8.* no monumento uoluit ſepeliri. Vulpes foueas habent,





& uolucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet,
ubi caput ſuum reclinet, ac ſi dicat. Nec in morte mea ha
bui ſepulturam, nec in uita mea habui nidũ, ideſt domũ
in qua poſſem cõmorari, nec in natiuitate habui lectum,
ĩ quo a matre mea potuerim reclinari. Tertio monumẽ *Quare*
tum fuit grãdi lapide, ſiue ſaxo clauſum, cuius triplex eſt *fuit clau*
ratio, quorum duæ principaliter ſunt literales. tertia eſt *ſum lapi*
myſtica. Prima eſt, ne ipſe locus beſtiis eſſet aptus. Secun *de ma-*
dam rationem tangit glo di. aduoluit ſaxũ magnum ad *gno.*
hoſtium monumenti, ut non poſſet aperiri ſepulchrum, ſi
ne auxilio multorum. Tertia ratio eſt myſtica, per hoc
enim inſinuatur, ꝙ illi, qui corpus Chriſti debẽt ſuſcipe
re, debent eſſe clauſi, ne peccatum in eorum corda poſſit
intrare. Sunt autem quatuor ſaxa, quæ ad cor debent ad
uolui ne peccatũ poſſit intrare, ut dicit Ber. ſcilicet pu-
dor, timor, dolor, & amor. Multi enim ſunt, qui propter
pudorem hominum, dimittunt peccare. Alii ſunt, qui
ceſſant a peccatis, propter immenſitatem doloris, quam
habent de ipſis peccatis. Alii ſunt qui uitant peccare, ꝓ
pter timorem pœnæ æternę, ne ipſam incurrãt. Alii pro
pter amorem gloriæ ne ipſam perdant. Iſti ſunt quatuor
ſaxa ingentia, quæ debẽt monumentum cordis claude-
re, ne illud aliqua peccata poſſint intrare. Dicit tamen
idem Bern. quòd duo prima, ſcilicet pudor, & dolor non
ſunt fortia multum ad reſiſtendum, quia ſæpè pudor, ſo
latiũ capit de peccantium multitudine, dolor de aliqua
huius mũdi conſolatione, ualidiſſimum autem ad reſiſtẽ
dũ peccatis, amor Dei eſt uiris perfectis, imperfectis ue-
rò timor ſupplicii. Quarto monumentum Chriſti fuit
monumentũ iuſti, ideſt ipſius Ioſeph, qui erat uir iuſtus,
& bonus. Voluit autem Chriſtus ſepeliri, non in monu- *Luc. 23.*
mento Pilati, ſed iuſti. Primo ad oſtendendum, quòd
Chriſtus non requieſcit, niſi in corde iuſti. Vnde Ambr.
ſuper Lu. Bene Chriſtus in monumento iuſti uoluit ſepe
liri, ut habeat filius hominis, ubi caput ſuum reclinet.
Chriſtus enim nõ quieſcit in animo auari, cum ſit ſpino
ſus, ſed nec in animo luxurioſi, cũ ſit lutoſus, nec in ani-

mo ſuperbi,cum ſit uentoſus,ſed in animo iuſti, cum ſit
Can. 1. floridus,iuxta illud.Lectulus noſter floridus. Secundo
ad innuẽdũ,ꝙ nõ debeat amplius pro peccatoribus im-
molari,natus.n.fuit inter duo aĩalia, qa hoĩes beſtiales
facturus erat ſpirituales. Vixit inter peccatores,ut eos
iuſtificaret,mortuus eſt inter latrones, ut unũ lucriface-
ret, ſed hodie requieuit in monumento iuſti,non enim
uoluit amplius peccatorum conſortia, quia pro peccatis
Rom. 6. amplius moriturus non erat. Chriſtus reſurgens ex mor
tuis,iam non moritur,mors illi ultra non dominabitur.
Tertio ad innuendum, ꝙ licet in hac uita ſint mixti bo-
ni,& mali,poſt mortem tamen per ſe erunt boni,ſcilicet
in cœlo,& per ſe erunt mali,ſcilicet in inferno, & per ſe
erunt mediocriter boni,& mediocriter mali,ſcilicet pue
ri,qui erunt in limbo. Secundo uidendum eſt qualiter
Chriſtus fuit tumulatus,nam ipſe fuit ſindone inuolutus.
Luc. 23. Fuit unguento confecto ex myrrha.& aloes inunctus,ut
a putredine ſeruaretur. Fuit lintheis cum aromatibus li
Io. 19. gatus,ut habetur ibidem.Per iſta autem ſignificantur il
*Recipere* la,quæ debent habere illi, qui corpus Chriſti uolunt re-
*uolentes* cipere.Corpus enim Chriſti dicimus eſſe,tanquam can-
*Chriſti* dorem æternum. Candor eſt enim lucis æternæ, tanquã
*corpus, q̃* panem Angelicum. Panem Angelorum manducauit ho
*habere de-* mo,tanquam carbonem diuinum. Ioan.Damaſcenus.Di
*beant.* uinum carbonem aſſumamus,ut ignis eius, quod eſt in
Sap. 7. nobis ſancti deſiderii aſſumentes, eam quæ ex carbone
Pſal. 77. agnitionis inflammet noſtra pectora,& illuminet corda
noſtra,eſt enim tanquam cœleſte electuarium, quod cõ
fecit cœleſtis unguentarius, faciens pigmenta ſanitatis.
Inquantum igitur Corpus eſt candor æternus, requirit
magnam mentis puritatem, & hoc ſignatur per ſyndonẽ
mundã.Vnde dicit ibi glo. ſyndone munda inuoluit Ie-
ſum,qui pura mente eum ſuſcipit. Inquantum eſt panis
Angelicus, debet recipi cum deuota oratione,hoc ſigni
Apo. 8. ficatur per aromata. Aſcendit fumus aromatum.ideſt in
cenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli
coram Deo. Inquantum eſt carbo diuinus, debet recipi

cum



cum mente ab omni humore uitiorum deſiccata,ſicut.n.
ignis non inflãmat ligna humida,ſed deſiccata,ſic & car
bo diuinus nõ inflãmat corda, niſi q̃ inuenit ab humori-
bus uitiorũ deſiccata,& illud ſignificatur per aloes, qui
habet uirtutẽ deſiccatiuã. Inquantũ eſt cœleſte electua-
riũ,requirit corda a cibis noxiis.i.a peccatis euacuata,&
illud ſignificatur ꝑ myrrhã,quæ eſt amara, & ſignificat
cõtritionẽ,q̃ oĩa peccata expellit & euacuat.Tertio uidẽ
dũ eſt, qualiter debemus cũ Chriſto ſepeliri ſpirituali-
ter.Dicit.n.Apoſtolus.Cõſepulti.n.ſumus cũ Chriſto,ſe Rom. 6.
pulchrũ aũt illud, in quo debemus ſepeliri eſt ipſa reli-
gio,in qua ipſe religioſus ſpiritualiter,dẽt mori,& ſepe- *Religio-*
liri. Aſſimilari aũt dẽt religioſus mortuo quãtũ ad plu- *ſus mor-*
ra.Primo quãtũ ad cẽſum,ſicut.n.mortuus nihil hẽt pro *tuo aſſimi*
priũ,ſic & religioſus nihil dẽt retinere,ſed in cõi diuide *lari dẽt.*
re,quilibet laycus dẽt dicere illud. Nudus egreſſus ſum Io. 1.
de utero matris meæ,& nudus reuertar illuc.Religioſus
aũt debet eſſe nudus in ingreſſu,ut nihil ſibi retineat,nu
dus in progreſſu,ut nihil ſibi retineat,nudus in progreſ
ſu,ut nihil poſſideat,nudus poſt egreſſum,ut nihil ĩ mor
te poſt ſe relinquat. Secũdo dẽt aſſimilari quãtũ ad ſen-
ſum,& motũ,ſicut.n.mortuus priuatur ſenſu,& motu,ſic
& religioſus debet eſſe mortuus quãtũ ad declarationes
quæ ad ſenſum carnis ꝑtinent,& ſicut mortuus nõ moue
tur motu proprio ſed alieno, ſic uerus religioſus nõ dẽt
duci motu propriæ uolũtatis,ſed ad imperiũ ſui ſuperio
ris ſeu rectoris,& ſicut mortuus ſe mouẽti nõ cõtradicit,
ſic & religioſus debet ꝓlato ſe regẽti nõ cõtradicere,ſed
in oĩbus obedire.Vnde Dñs aperuit mihi aurem,ego aũt Eſa. 50.
nõ cõtradico,retrorſum non abii. Tertio debet aſſimi-
lari quantũ ad domicilium, quia ſicut mortuus claudi-
tur in ſepulchro,ſic religioſus,debet eſſe clauſus in clau
ſtro, & ſicut mortuus non exit de monumento, niſi ad
iuſſionem Dei, quando ſibi dicetur. Surgite mortui ue
nite ad iudicium. Sic nec religioſi debent exire clau-
ſtrum ſine iuſſione prælati, & ſicut mortuus non mur-
murat, quando transfertur de monumento in monu-

mentum,

mentum, ſic nec religioſus debet murmurare, quando transfertur de monaſterio in monaſterium. Quarto ma-
Ro. 6. xime debet aſsimilari morti Chriſti, iuxta illud. Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis illius, ſcilicet Chriſti, ſimul & reſurrectionis erimus. In morte enim Chriſti anima fuit a corpore ſeparata, tamen anima, & caro deitati fuerũt unitæ, ſic in uero religioſo anima debet ſeparari a carne, ſcilicet, ut carni non conſentiat in aliquo amore carnali, anima tamen & caro debent Deo eſſe vnitę, anima per amorem, caro per incorruptionem, ut poſſit dicere cum propheta, cor meum, & caro mea exultabunt in Deum uiuum.

*Eadem die, ſcilicet ſabbato paſchæ. Sermo ſecundus. De maximo Virginis dolore, propter filij paſſionem, deq; immenſo gaudio eiuſdem reſurrectionis.*

Can. 1. FAſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis engaddi. Virgo beata, Chriſti paſſione, multam habuit amaritudinem, ideò dicitur. Faſciculus myrrhę &c. In ſua autem reſurrectione multam habuit lætitiam, & exultationem, ideò ſubdit, Botrus Cypri dilectus meus mihi, in ui. enga. In Cypro.n. naſcitur uinum optimum, quod eſt lætificatiuum. In uineis engaddi naſcitur balſamum odoriferum. Dicit ergo Virgo Beata, dilectus meus fuit mihi myrrha amaritudinis in ſua paſſione, ſed fuit mihi uinum iocunditatis, & balſamum odoris in ſua reſurrectione. Et ſic patet, quod in uerbis propoſitis duo tanguntur, ſcilicet amaritudo doloris, quam Beata Virgo habuit in filii paſſione, & gaudium cordis, qđ habuit in eius reſurrectione. Circa primum tanguntur tria. Primo magnitudo amoris, cum di-
*Maria quõ Chriſtum dilexit.* citur, dilectus meus. Secundo magnitudo doloris, cum dicitur. Faſciculus myrrhæ. Tertio magnitudo deuotionis, cum dicitur Inter ubera mea commorabitur. Circa primum notandum, quod Beata Virgo dilexit filium ſa-
pienter



pienter & diſcrete, quia ſaluationẽ humani generis præpoſuit paſſioni filii ſui, quamuis eum intime diligeret, quãuis ſciret, quòd ipſe in ſua paſſione multos dolores haberet, nũquam tamen uoluit ſibi diſſuadere ipſam paſſionem, propter humani generis ſaluationem. Notandum autem ꝙ in corde uirginis pugnabant duo amores & duo dolores, duo amores erant amor filii, & amor humani generis. Amor filii nolebat Chriſtum pati, amor humani generis uolebat ipſum pati, ſed tamen amor generis humani, ſuperauit amorem filii. Similiter pugnabant duo dolores, ſcilicet dolor quem habitura erat de morte filii, & dolor quem habebat de noſtra perditione, ſed dolor, quem habebat de noſtra perditione ſuperauit dolorem, quem habitura erat de morte filii. Vnde poterat dicere cum Apoſtolo illud quod dicitur. Mihi Phil. 1.
uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum ac ſi dicat. Vita filii mei, uita cordis mei eſt, mors uerò ſua eſt lucrum generis humani. Secundo ponitur magnitudo doloris ſui, cum dicitur, faſciculus myrrhæ. Myrra enim eſt amara, faſciculus igitur myrrhæ eſt collectio paſſionum Chriſti, quarum conſideratio magnam præſtabat ſibi dolorem, ipſe autem dolor cauſabatur in ea ex ratione filii, ex ratione ſui, ex ratione ſupplicii. Cauſabatur quidem in ea dolor ex ratione ſui, quia mater erat, & naturaliter *Dolor in Maria ex tribus cauſabatur.*
dolet mater de afflictione filii. Secundo ex eo quòd erat ſola mater, quando enim dolor diuiditur in multis, minor inuenitur in ſingulis, ſi enim aliqua mater filium amittit, dolorem ſuum cum patre cõdiuidit, & ideò talis dolor ex tali diuiſione quodammodo minuitur. Virgo autem beata, cum nullo dolorem ſuum diuidere potuit, quia nullus pater ibi erat. Tertio ex eo quòd erat unicus matri, ſi aliqua mater filium perdidit, conſolationem accipit quãdo alios habet, uel habere ſperat, uirgo autẽ Maria nullũ habebat alium, nec ſe habere ſperabat. Vnde poterat dicere illud. Sicut mater unicum amat filiũ, 2. Reg. 1.
ita te diligebam. Quarto ex eo quòd pręſens erat ad videndum, quando aliqua mater audit filium ſuum mor-
tuum,

tuum,multum dolet,ſed quando horribili morte ipſum
audit fuiſſe occiſum,magis dolet,quando uerò ante ocu
los ſuos uidet filium ſuum occidi,maximè dolet. Virgo
igitur beata immenſo dolore uulnerabatur quando ui-
debat filium ſuum occidi, & horribili morte necari, &
ante oculos ſuos hæc omnia fieri. Quinto ex eo quòd
erat ad iuuandum impotens, magna conſolatio eſt ali-
cui matri,quando filium ſuum in ſua morte oſculari, &
amplexari,& adiuuare poteſt,hęc autem in nullo filium
ſuum poterat tunc adiuuare,audiebat enim eum ſitire, &
non poterat ei potum porrigere,uidebat ipſum uulneri-
bus plenum,& non poterat uulnera alligare, conſpicie-
bat ipſum ſanguine plenum, & non poterat lintheo ex-
tergere,uidebat ipſum malè captum teneri, & ipſum nõ
poterat liberare, uidebat ipſum caput malè tenentem,
& non poterat ſuſtentare, uidebat ipſum in cruce flen-
tem, & non poterat lachrimas extergere,uidebat ipſum
expiraſſe, & non poterat amplecti nec oſculari, uide-
bat ſanguinem in terra affluere, & non poterat recolli-
8.Reg.8. gere, & ideò poterat dicere illud. Mulier infęlix nimis
ego ſum. Sexto ex eo quòd nullum habebat adiuto-
rium, quia omnes apoſtoli eam reliquerant, ideò non
habuit, nec ipſa nec filius adiuuantem in tribulationi-
Ecc. 51. bus illis. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum, &
Pſ. 68. non erat,nec aliquem compatientem.Suſtinui qui ſimul
contriſtaretur & non fuit,nec aliquem conſolantem. Vn-
de ſequitur, qui conſolaretur & non inueni. Secundo
cauſabatur ille dolor in ipſa,ratione filii, multum enim
dolet mater quando amittit filium bonum, & ſapien-
tem, & ſibi in omnibus obedientem ipſa uerò amittebat
filium de quo ipſa dicit in cantica. Ego mater pulchræ
dilectionis, & timoris,& agnitionis,& ſanctæ ſpei. Ama-
tebat quidem filium matrem tam dulciter diligentem,
ideò dicit,ego mater pulchræ dilectionis, filium matrem
tam humiliter reuerentem & filialiter timentem, ideò
ſubdit,& timoris, filium in cruce matrem tam fęliciter
agnoſcenté,ideò ſubditur,& agnitionis, filium erga ma-
trem



trem tã pium & clementé, ideò ſubditur,& ſanctæ ſpei.
Tertio cauſabatur ipſe dolor ratione ſupplicii, uidebat
enim filium ſuum pati pœnam ignominioſam, quia inter
duos latrones,tanquã latro fuit poſitus,pœnã acerbã in
locis neruoſis,& maximè ſenſitiuis fuit vulneratus, & ꝑ
foratus,pœnam diuturnam, quia ab illa hora noctis qua
captus fuit,uſque ad horam nonã qua expirauit, in ſup-
pliciis & doloribus ſemper fuit,pœnam iniuſtam, quia ſi
cut dicitur. Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus *1.Pet.2.*
in ore eius. Et quia uirgo beata fuit tanta amaritudine
plena, poterat dicere illud. Ne uocetis me Noemi,id eſt *Rùth. 1.*
pulchram,ſed uocate me mara,id eſt amaram,quia ama- *Vbera*
ritudine repleuit me omnipotens.Tertio ponitur magni *tria in*
tudo ſuæ deuotionis cum dicitur, Inter ubera mea com *anima.*
morabitur: In anima tria ſunt ubera, ſcilicet memoria,
intelligentia,& uoluntas. Inter iſta tria ubera beata uir-
go iſtum faſciculum mirrhæ, id eſt collectionem pœna-
rum filii ſui portabat.In memoria per continuam recor
dationem. In intelligentia per aſſiduam meditationem.
Et in uoluntate per mellifluam deuotionem. Secundo *Secundũ.*
ponitur magnitudo gaudii quod ipſa habuit de filio in
reſurrectione cum dicitur, Botrus Cypri.Non ſolum au
tem de hoc ipſa gauiſa eſt,ſed etiam omnes creaturræ, *De Reſur*
ſcilicet ſuperiores,mediæ & inferiores.Superiores,id eſt *rectione*
angeli gauiſi ſunt,propter noſtram redemptionem,pro- *oẽs crea-*
pter ſuam reparationem.& propter Chriſti glorificatio *tura læ-*
nẽ ideò dicitur In illa die ſtillabunt montes dulcedinẽ, *tatæ ſũt.*
& colles fluent lac. Et eccleſia addit,& mel. Lac eſt dul- *Ioel. 3.*
ce & mel eſt dulcius,dulcedo comprehendit omnem rẽ
dulcem.Montes igitur & colles.i.angeli maiores,medio
cres,& minores afficiuntur dulcedine magna, de noſtra
redemptione,maiori de ſua reparatione, maxima de ſua
glorificatione.Scđo gauiſæ ſunt mediæ.i.homines.Vn-
de propheta Dauid dicit, Hæc dies quam fecit dominus
exultemus & letemur in ea.Debent oẽs hoĩes in Chriſti *Pſ. 117.*
reſurrectione multũ gaudere,qa ꝑ ſuam reſurrectionem
facti ſunt angelorum conciues & ſocii. Vnde ſuper illud.
Nolite

Universidad de Deusto Biblioteca

Nolite expaueſcere. Dicit Grego. Vos autem cur expa-
Matt. ul ueſcitis, qui ueſtros conciues uidetis. Facti ſunt fratres
timo. Chriſti, unde poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus Apo-
Io. 20. ſtolos fratres uocauit, dicens. Vade ad fratres meos &c.
Facti ſunt in anima & corpore glorificati, nam modo in
anima ſtolam fœlicitatis accipiunt, in futuro autem in
corpore ſtolam immortalitatis habebunt. Propter iſta
Heſt. 8. tria dicitur. Iudæis id eſt ſanctis Deum confitentibus, &
laudantibus, noua lux oriri uiſa eſt, gaudium honor, &
tripudium. Habebunt enim magnum gaudium de angeli-
ca ſocietate, honorem immenſum de Chriſti fraternita-
te, & magnum tripudium de corporis & animæ fœlicita-
te. Tertio gauiſæ ſunt creaturæ inferiores, id eſt ſancti
patres in limbo poſiti, qui erant ibi in magna deſolatio-
ne, & propter locum, quia erant in loco infimo, qui debe-
bant eſſe in loco ſupremo, id eſt in cœlo, & propter dã-
num, quia erant in caligne inferni, qui debebant eſſe in
uiſione Dei, & propter conſortium, quia habebant dæmo-
num uicinitatem, qui debebant habere angelorum ſocie-
tatem, ſed hodie exultauerunt ualde, quia Chriſtus de lo-
co infimo eos extraxit, & in ſua aſcenſione eos in cœlum
deduxit, ſuam beatam uiſionem eis reddidit, & angelo-
rum ſocios eos fecit. Vnde dicit de eis. Gaudium & læti-
Eſa. 35. tiã obtinebũt, fugiet dolor & gemitus. Habuerunt enim
gaudium, quia aſſecuti ſunt diuinæ uiſionis aſpe-
ctum. Habuerunt lætitiam, quia dimiſerunt lo-
cum tam infimum, & aſſecuti ſunt cęlũ.
Fugit ab eis dolor & gemitus, quia
euaſerunt tam horrendum
conſortium dæmonum
& aſſecuti ſunt cõ
ſortium ange
lorum.

Io

Universidad de Deusto Biblioteca



*In die ſancto Paſchæ. Sermo primus. De iocundiſſima Reſurrectione. fit mentio de mulierum ſanctarum deuotione, atque angelica apparitione.* Mar. ul-timo.

Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salomæ
emerunt aromata, ut uenientes ungerent Ie-
ſum. Quamuis multæ mulieres dominum ſe-
querentur, iſtæ tamen tres præcipuè uenerunt, quia Chri
ſto plus obligatæ fuerunt, ex eo quòd multa beneficia
ab eo receperant. Maria enim Magdalena multum ipſi te
nebatur, quia ab ea ſeptem dæmonia eiecit. Maria au-
tem Iacobi multum Chriſto tenebatur, tum quia nepos
ſuus erat, tum quia tres filios ſuos, ſcilicet Iacobum Al-
phæi, Simonem & Iudam Cardinales, id eſt Apoſtolos
fecerat. Tertia Maria, ſcilicet filia Salomę ſimiliter Chri
ſtum multum diligere tenebatur, tum quia nepos ſuus
erat, tum quia ipſe duos filios ſuos, ſcilicet Iacobum, &
Ioannem Apoſtolos fecerat. In præſenti Euangelio de
duobus fit mentio, ſcilicet de ſanctarum mulierum de-
uotione, & de angelica apparitione. Deuotio autem ſan Primum.
ctarum mulierum in tribus attenditur. Primo in hoc, ꝙ
Chriſtum uoluerunt ungere. unde dicitur, emerunt aro-
mata, id eſt unguenta aromatica, ut uenientes ungerent
Ieſum. Secundo in hoc quòd tempeſtiuè uenerunt, uo-
lentes ad monumentum accedere unde dicitur, & ualde
mane una ſab. &c. Tertio in hoc quòd dicitur quòd mo-
numentum deſiderabant apertum inuenire, unde dicitur
& dicebant adinuicem, Quis reuol. nobis lapi. ab oſtio
mo. Circa primum notandum quòd ex magna deuo-
tione uolebant corpus Chriſti ungere. Conſuetudo e-
nim erat antiquitus corpora mortuorum ungere, ut con
ſeruaretur a fœtore, a uermium corroſione, & ab inci-
neratione, ſed iſtæ mulieres erant deceptæ, quia corpus
Chriſti deitate erat balſamatum. & ideò ſi per decem
milia annorum in terra iacuiſſet, non potuiſſet putrefie
ri, nec incinerari, nec a uermibus corrodi. In hoc tamen
ſanctæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſanctæ mulieres uoluerunt oſtendere dilectionem mor-
*Diligen-* tuo, quam habuerunt uiuo. Pauci enim ſunt qui amicum
*tium ua-* uere diligant in uita, quia fere omnes amicum diligunt
*rietas.* propter ſua, non propter ſe. Eſt amicus ſocius menſę, &
*Eccl. 6.* non permanebit in tempore neceſſitatis. Pauciores ſunt
qui diligant in morte, immo ſæpè parentes filiis, & filii
parentibus aduerſantur in morte, quando pro ſalute ani
mæ, uolunt aliqua ordinare. Pauciſſimi ſunt qui dili-
gāt poſt mortem, quia modicum & filius patri, & pater
*Pſ. 30.* filii, & amicus amicis obliuiſcitur. Obliuioni datus ſum
tanquam mortuus a corde. Idem periit memoria eorum
cum ſonitu. Eorum enim memoria periit cum ſonitu
campanarũ uel palmarum, ſiue clamorum ſiue fluctuũ.
Iſte autem mulieres dilexerũt ipſum in uita, quia ſeque
*Luc. 8.* bantur eum prædicantem. Sequebatur eum Maria Mag
dalena & aliæ mulieres quæ miniſtrabant ei de faculta-
tibus ſuis. Dilexerunt eum in morte, quia aſſociauerunt
*Io. 19.* eum in cruce pendentem. Stabant iuxta crucē Ieſu ma-
ter eius, & ſoror matris eius. Dilexerunt eum poſt mor-
tem quia uoluerunt eum ungere in monumento iacen-
*Virgo ad* tem, ſicut dicitur hic. Sed mirum uidetur ꝙ beata uirgo
*ſepul-* cum iſtis non iuit, ſed domi remanſit. Super hoc poſſunt
*chrũ non* tres cauſæ aſſignari. Vna eſt, quia mater ſepulchrum fi-
*uenit, &* lii recenter ſepulti, ſine nimio dolore uidere non poſſet.
*quare.* Sic beata uirgo ſepulchrum filii uidere non potuiſſet,
quin gladius doloris eius animam perforaſſet. Et ſatis
probabile eſt, quòd ſi ire uoluiſſet, Ioannes eius cuſtos
non permiſiſſet, immò etiam cæteri Apoſtoli dixiſſent
Ioanni. Non permittas eam illuc ire, quia ſi iuerit tan-
tum ibi flebit, & ſe mactabit, ꝙ ferè ſe occidet. Secunda
cauſa eſt, quia in paraſceue, & ſabbato tātum fleuerat &
in tantum ſe mactauerat, ꝙ ſuſtinere non ualebat. Vnde
dicit Berñ. ꝙ oportuit ꝙ inter manus diſcipulorum tan-
quam ſemiuiua de cruce ad domum propriā deportare-
tur. Aug. Illa quippe pia mater in uia dolore eiulans &
pectora delicata cōtundens ita ipſa uiſcera omniaq; fati
gauerat membra, ut iā ſenſu deficientes, uix potuiſſet ue





nire ad Chriſti funus. Tertia cauſa eſt, quia iſtæ mulie-
res corpus Chriſti in monumento adhuc eſſe putabant.
Beata autem uirgo ſciebat quod ibi non erat, ſed ꝙ iam
reſurrexerat, & ideò illuc ire nolebat. Et pie credendum
eſt qđ ſibi ante oēs Chriſtus apparuerat. Quod pōt oſtē *Chriſtus*
di tripliciter. Primo per auctoritatem. Sedulius. n. ma- *primo ma*
gnus & antiquus doctor eccleſiæ, agēs de Chriſti appari *riæ appa*
tione dicit. Semper uirgo manens huius ſe uiſibus aſtās *ruit, tri-*
luce palam dominus prius obtulit Secundo per eccleſiæ *pliciter*
Romanæ antiquam & probatam cōſuetudinem. Sũmus *oſtēditur*
enim pontifex ad S. Mariam maiorem in die Paſchæ pri
mā ſtationem celebrat, per hoc inueniēs ad btā Mariam
primam factam fuiſſe apparitionē. Tertio per quandam
moralē rōnē. Deus. n. præcepit. Honora patrē & matrē.
Sed ſi eſſet aliquis filius in ultra marinis partibus cōſti-
tutus, de quo mater intellexiſſet ꝙ mortuus eſſet, & tā-
dē ſanus rediens perſonas extraneas uiſitaret, & ad ma-
trem tribulatam ultimo accederet, iſte bonus filius non
eſſet, nec mr̄em honoraſſet. Sic etiam Chr̄us mr̄em non
multũ honoraſſe uideretur, ſi prius alios de ſua reſurre-
ctione lætificaſſet, & tandē mr̄i deſolatæ apparuiſſet. Se-
cũdo deuotio iſtarum mulierum oñditur in hoc ꝙ ual-
de tēpeſtiue uoluerũt uenire, ideò dr̄. Et ualde mane una
ſabbatorũ ueniũt ad monumentum, orto iam ſole. Sed ſi
ualde mane, qũo ſol iā ortus erat? Ad qđ dicendũ, ꝙ iſte
mulieres erāt habitantes in ciuitate. Sepulchrum autem
Chriſti erat extra ciuitatē. Ipſę aũt ualde mane ſurrexe-
runt. Sed quia uia longa erat, & honeſtas dñas non licet
currere, ſed mature īcedere. Et portę ciuitatis tarde ape
riebātur, ideò iam ortus erat ſol, qñ ad ſepulchrum per
uenerũt. Eſt ergò ſenſus, ualde mane ueniunt, ideſt ueni
re incœperunt, orto iam ſole, ſ. quādo peruenerunt. Vel *Sol du-*
ſol dupliciter dicitur oriri. Vel quantum ad fulgorem *pliciter*
ſuum qui, dicitur aurora, uel quātum ad ſperam ſuam. *oriri dici*
Primo modo, nō ſecundo ortus erat ſol. Vnde dicit Au. *tur.*
orto iam ſole, i. cum cœlũ ab orientis parte albeſceret.
Vel noīe ſolis, intelligiẽ Chr̄s ꝙ dupliciter fuit ortus in

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc mũdo,ſ. de matris utero,per natiuitatem pœnoſam.
Et de ſepulchro,per natiuitatem glorioſam.Eſt ergo ſen
ſus,ualde mane ueniunt,ſed tamen uerus ſol,ideſt Chri
ſtus qui prius ortus fuerat in hoc mundo,natiuitate car-
nali,iam ortus erat natiuitate cœleſti. Tertio,deuotio
iſtarum mulierum conſiſtit in hoc quod monumentum
apertum uidere deſiderabant. Vnde dicebant. Quis re-
uoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?&c. Momu-
mentum quidem tripliciter clauſum erat grandi lapidis
ad os eius aduolutione,ſigilli impreſſione,& militũ ar-
matorum deputatione. Et ideò mulieres non ſperabant
intrare ſe poſſe,quia lapidem tam grãdem, cum ipſæ eſ-
ſent fragiles,remouere non poſſent. Et milites eas fuga-
rent,& ſigillum præſidis frangere nõ auderent. Chriſtus
autem qui exiuit de clauſo utero matris, & qui intrauit
ad diſcipulos ianuis clauſis, ipſe exiuit de monumento
lapide clauſo,ſaluis ſigillis, & cuſtodibus expauefactis.
Poſtquam autẽ reſurrexit, angelus lapidem reuoluit, ut
ſic mulieribus aditum introeundi daret. Et quia propter
milites mulieres ire timuiſſent,ideò milites facti ſunt ſi-
cut mortui,ut dicit Mat. Fuerũt enim ita exterriti ex ter
ribili angelica uiſione, ſicut dicit Matt. ex monumenti
tam ſubita apertione,& ex terræ magna concuſſione.
*Matt.28* Sicut enim dicitur. Terremotus factus eſt magnus &c.
ut ſcilicet milites exterreret,uel ut terra de Chriſti re-
ſurrectione lætitiam monſtraret. Sicut enim in paſſio-
ne mota eſt in ſignum triſtitię, ſic in reſurrectione mo-
ta eſt in ſignum lætitiæ. Vel ſecundum glo. Ideò terre-
motus factus eſt,ut per hoc ſignificaretur corda terreno
*Secundo* rum per fidem paſſionis,& reſurrectionis mouenda. Se-
*Angelus* cundo in euangelio fit mẽtio de angeli apparitione, qui
*in monu* quatuor fecit erga iſtas mulieres. Nam primo confor-
*mẽto qua* tauit eas dicens. Nolite expaueſcere. In hoc enim co-
*tuor er* gnoſcitur bonus angelus a malo, quia bonus in princi-
*ga mulie* pio terret ex ſuo fulgore. in medio confortat ex ſua al-
*res ſigna* locutione: in fine lætificat ex immenſa conſolatione.
*fecit.* Malus autem angelus econuerſo. In principio terret ex
ſua



ſua terribili uiſione. In medio decipit,ex fallaci promiſ-
ſione. Et in fine contriſtat,ex ſubſecuta deceptione. Secũ
do ipſas confortatas,& de reſurrectione certificatas, ad
apoſtolos deſtinauit dicens. Ite dicite diſcipulis eius, &
Petro quia &c. Prima mulier fuit media inter ſerpẽtem
& hominem,trahens ipſum ad perditionem. Secũda mu
lier,ſ.uirgo beata, fuit media inter Deum & hominem,
faciens nr̃am reconciliationem. Iſtæ autem mulieres fue
rũt mediæ inter angelum & apoſtolos, annunciantes eis
noſtram ſaluationem. Iam non poteſt homo conquæri
de muliere,quia ſi prima damnauit,ſecunda ſaluauit,ter
tia annunciauit. Si prima fuit cauſa mortis,ſecunda fuit
cauſa uitæ.tertia nũciatrix ſalutis æternæ. Tertio ipſas
ad Petrum ſpecialiter miſit, cum ſubiunxit. Et Petro.
Petrum ſolum nominauit triplici de cauſa. Prima eſt *Petrus*
quam ponit Greg. dicens, Petrum uocat ex nomine, ne *tantũ à*
deſperet ex negatione. Si enim nominatum eum non ex *xp̃o nomi*
primeret qui magiſtrum negauerat, uenire inter diſcipu *natur tri*
los non auderet. Ideò ſpecialiter dixit Petro qui indi- *plici ra-*
gnum ſe iudicabat diſcipulatu, quia ter negauerat, ſed *tione.*
peccata non nocent, qñ non placent. Secunda cauſa eſt
ut angelus ſibi tanquam ſummo pontifici honorẽ defer
ret. Si enim quis Papę, uel collegio cardinalium lite-
ras mitteret,Papam nominatim exprimeret, cardinales
uerò in genere proferret. Angelus igitur nominatim Pe
trum expreſſit,tanquã ſummum, diſcipulos autem gene
raliter tanquam collegium. Tertia cauſa eſt,qa Petrus
interpretatur agnoſcens,ſeu diſcalciatus, ſiue diſſoluẽs.
Ille enim Chriſtũ inuenit, qui Deũ & ſe ueraciter agno
ſcit,qui affectus ſuos ab amore carnali diſcalciauit, qui
oẽs colligationes impietatis a ſe diſſoluit. Quarto ange
lus per iſtas mulieres apparitione Chriſti in galileam de
nunciauit dicẽs, Quia p̃cedet uos in galileam,ibi eũ uide
bitis ſicut dixit uobis. Iſta aũt apparitio facta eſt in gali
lea,licet fuerit occultum, tamẽ propter myſterium ſpe-
cialiter nominatur. Galilea.n.interpretatur tranſmigra-
tio. Chriſtum enim dũ eſſet in hac uita habuit mortali-

 tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatem in corpore, paſſibilitatē in aīa. in utroq; miſeriā, & pœnalitatem. Sed poſt reſurrectionem facta eſt tranſmigratio, quia corpus tranſmigrauit de mortalitate ad immortalitatem. Aīa de paſſibilitate ad impaſſibilitatē. Corpus & aīa, de miſeria & pęnalitatē, ad gloriā & fęlicitatē. Leo Papa, paſſionem Chri laudans, dicit. Ruptis mortis uinculis infirmitas in uirtutē, mortalitas in æternitatem, cōtumelia tranſiuit in gloriam, quā nobis, &c.

*Eodem die ſancto paſchæ, Sermo ſecundus. De eadem materia, ut ſupra.*

*Mar. ul.* IEſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit nō eſt hic. Sed ite, dicite diſcipulis eius & Petro. quia pcedet uos in galileam. Dominus in hac uita nobilem habuit ſocietatem, ſ. Apoſtolos, & quaſdam ſanctas mulieres. Tēpore tn̄ paſſionis quidam ab eo receſſerunt, quātum ad corporalem aſſociationem, fidem & amorē, ſicut Iudas. Alii autem reliquerunt quantum ad corporalē aſſociationem & fidē, ſed non quantum ad amorē, ſicut cæteri apoſtoli qui ipſum reliquerunt, & fidem amiſerunt. Amorem tn̄ eius non perdiderunt, quia etiam ipſum defunctum amabant. Alii ipſum reliquerunt quantum ad fidem tm̄, ſed non quantum ad aſſociationē, nec quātū ad amorē. Sicut ſanctę mulieres, quæ fidem perdiderunt, ipſum tn̄ iuxta crucem aſſociabāt, & eum defunctum amabant. Virgo aūt beata ipſum non dereliquit, nec quantū ad ſocietatem, quia iuxta crucem ſtetit. Nec quantum ad fidem, quia eam ſemper retinuit. Nec quantum ad amorem, quia eum perpetuo amore dilexit. Iſtæ ergò ſanctæ mulieres, quāuis fidem perdidiſſent, tn̄ quia eum defunctum amabant, ideò ipſum inungere uolebāt. Quas angelus allocutus eſt dicens. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit non eſt hic. Ite, dicite diſcipulis, &c. In uerbis igitur præmiſſis quatuor ponuntur. Vnum ex parte mulierum, ſcilicet quærendi ſtudioſitas. quod notatur cum dicitur. Ieſum quæritis Naza. Secundo



do ex parte Chriſti ponuntur tria, ſ. eius magna charitas, cum dicitur, crucifixum. Tertio eius magna felicitas, cum dicitur, ſurrexit non eſt hic. Quarto eius magna pietas, in hoc quod Petro & cæteris diſcipulis in galilea & aliis locis uoluit apparere. ideò ſubdit. Ite, dicite diſcipulis eius, & Petro, quia ſurrexit præcedet uos in galileam. Circa primum, ſcilicet ſtudioſitatem quærentium mulierum. Notandum quod quidam poſt paſſionem quæſierūt Chriſtum in mane, ſicut iſte mulieres de quibus dicitur. Valde mane una ſabbatorum &c. Et iſtis inuenire fuit facile, quia ſtatim inuenerunt. Alii quæſierunt eum in ueſpere, ſicut duo diſcipuli qui ibant in emaus. Qui dixerunt. Mane nobiſcum domine quia iā aduesperaſcit &c. & iſtis inuenire fuit difficile. Vnde dixit eis, o ſtulti, & tardi corde ad credendum. Alii quæſierunt eum in ſero, de quibus dicitur. Cum eſſet ſero &c. & iſtis inuenire fuit dubitabile. Vnde dicitur. Vbi agitur de iſta apparitione, conturbati uerò & conteriti, exiſtimabant ſe ſpiritum uidere. Alii quęſierunt ipſum in nocte, ſicut milites poſiti ad ſepulchrum, ut eius corpus noctibus cuſtodirent, & iſtis inuenire fuit impoſſibile. Per mane intelligitur iuuentus, illi igitur Chriſtum quærunt in mane, qui ad Chriſtum conuertuntur in iuuentute, & iſtorum inuentio habet facilitatem, quia de facili Chriſtum inueniūt. Qui mane uigilauerit ad me, inueniet me, tales quidem ſunt mollis cera, quia de facili ad bonum ducuntur. Pſalmus. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. in medio uentris mei. Sunt ſicut recens teſta, quia ſemper in bono conſeruantur. Ādoleſcens iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit nō recedet ab ea. Sunt ſicut nouella & gracilis uirga, quia de facili ad omne bonum flectuntur. Quorum filii ſicut nouellæ plantationes a iuuentute ſua. Per ueſpere intelligitur ſenectus, illi igitur quærunt in ueſpere, qui conuertuntur in ſenectute. Et iſtorum conuerſio habet difficultatem, quia difficile conuertunī qui in malo inueterantur. Vnde poſtquā Dauid propheta dixit in perſona iuuenū.

*Primum Quærentiū Chriſtum diuerſitas.* *Luc. 24.* *Io. 20.* *Luc. 24.* *Prou. 8.* *Prou. 22* *Pſa. 144*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pſ. 21. Factum eſt cor meum tãquam cera liqueſcens, ſubditur
in perſona ſenum. Aruit tanquam teſta uirtus mea, tales
enim ab omni humore gratiæ exiccantur, ideò dicitur.
Aruit tanquam teſta uirtus mea, & uix uel nunquam cõ
fitẽtur, ideò ſubditur. Et lingua mea adheſit faucib. meis
& ſæpè in peccatis ſuis moriuntur, ideò ſubditur. Et in
puluerem mortis deduxiſti me, ideſt deduci permiſiſti.
Per ſero ubi eſt finis diei. intelligitur mors quæ eſt finis
uitæ. illi ergo in ſero Chriſtum quærunt qui in extremis
ad Deum redire uolunt, & iſtorum conuerſio habet du-
bietatem. Vnde Auguſt. in lib. omel. Fidelis bene uiuens,
ſecurus hinc exit, agens pœnitentiam ad ultimum & re-
conciliatus, ſi ſecurus hinc exit, ego non ſum ſecurus.
Ideò aũt ſanctus Aug. dubitat de his qui pœnitẽt in mor
te, quia quidam pœnitẽt tantum timore pęnæ, quidam
amore iuſtitiæ, quidã ex conſideratione utriuſq; cauſæ,
& tales potius uidẽtur pęnitere timore pœnæ, quã amo
re iuſtitiæ, ideò eorum pœnitẽtia dubia eſſe uidetur. Per
noctẽ intelligitur obſcuritas infernalis. Illi igitur quæ-
runt ipſum in nocte, qui uolunt eum quęrere poſt mor-
tem in æterna damnatione, & talium inuentio habet im
Prou. 1. poſſibilitatem. Vnde de talibus dicitur. Tunc inuoca-
bunt me, & nõ exaudiam, mane cõſurgent, & non inue-
nient me. Damnati quidem inuenient Deum, & non in-
uenient. Deus enim eſt in mundo per miſericordiam, in
cœlo per gloriam, in inferno per iuſtitiam, non poterant
igitur Deum inuenire per miſericordiam, q͂a hoc modo
eſt in mundo, nec per gloriam, quia hoc modo eſt in cœ
lo, ſed inueniẽt eum in inferno per iuſtitiam, ut iudicem
Secundo. & tortorem, quia hoc modo eſt in inferno. Secundo po-
nitur immenſa charitas, cum dicitur. crucifixum. ipſe.n.
Io. 15. cum infinita charitate mori uoluit. Maiorem hac dile-
Amor p ctionem nemo habet, ut animam ſuam ponet quis pro
quatuor amicis ſuis. Et ponitur hic ultimũ ſignũ amoris, amor
ſigna po enim per quatuor ſigna poteſt manifeſtari. Primo p uer
teſt ma ba quãdo enim cor abundat in amore, tunc os abundat
nifeſtari. ſermone. Luc. 6. Ex abundantia cordis os loquitur.





Secundo per collata beneficia, & illud eſt maius ſignum
quàm primum, multi ſeruirent uerbis, qui non ſeruirent
rebus ſuis, de iſto ſigno dicitur. Non diligamus uerbo, 1. Io. 3.
neque lingua, ſed opere & ueritate. Tertio oſtẽditur
per obſequia perſonalia, & illud eſt maius ſignum, quàm
primum, vel ſecundum. Multi enim ſeruirent de ſubſtan
tia ſua, qui non ſeruirent de perſona ſua. De iſto ſigno
dicitur Seruiuit Iacob pro Rachel ſeptem annis. Quar Gen. 29.
to manifeſtatur per aduerſa, quando, ſcilicet quis pro
amore amici ſe morti exponit, & illud ẽ ultimum ſignũ
amoris, ultra quod non eſt aliud inuenire, Multi enim
darent perſonam ſuam ad ſeruiendum, qui non darent
animam ſuam ad mortem, ideò dixit dominus, maiorẽ
hac dilectionẽ nemo habet &c. In hoc igit̃, q̃ Chriſtus
pro nobis crucifigi uoluit, & mori, infinitam nobis chari
tatem oſtendit. Tertio ponitur in Chriſto magna fœlici
tas, cum dicitur. Surrexit non eſt hic. Alii ſancti non re-
ſurgunt, ſed ſuſcitantur. Chriſtus autem ſurrexit, quia
uirtute propria ſe excitauit. Soluite templum hoc, & in Io. 2.
tribus diebus excitabo illud, Iſta potentia fuit infinita,
quando ſcilicet mortuus ſuſcitauit ſemetipſum. Inueni-
mus enim, q̃ aliquando uiuus ſuſcitauit mortuum, ſicut
Petrus Tabitham. Vnde habetur. Aliquando mortuus Act. 9.
ſuſcitat mortuũ, ſicut Helyſeus mortuus, ſuſcitauit aliũ
mortuum, ſed nũquam inuenitur, quòd aliquis mortuus 4. Re. 13.
ſuſcitauerit ſeipſum. Chriſtus autẽ uiuus ſuſcitauit mor
tuum, ſicut Lazarum mortuum, & mortuus ſuſcitauit
mortuos, quia multa corpora ſanctorum, qui dormie-
rant ſurrexerunt, & inſuper mortuus ſuſcitauit ſeipſum. Mat. 27.
Poteſtatem habeo ponẽdi animam meam, & iterum ſu Io. 10.
mendi eam. Quarto in eo fuit magna pietas in hoc, ſci-
licet q̃ poſt ſuam reſurrectionẽ Petro, & aliis diſcipulis
tribulatis apparuit, licet enim Chriſtus depoſuerit omnẽ
miſeriam, & mortalitatem, tamen non depoſuit miſeri-
cordiam, & compaſſionem, immo poſt paſſionem factus
eſt magis paſſibilis, & miſericors, ex eo, quòd in ſeipſo
noſtras miſerias eſt expertus. Infirmitates namque cor

Universidad de Deusto Biblioteca



porales aliter cognoſcit medicus theoricus, aliter bonus practicus, aliter infirmus. Theoricus enim cognoſcit infirmitatem per ſuam artem, & peritiam. Practicus cognoſcit eam per exercitationẽ longam. Infirmus cognoſcit eam per experientiam. Sed ſi eſſet aliquis medicus, qui eſſet bonus practicus, & infirmitates ſępe expertus, iſte quidem infirmãtibus multum eſſet miſericors, & compaſſibilis. Talis eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus. Ante incarnationem quidem ſciebat noſtras miſerias, per quandam theoricam, id eſt per ſuam æternam ſapientiam, & ideò multum erat miſericors. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus ti.ſe, quoniã ipſe cog. fig.no. Poſt incarnationem uerò ſciebat miſerias noſtras per quandam practicam, & exercitationem longã, quia triginta tres annos inter nos practicauit, & exercitauit, ideò magis miſericors debuit eſſe. Sed de quibuſdam cõqueritur dominus dicens. Contriſtatus ſum in exercit. mea, ac ſi dicat Chriſtus, de tribus cõtriſtor. Primo quãdo exercitatio mea non habet effectum, ideò dicit. Contriſtatus ſum in exercitatione mea. Secundo quando plus ualet inimici mei ſuggeſtio, quòd mea inſpiratio, ideò dicit, & conturbatus ſum a uoce inimici. Tertio quãdo oportet me peccatorem tribulare, & punire, ideò ſubditur, & a tribulatione peccatoris. Tãdem ſciuit humanas miſerias ꝑ experientiam, quia eas in ſuo corpore eſt expertus, ideò dicitur. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tẽtatus autem ꝑ omnia pro ſimili. abſque peccato. Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt obe. & cõſumatus factus eſt omnibus obtemperan. ſibi cauſa ſalutis æternæ.

*Pſ. 102.* *Pſa. 54.* *Contriſtatus Chriſtus à tribus.* *Heb. 4.* *Heb. 5.*

Feria



*Feria ſecunda poſt paſcha. Sermo primus*
*Quomodo Chriſtus peregrinus fuit.*

TV ſolus peregrinus es in Hieruſalem. Quamuis Chriſtus in propria perſona ueniſſet. & omnium dominus eſſet, tamen in mundo uoluit conuerſari ſicut peregrinus, ideò nullam domum propriam habere uoluit iu hoc mundo, ſi aliquis naſceretur in hoc mundo in peregrinatione, oporteret, quòd in aliena domo nutriretur, poſtquam autẽ creuiſſet, oporteret, quòd in aliena domo conuerſaretur, ſi moreretur in peregrinatione, oporteret, quòd in alieno monumento ſepeliretur. Ita etiam Chriſtus fuit peregrinus, nam in aliena domo fuit natus, in aliena conuerſatus, in alieno monumento fuit ſepultus, & ideò fuit uerè peregrinus, ideò ipſe dixit. Vulpes foueas habent, & uolu.ce. nid. &c. Filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet, ac ſi dicat, ego in morte non habui foueam, ſicut uulpes, ubi poſſem ſepeliri, ego in uita non habui nidum, id eſt domum ſicut uolucres, ubi poſſem hoſpitari, ego in natiuitate non habui ceruical, ubi caput meum potuerim reclinare. Vt autem melius uideamus qualiter Chriſtus fuit peregrinus. Notandum eſt, quòd Chriſtus fuit peregrinus quãtũ ad habitum, quem aſſumpſit, quantum ad uias, quas fecit, quantum ad hoſpicia, quæ intrauit, quantum ad pericula, quæ ſuſtinuit, & quantum ad inſignia, quę reportauit.

*Luc. ult.* *Peregrinus fuit Chriſtus* *Luc. 9.*

Primo dicitur peregrinus, quantum ad habitum, quẽ aſſumpſit, ipſe enim habuit ſclauinam, habuit ſcarſellam, pilleum, & baculum. Per ſclauinam intelligitur eius caro, quam Virgo beata in utero ſibi fecit. Tunicam paruam ſibi faciebat mater ſua. Iſta ſclauina fuit primo albiſſima, id eſt puriſſima, de puriſſimis ſanguinibus uirginis facta. Vnde dixit Chriſtus de ſe & aliis, qui habent ſclauinas, id eſt corpora ſua pura. Ambulabunt mecum in albis, &c. Deinde iſta ſclauina facta eſt

*1. Reg. 2.* *Apo. 3.*

in

Universidad de Deusto
Biblioteca



in cruce rubea, quia tota fuit ſanguine aſperſa. Vnde An
*Eſa.* 63. geli admirantes dicebant. Quare rubrum eſt indumentũ
tuum, ſicut calcantium in torculari? Vltimo facta é ſcla-
uina iſta tota nigra, quãdo ſcilicet in cruce remãſit mor
*Apo.6.* tua, & liuoribus plena. Sol factus eſt niger, ſicut ſaccus
cilicinus. Per ſcarſellam intelligitur eius anima. Pere-
grini enim in ſcarſella ſolent portare argentũ. Anima
autem Chriſti fuit plena argento, id eſt triplici theſauro
Io. 1. ſcilicet gratiæ, ſapientiæ, & glorię. Vidimus gloriã eius.
Ecce primus theſaurus. Plenum gratiæ. Ecce ſecundus
theſaurus. Et ueritatis. Ecce tertius theſaurus. Homi-
nes enim erãt a cœleſti gloria excluſi, ideò portauit the
ſaurum gloriæ, per quem eos ad gloriã reduceret. Erãt
Dei inimici, ideò portauit theſaurum gratiæ, per quem
eos Deo patri reconciliaret. Erant cæci & tenebris ob-
uoluti, neſcientes uiam inuenire, quæ ducit ad patriam,
ideò portauit theſaurum ſapientiæ, per quem eis uiã cœ
leſtis patriæ demonſtraret. Tertio aſſumpſit pilleum, id
eſt coronam ſpineam. Solent peregrini portare pilleum
contra æſtum, uentum, & pluuiam. Sic cõſideratio illius
coronæ ſpineæ, nobis debet eſſe in umbraculum ab æſtu
uoluptatis, ut refrigeremur. Quia ſicut dicit Auguſtin.
Non decet ſub ſpinoſo capite, membrum fieri delicatum
Debet eſſe in defenſionem a pluuia tribulationum, ut al
leuientur. Qia ſicut dicit Gregor. Si paſſio Chriſti ad
memoriam reducitur, nihil ẽ, qđ nõ æquo aĩo toleretur.
*Num.* 21 Dẽt eſſe in abſconſioné a uento tẽtationũ, ut propulſet
Qđ ſignat̃, ubi dr̃, ꝙ ad uiſionem ſerpẽtis æneiin paxillo
ſuſpenſi, ſaluabantur illi, quia ſerpentibus percutieban-
tur. De his tribus dicitur. Tabernaculum erit in umbra
culum diei ab æſtu, in abſcõſione a pluuia, & a turbine.
Quarto aſſumpſit baculũ, per quem intelligitur crux.
Peregrini enim utuntur baculo ad ſuſtentationem, ad
fluuiorum tranſuadationem, & malarum beſtiarum per-
cuſſioné. Sic Chriſtus per baculum crucis, homines
*Heb.* 12. tribulatos ſuſtentat, ne fatigentur. Recogitate eum, qui
talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõ
tradi-



tradictioem, ut non fatigemini animis ueſtris deficien-
tes. Secundo per bacculum crucis fluuium iſtius mun-
di tranſiuit, & ad patriam peruenit. In baculo meo trã- *Gen.* 32.
ſiuit Iordanem iſtum. Oportuit Chriſtum pati, & ita in *Luc. ult.*
trare in gloriam ſuam.

Tertio per baculum crucis diabolum percuſſit. A uo *Eſa.* 30.
ce domini pauebit aſſu, uirga percuſſus. Ideo dæmones
ipſum baculum crucis timent. Chryſoſtom. Vbicunque
dæmones baculum crucis uident, territi fugiunt, timen
tes baculum quo plagam acceperunt.

Secundo peregrinus Chriſtus dicitur, propter uiam
quam fecit. Solent peregrini diligere uias planas, & odi
re aſcenſus, uel deſcenſus. Iſte autem peregrinus ni-
hil habuit de plano, ſed tota uita ſua fuit deſcenſus,
uel aſcenſus.

Primo enim fecit magnum deſcenſum, quando ſcili- Io. 16.
cet de cœlo uenit in mundum. Exiui à patre, & ueni in
mundum. Deinde fecit magnum aſcenſum, quando ſci Io. 3.
licet de mundo aſcendit in patibulum. Sicut Moyſes
exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiũ
hominis deinde fecit magnum deſcenſum, quando ſcili-
cet de cruce deſcendit in limbum. Inde fecit magnum
aſcenſum, quando ſcilicet de limbo rediens, & de ſepul
chro reſurgens, aſcendit in cœlũ. Qui deſcendit ipſe eſt, *Eph.* 4.
& qui aſcendit ſuper omnes cœlos. Vita præſens, eſt uia
quædam in qua nullus fere uult habere aliquã difficul-
tatem in aſcendendo, id eſt in aggrediendo aliqua diffi-
cilia. Nec in deſcendendo, id eſt ſuſtinendo aliqua ad-
uerſa, ſed tantum ire per plana, id eſt habere omnia pro-
ſpera, & delectabilia. Sed quicũque non uadit poſt Chri
ſtum erat, quia ipſe eſt uia, ueritas, & uita. Quatuor
ſunt, quæ non permittunt in uia errare, ſcilicet ferramẽ
torum impreſſio. Vnde dicitur in valgari. Tene uiam *Errare ĩ*
ferratam, ſi uis habere uiam rectam. Secũdum eſt crucũ *uia qua-*
erectio, quia cruces in uia recta eriguntur. Tertium eſt *tuor non*
ramorum, & plantarum reflexio. Quartum eſt lapidum *pmittũt.*
aggregatio. Et quia Chriſtus eſt uia, uoluit habere
iſta

Universidad de Deusto Biblioteca



iſta quatuor inſignia. Habuit enim ferramenta.i.quinq;
vulnera in corpore ſuo, cũ ferramẽtis impreſſa. Habuit
crucem, quam ſuper humeros baiulauit, & ſuper quam
aſcendit. Habuit reflexionem plantarum.i. coronationẽ
ſpinarum. Habuit aggregationẽ lapidum, quia iudęi plu
ries eum lapidare uoluerunt. Qui igitur non vult errare
Chriſtum ſequatur. Quia eſt uia, ubi ſunt iſta quatuor
inſignia, qui nõ iuit per uias planas ſed aſperas. Qui igi
tur non vult ſuſtinere aſpera, ſed omnia vult habere p̄-
ſpera, cõſtat quia multum errat in uia. Tertio Chriſtus
*Tertio.* dr̃ peregrinus propter hoſpitia quæ intrauit. Solẽt pere
grini ter in die intrare hoſpitium.ſ. in tertia ad pranden
dum, In meridie ad bibẽdũ & quieſcẽdum. In ſero ad cœ
nandum & dormiẽdum. Sic iſte peregrinus tria hoſpitia
habuit. Primũ fuit uterus uirginis glorioſę. Et iſtud ho-
ſpitium intrauit in tertia.i. in Martio, qui eſt tertius men
*Hoſpitia* ſis Ianuario. Vel in tertio tp̃e.ſ. gratiæ. Primum fuit tem
*tria Chri* pus naturæ, ſecundum legis ſcriptę, tertium legis gratię.
*ſti.* In iſto hoſpitio Chriſtus prandium fecit, habens carnẽ
uirgineã pro cibo, & ſanguinem pro potu. Et iſtum cibũ,
& potum dat nobis. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis
*Ioh. 6.* meus uerè eſt potus. Secundum hoſpitium fuit patibu-
lum crucis. Et illud hoſpitium ad literam ingreſſus eſt
in meridie, ibi bibit quando dixit, ſitio. Sed tamen quia
iudæi obtulerunt ei acetum, cum guſtaſſet noluit bibere
Ibi requieuit, quãdo inclinato capite tradidit ſpiritum.
*Can. 1.* Ideò dicit ſpõſa. Indica mihi ubi cubes, ubi paſcas in me
ridie. Tertium hoſpitium fuit ſepulchrũ ubi dormiuit.
*Pſal. 3.* Ego dormiui & ſomnum cœpi. Ibi etiam cœnã fecit om
*Heſt. 1.* nibus ſanctis. Aſſuerus Rex tertio anno Imperii.i. tertio
tempore gratiæ, fecit grande conuiuium cunctis princi-
pibus.i. patriarchis, prophetis, & Apoſtolis, & ſuis pue-
ris.i. uirginibus puritatem ſeruantibus. fortiſſimis Perſa
rum.i. martyribus, & Medorum inclitis.i. confeſſoribus
præfectis prouinciarum.i. angelis. Quarto dicitur pere-
*Quarto.* grinus quantum ad pericula quæ ſuſtinuit. Solent pere-
grini ſuſtinere pericula, quandoque a ſociis qui eos pro-
dunt.



dunt, quandoque ab hoſpitibus qui eos occidunt, quan-
doque a latronibus qui eos expoliant. Sic & Chriſtus a
ſuo ſocio.ſ. a Iuda fuit traditus. Amen dico uobis, quia *Mat. 26*
unus ueſtrum me traditurus eſt. A iudæis, inter quos fue
rat hoſpitatus, a quibus fuit uulneratus, & occiſus. Quid *Zac. 3.*
ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? & dicet, His
plagatus ſum in medio eorũ qui diligent me. A militib.
a quib. fuit ueſtitus expoliatus. Milites ergò cum crucifi- *Ioan. 19.*
xiſſent eum, acceperunt ueſtimenta ſua, & fecerunt qua-
tuor partes, unicuique militi partem, &c. Diuiſerunt ſibi *Pſ. 21.*
ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem.
Quinto dicitur Chriſtus peregrinus pp̄ inſignia, quę *Quinto.*
reportauit. Solent peregrini quædam inſignia in ſclaui-
na portare, ad oſtendendum q̄ peregrinationem ſuam
compleuerunt, & ut homines cito moueantur ad bene-
faciendum eis, & ut ſecurius per uiam incedant contra
timorem hoſtium. Sic Chriſtus ad patrem rediens, cica-
trices in carne retinuit. Primo in oſtenſionem paternæ
obedientiæ. Pater enim ſibi commiſit, ut humanum ge-
nus ſua paſſione redimeret. Vt igitur patri oſtenderet,
q̄ opus ſibi iniunctum conſumauerat, cicatrices retinuit.
Opus conſumaui, quod dediſti mihi ut facerẽ. Secundo *Io. 17.*
in prouocationẽ paternæ miſericordiæ, ut.ſ. his patri o-
ſtẽſis eũ ad miſericordiã prouocet, nobis benefaciat, &
miſericordiam ſuam nobis impendat. Intrauit Ieſus in
ipſum cœlum ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. *Heb. 9.*
Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iu- *1. Io. 2.*
ſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Tertio in
ſignum noſtræ ſecuritatis nobis acquiſitæ, ne.ſ. de cæte-
ro hoſtes in uia timeamus. Sicut enim hoſtes ti-
mẽt, & fugiunt quãdo uident uexilla alicuius
regis, ſic dæmones timent & fugiunt,
quando uident crucis ſignaculum.
Super montem caliginoſum, *Eſa. 13.*
ideſt diabolum. leua-
te ſignum.

Eadem

Universidad de Deusto Biblioteca



*Eadem feria ſecunda poſt Paſcha. Sermo ſecundus.*
*Quomodo Chriſtus reſurrexit potenter, ueraciter: & miſericorditer apparuit.*

SVrrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Vbi vel
quando dominus Simoni apparuit, non determi-
natur. Quidam tamen dicunt, quòd quando ipſe
*Io. 20.* cum Ioanne ad monumentum cucurrit. Tunc Chriſtus
cum a monumento rediret, ſibi in uia apparuit. In hyſto-
ria tamen ſcholaſtica dicitur, quòd quando Petrus Chri-
ſtum negauit præ nimio dolore & triſtitia, fugit in quã-
dam foueam, quæ gallicantus dicitur, & ibi per tres dies
in lachrimis fuit. Et poteſt eſſe, ꝙ ibidem Chriſtus ſibi
apparuit. Quicquid autem ſit de tempore uel loco, certũ
eſt quòd ſibi apparuit. Ideo dicitur. Surrexit dominus ue-
re, & apparuit Symoni. In quibus uerbis oſtenditur quòd
Chriſtus ſurrexit, potenter, ueraciter, & apparuit miſeri-
*Primo.* corditer. Potenter quidem ſurrexit cum dicitur, domi-
nus. Nã dominus eſt nomen poteſtatis. Eius autẽ reſur-
rectio eſt tantæ poteſtatis, ꝙ eſt cauſa efficiẽs noſtræ re-
*Reſurre-* ſurrectionis, quæ fit in præſenti, & quę fiet in futuro. Re-
*ctio no-* ſurrectio noſtra quæ fit in pſenti eſt noſtra iuſtificatio.
*ſtra du-* Et dicitur reſurrectio prima. Beatus qui habet partem
*plex.* in reſurrectione prima. Reſurrectio q̃ fiet in futuro, eſt
*Apo. 20.* corporum reſuſcitatio. Et dicitur reſurrectio ſecũda. Ad
ſecundam nemo poteſt reſurgere, niſi prius reſurrexerit
*Oſeæ. 6.* reſurrectione prima. Vnde dicitur. Viuificabit nos poſt
duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos. Ad reſurrectio-
nem quidẽ primam duos dies requirũtur. ſ. ablutio cul-
pæ, & collatio gratiæ. Ad reſurrectionem uerò ſecundã,
tres dies requirũtur. ſ. ablutio culpæ, & collatio gratiæ
conſumatæ, & depoſitio omnis miſeriæ. Reſurrectio igi-
tur Chriſti tãtæ eſt potentiæ, ꝙ eſt cauſa effectiua utriuſ-
que reſurrectionis primæ, & ſecũdæ. Faciet enim in fine
mundi reſurrectionem ſecundam, ſcilicet corporum no-
*1. Cor. 15* ſtrorum reſuſcitationem. Quoniam quidem per homi-
nem



nem mors. ſ. per Adam, & hominem reſurrectio mortuo-
rum. ſ. per Chriſtum. Quotidie autem facit reſurrectio-
nem primã, quæ eſt per iuſtificationem, in qua peccator
a culpa reſurgit, & ad gratiam Dei redit. Traditus eſt *Rom. 4.*
propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificatio-
nem noſtram. Iſta autem reſurrectio oportet quòd ſit
integra, vt ſicut homo in ſecunda reſurrectione reſur-
get cum toto corpore, ſic & in prima reſurrectione opor-
tet quòd reſurgat cum toto corde, ut ſicut in ſecunda re-
ſurrectione nihil deeſt de ueritate naturæ humanæ quod
nõ reſurgat ad gloriam, ſic & in prima reſurrectione ni-
hil ſit in corde, quod non reſurgat ad pœnitentiam. In *In corde*
corde quidem quatuor potentiæ conſiderantur, ſcilicet *quatuor*
intellectiua, memoratiua, affectiua, & operatiua. Sunt *potentiæ*
igitur quidam qui intellectiuam ſuam dant Deo, memo- *conſide-*
ratiuam dant peccato, affectiuam dant mundo, operati- *rantur.*
uam dant diabolo. In talibus tres partes ſunt mortuæ.
quarta uiuit, & ideò integraliter non reſurgunt. Dant
quidam ſuam intellectiuam Deo, quia in ipſum credunt
per fidem. Tales ſunt dæmones. Tu credis quia unus *Iac. 2.*
eſt Deus, & bene facis, & dæmones credunt, & contremi-
ſcunt. Memoratiuam dant peccato, de aliquibus immun-
ditiis memorando, & delectando. Tales ſunt illi qui di-
cebant: In mentem nobis ueniunt cucumeres, & pepo- *Nu. 11.*
nes, porri, & cepæ, & alea. Cucumeres, & pepones frigidi
ſunt. Porri & cepæ ſunt caloris accenſiua, & hæc om-
nia ſunt vilia. Eodem modo peccata ſunt uilia & frigi-
da, quia ignem amoris Dei extinguunt. Sunt incenſiua,
quia malam concupiſcentiam accendunt. Sunt omnia
uilia, quia animam uilem faciunt. Quàm vilis facta es *Hier. 2.*
nimis iterans uias tuas. Affectiuam dant mundo, quæ-
rentes diuitias, diligentes delitias, & honores, cum ta-
men dicatur. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in *1. Io. 2.*
mundo ſunt. Et ponit Ioan. duas cauſas quare mundum
diligere non debemus. Vna eſt, quia amor mundi non
poteſt ſtare cum amore Dei. Vnde ſubdit, Si quis di-
ligit mundum, non eſt charitas Dei in eo. Alia eſt, quia
amor

Universidad de Deusto Biblioteca



amor mundi breuis eſt,& cito tranſit,ideò ſubdit, Et cō-
cupiſcentia eius. Operatiuam ſuam dant diabolo, quia
*Io. 8.* faciunt opera grata diabolo. Vos facitis opera patris ue-
ſtri. Quæ autem ſunt opera, ſubdit. Ille homicida erat ab
initio, cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.
*Sap. 2.* Dicitur etiam. Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem
*Iob. 41.* terrarum. Dicitur etiam. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios
ſuperbiæ. Ex quibus uerbis habetur ꝙ opera diaboli
ſunt occidere, mendacia dicere, inuidere, & ſuperbire.
Vt igitur homo integraliter reſurgat, oportet ꝙ Deo
cor totū tribuat, vt ſcilicet, uiuat in intellectiua in Deū
ueraciter credendo. Viuat in memoratiua, Chriſti paſ-
ſionem, & Dei beneficia memoriter retinendo. Viuat in
affectiua, ſemper Deum ſuper omnia diligendo. Viuat
*Secundo.* in operatiua, pietatis opera faciendo. Secundo Chriſtus
reſurrexit ueraciter cum dicitur: Surrexit dominus ue-
*Veraci-* rè. Sic & peccator debet ueraciter & a peccato ſurgere,
*ter uiuen-* & in gratia uiuere, quòd autem homo ueraciter uiuat
*di duo ſi-* duo ſunt ſigna. ſ. ſenſus, & motus Notandum eſt autem
*gna.* ꝙ ſpiritus coniungitur aliquando quantum ad motum
tantum, ſicut qñ aliquis ſpiritus aliquod corpus aſſumit.
Aliquādo quantum ad ſenſum tm̄, ſicut dicit Aug. ꝙ ſpi-
ritus mali ſunt coniuncti igni infernali non dantes igni
motū, ſed recipientes ab illo igne ſenſum, nullum enim
illorum corporum eſt uiuum. Aliqñ coniungitur ſpiritus
corpori quantū ad ſenſum & motū, ſicut aīa rōnalis con-
iungitur corpori organico, & illud corpus eſt uiuū. Eſt tñ
quoddā corpus, qđ nō habet ſenſum neq; motū, ſicut la-
pis, q nec ſentit, nec mouet̄ ꝑ ſe. Si quis igit̄ uult ſcire ſi
ueraciter a peccato reſurrexit, & ſi ueraciter uiuit, ui-
deat ſi hēat ſenſum uel motū. Sunt. n. quidā qui habent
ſenſum tantū. i. fidē, per quā de Deo rectè ſentiūt, ſed nō
habēt motum, quia ad bona opera non mouentur, ſicut
mali Chriſtiani. Iſti non ſunt uiui ſed mortui. Quia ſicut
*Iac. 2.* dicitur. Fides ſine operibus mortua ē &c. Alii ſunt q nō
habēt ſenſum, quia de Deo ueraciter nō ſentiūt. Vident
tñ habere motū, qa uident̄ facere aliqua ōpa de genere
bonorum



bonorum, ſicut hæretici. Iſti ſimiliter ſunt mortui licet
aliquibus uideantur uiui. Scio opera tua, quia nomen ha- *Apo. 3.*
bes quod uiuas, & mortuus es. Alii ſunt qui habent ſen-
ſum fidei rectæ, & motum operationis bonæ, ſicut boni
Chriſtiani. Iſti ueraciter ſurrexerunt, & uiuunt ſeruan-
tes illud quod dicitur. Sobrie, & pie, & iuſte uiuamus in *Tim. 2.*
hoc ſeculo. Iſti uiuunt ſobrie quantum ad ſeipſos. Pie,
quantum ad Deum. Et iuſte, quantum ad proximum.
Alii ſunt peſſimi & indurati, qui nec de Deo, nec de futu-
ra uita fidem habent, nec per bona opera ſe exercent. Ta-
les ſunt ſimiles ſtatuis, & lapidibus, qui nec habent ſen-
ſum, nec motum. Simulacra gentium argentum & aurū, *Pſ. 113.*
opera manuum hoīum. Idem. Os habent & non loquen- *134.*
tur. Tertio Chriſtus apparuit miſericorditer, quia appa-
ruit Symoni. Petrus quidem ex eo, ꝙ Chriſtum negaue-
rat, in multa tribulatione erat, & flere non ceſſabat. Ma-
gna ergò miſericordia & pietas Chriſti fuit, quia diſci-
pulum negantem & tribulatum, non deſpexit, ſed ſpetia-
liter ſibi apparuit, & eum benigne conſolatus fuit. Fecit
Chriſtus contra humanam conſuetudinem. Hoīes. n. tria *Mala*
mala inducere conſueuerant. Primo obliuionem. Vnde *tria indu-*
dr̄. Quod pincerna Pharaonis ſuccedentibus proſperis, *cunt ho-*
oblitus eſt interpretis ſui. Secundo inducunt elationem. *mines.*
Gre. Plerūq; ſi ad regiminis culmē quis eruperit, in ela- *Gen. 40.*
tionem protinus commutatur. Sicut Saul qui indignum
prius ſe conſiderans fugerat, mox ut regni gubernacula
ſuſcepit, intumuit. Vñ etiam uulgariter dicitur. quod ho-
nores mutant mores. Tertio inducunt incompaſſionem,
quia magnates principes, parum ad pauperes ſunt cōpa-
tientes. Optimates capita populorū ingredientes pōpati- *Amos. 6.*
ce domum dñi, & nihil compatiebantur ſuper cōtritionē *Mat. ul.*
domus Ioſeph. Chriſtus uerò poſt reſurrectionem ſuam
ſic exaltatus fuit, quod cœli, & terrę poteſtatem accepit.
Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Et ta-
men tanta eius exaltatio non induxit ipſum in aliquam
obliuionem. Non etiā pauperum ſuorum habuit obliuio-
nem, ſed benignā recordationē, & iō benigne uiſitauit.

Universidad de Deusto Biblioteca



*Fidelium* Deus enim ſuorum fidelium obliuiſci non poteſt tribus
*obliuiſci* de cauſis. Prima eſt propter maternum affectum. Vnde
*non pōt* dicitur. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum
*Deus.* ut non miſereatur filio uteri ſui, & ſi illa oblita fuit, ego
tamen non obliuiſcar tui. Secundo propter memoriale
*Iſa. 41.* perpetuum. Vnde ſubditur. Ecce in manibus meis deſcri-
pſi te. Tertio propter ſollicitationem aſſiduam. Angeli
enim qui ſunt dati nobis in murum contra hoſtes, ſem-
per pro nobis Deum ſollicitantur. Vnde ſubditur, Muri
tui coram oculis meis ſemper. Secundo non induxit in
eum aliquam elationem ſed ſolitam ſeruauit humilita-
*Ioan. 20.* tem. Vnde dixit Magdalenæ. Vade ad fratres meos &
dic eis. Aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrũ &c.
In hoc quod paruę mulieri tam familiariter loqui uo-
luit, & ipſam nunciam deſtinauit, notatur magna humi-
litas. In hoc quod eos fratres uocat, notatur magna æ-
qualitas. In hoc quod dixit. Ad patrem meum & patrẽ
ueſtrum, notatur magna cõmunitas. Chriſtus igitur ſic
exaltatus nullam habuit elationem, quia tantam habuit
humilitatem, æqualitatem, & cõitatem. Tertio non in-
duxit in eo aliquã incompaſſionẽ, ſed potius magnã ſer-
uauit cõpaſſionem oĩbus diſcipulis apparendo. Speciali-
ter Petro magnã oſtendit compaſſionẽ, quia magnã ha-
bebat tribulationem. Intantum.n. de negatione doluit,
quod tota uita ſua in lachrymis fuit. Vnde dicit Cle-
mens, ꝙ intãtũ flebat, quod tota facies ſua ex lachrymis
uidebatur aduſta. Vnde etiam ſudarium in ſinu ha-
bebat, quo fluentes lachrymas detergebat. In-
ſuper quando aliquem gallum cantan-
tem audiebat, lachrimas continere
non poterat, quia igitur ſic
tribulatus erat, ideò
Chriſtus ſibi ſpe-
cialiter appa-
ruit,
& eum benigne con-
ſolatus fuit.





*Feria tertia poſt paſcha. Sermo primus. De tribus quæ ſemper in uſu Chriſtus habuit, ſcilicet ſtare in medio, pacem offerre, turbatoſque ſtatim reconciliare.*

STetit Ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ & dixit. Pax *Luc. ult.*
uobis. Dominus noſter inter ſuos diſcipulos tria ſpe
cialiter habuit in uſu, ſcilicet in medio eorum ſtare
pacem eis ſemper offerre, & ſi aliquando turbabãtur, eos
ſtatim reconciliare. Iſta tria in præſenti euangelio deno-
minantur. Primo enim in medio diſcipulorum ſtetit. *Primo.*
Ipſe quidem ſemper medium dilexit. Nam in natiuitate *Medium*
ſtetit in medio duorum animalium. In morte ſtetit in *ſemp xp̃s*
medio duorum latronum. Poſt reſurrectionem ſtetit *dilexit.*
in medio diſcipulorum, ſicut dicitur hic. Per hoc nos in-
ſtruit quod in omnibus operibus noſtris, debemus tene
re medium, & fugere extrema. Aliter enim ipſa opera
non eſſent uirtuoſa, quia omnes uirtutes ſunt in medio.
Et ponamus exempla in uirtutibus cardinalibus & theo-
logicis. Prudentiam quidem circunſtant duo extrema,
unum per modum exceſſus, ſ. nimia curioſitas. Aliud per
modũ defectus, ſcilicet fatuitas. Prudẽtia uerò tenet me *Virtut*
dium, non declinans ad extremũ curioſitatis, uel fatuita *oẽs m*
tis. Iuſtitiam circunſtant duo extrema. Vnum per mo- *dium te*
dum exceſſus, ſcilicet nimia ſeueritas. Aliud per modum *nent.*
defectus, ſcilicet nimia lenitas. Iuſtitia uerò tenet me-
dium, nõ declinans ad extremum ſeueritatis, nec nimiæ
lenitatis. Temperantiã circunſtant duo extrema. Vnum
per modum exceſſus, ſcilicet guloſitas. Aliud per mo-
dum defectus, ſcilicet nimia extenuatio. Temperantia
uerò tenet medium, non declinans ad extremum gulo-
ſitatis, nec nimiæ extenuitatis. Fortitudinem circun-
ſtant duo uitia. Vnum per modum exceſſus, ſcilicet cru-
delitas. Aliud per modum defectus, ſcilicet puſillani-
mitas. Fortitudo uerò ſtat in medio non declinans ad
extremum crudelitatis, uel puſillanimitatis. Similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca



fidem circunſtant duo extrema. Vnum per modum ex-
ceſſus, ſcilicet nimia leuitas, quando, ſcilicet homo ni-
mis eſt facilis & leuis ad credendum omnia quæ audit.
Aliud per modum defectus, ſcilicet nimia tarditas. Fi-
des autem tenet medium, quia credit credenda, & ideò
non declinat ad extremum leuitatis, nec tarditatis. Simi
liter ſpem circunſtant duo uitia. Vnum per modum ex-
ceſſus, ſcilicet nimia præſumptio. Aliud per modum defe
ctus ſcilicet deſperatio Spes autem tenet medium, quia
ſperat ſperanda, ꝙ non ſperat non ſperanda, & non de-
clinat ad extremum præſumptionis, nec deſperationis.
Charitas autem non habet aliquod extremum per mo-
dũ exceſſus, quia nullus poſſet diligere Deũ nimis, ideò
Chriſtus in medio ſtabat ut inſtrueret quod ſemper in
*Secũdo.* noſtris operibus medium teneamus. Secundo Chriſtus
pacem diſcipulis obtulit dicens, pax uobis. Dicit autem
Ioãnes ꝙ in iſta apparitione & in alia quam fecit in octa
*Pax uo-* uo die, Chriſtus ter dixit eis, pax uobis. Ad notandum ꝙ
*bis ter* homo debet habere pacem in corde, in ore & in opere.
*Chriſtus* Pax cordis eſt quies & tranquillitas mentis cum Deo. de
*dixit &* qua dicitur. In mundo præſſuram habebitis. in me autẽ
*quare.* pacem. Sed notandum quod quidam ſunt qui habent pa
*Ioan. 7.* cem & quietem cum Deo in mente, & nõ corpore, ut ſer
ui Dei qui iugum Chriſti accipiunt, carnem ſuam morti
ficando, ſed tamen in Deo quieſcunt, mẽtem ſuam a ma-
*Mat. 9.* lis fantaſmatibus conſeruando. De talibus dicitur. Tolli
*Lu. 16.* te iugum meum ſuper uos, & inue. re. a. ueſt. Iſtud autem
ſabbatum eſt illud de quo dicitur. Sabbatum requietio-
nis eſt, & affligetis animas ueſtras religione perpetua.
Alii ſunt qui habẽt pacẽ & quietem in corpore, ſed non
*Hier 47.* mente, ſicut peccatores. de quibus dicitur. Requieuit in
*Luc. 11.* fęcibus ſuis. Anima mea habes multa bona requi. &c.
ſed non poſſunt quieſcere in mente. quia ſicut dicitur.
*Eſa. 57.* Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non põt.
*Thre. 1.* Iſtam talem requiem dæmones derident. Viderunt eam
*Eſa. 32.* hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius. Alii ſunt qui habẽt pa
cem & quietem, mẽte & corpore ſicut beati. Sedebit po-
pulus



pulus meus ĩ pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidu
ciæ & in requie opulenta. Iſtud eſt ſabbatum requiei, de
quo dicitur. Erit ſabbatum ex ſabbato, & ex requie men *Eſa. ult.*
tis peruenitur ad requiem æternitatis. Alii ſunt qui nõ
habent pacem, nec quietem, nec corpore, nec mente, ſi-
cut damnati, de quibus dicitur. Seruietis diis alienis, q *Eſa. 16*
non dabunt uobis requiem die, ac nocte. Secundo debe
mus habere pacem in ore, ut ſemper uerba pacifica habe
mus. Qui autem pacis ineunt conſilia, ſequetur eos gau *Prou. 22*
dium, ex hoc enim cognoſcitur quod homo ſit ciuis cœ
leſtis, quando ſcilicet loquitur uerba cœli. Deus enim *Prouin-*
tres prouincias fecit, & in qualibet iſtarum proprium lin *tias tres*
guagium poſuit, ſcilicet prouinciam cœleſtem, terreſtrẽ *fecit De-*
& infernalem. Linguagium prouincię cœleſtis, eſt uerba *us.*
pacis, & ędificationis habere, hoc eſt Deũ benedicere &
laudare. Beati qui habitant in domo tua dñe, in ſecula *Pſal. 8*
ſeculorum lau. te. Linguagium prouinciæ terreſtris, ẽ de
terrenis tractare. Qui de terra eſt, de terra loquitur. Lin *Io. 3.*
guagium prouinciæ infernalis eſt Deum maledicere, &
blaſphemare. Vnde dicitur de damnatis. Cum eſurierit *Eſa. 8.*
iraſcetur, & maledicet regi ſuo. Cognoſcitur igitur quis
de qua prouincia ſit, ad loquelam ſuam. Vnde dictũ fuit
Petro de qua eſſet prouincia. Galileus es, nam & loque- *Matt. 26*
la tua manifeſtum te facit. Qui igitur loquitur uerba pa
cis & ædificationis & laudis Dei, ſignum eſt quod ille ſpe
ctat ad prouinciam cœli. Vnde dicebat dñs, qui habebat
linguagium cœli. Quare loquelam meam non cognoſci *Io. 8.*
tis? Qui loquitur uerba terrena & mundana, ſignum eſt
quod ſpectat ad prouinciam mundi. Ipſi de mundo ſunt. *1. Io. 4.*
ideò de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Qui lo-
quitur uerba mendacii, maledictionis, & detractionis,
ſignum eſt quod pertinet ad prouinciam inferni, quia
illud eſt proprium linguagium diaboli. Qui loquitur mẽ *Io. 8.*
datium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater
eius. Tertio debemus habere pacem in operibus noſtris
ut ſcilicet cum omnibus hominibus pacem habeamus.
Si fieri poteſt, quod ex uobis eſt, cum omnibus homini- *Rom. 7.*

 bus

Universidad de Deusto Biblioteca



bus pacem habentes.Iſta enim pax ad tria uidetur eſſe
bona.Primo ex hoc multiplicantur bona temporalia.
Hieronym.Concordia paruæ res creſcunt,diſcordia ue-
rò maximæ dilabũtur. Secundo per pacem acquiruntur
bona ſpiritualia,& illud dicit Chryſ. ſuper Ioan.ꝙ ſi de
cem homines unanimes habitauerint,unus eſt in decem
& decem in uno,unuſquiſque eorum decem animas ha-
bet,uiginti manus habet,uiginti oculos,& uiginti pedes
Dicuntur autem decem animas habere,quia communi-
cant ſibi ſua deſideria,& ſuas orationes,dicuntur habe-
re uiginti oculos,quia communicant ſibi ſua conſilia &
ſuas prouiſiones, dicuntur habere uiginti manus, quia
communicant ſibi ſua opera,& ſuas defenſiones, dicun-
tur habere uiginti pedes,quia communicant ſibi ſua o-
nera,& ſuas ſupportationes. Tertio ex pace acquiruntur
cœleſtia.Deus enim in ſuo teſtamẽto pacẽ nobis dimiſit.
*Io. 14.* Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.Qui igit
teſtamentum patris non ſeruabit, hæreditatem cœleſtẽ
non poſſidebit.Soli enim pacifici ſunt filii Dei.Beati pa-
*Mat. 5.* cifici,quia filii Dei uocabuntur, ſoli autem filii Dei ſunt
*Rom. 8.* hęredes Dei.Si autem filii, & hæredes. Tertio Chriſtus
diſcipulos conturbatos confortauit,ipſi enim remanſe-
rant poſt paſſionem ſuam in multo mærore, & multo ti
more,& multo errore, ſed Chriſtus reſurgens,& eis ap-
parens,mœſtos lætificauit.Vnde dicitur. Adhuc autem
illis non credentibus,& mirantibus prę gaudio,timidos
confortauit.Quidam enim inter eos erant, qui crede-
bãt ipſum eſſe ſpiritum, ſed illis dixit,palpate,& uidete,
quia ſpiritus carnem,& oſſa non habet.ſicut me uidetis
habere.Alii credebant aſſumpſiſſe corpus ſuũ, ſed fanta
ſtice ſuſcitatũ,ideò dixit,habetis hic aliquid,qđ mandu
cetur,fantaſtice enim reſuſcitati comedere non pñt. Alii
credebant ipſum aſſumpſiſſe corpus alienum,& non cor-
pus proprium,quod in cruce fuit confixũ,iſtis dixit, Vi-
dete manus meas,& pedes meos,qa ego ipſe ſum.In hoc
aũt, ꝙ Chriſtus cicatrices uulnerum ſuorum oſtendere
uoluit,dat nobis exemplũ,ꝙ uulnera cordiũ noſtrorum,





non debemus abſcondere, ſed ea ſananda manifeſtare.
Sed notandum,quòd uulnera ſunt aliquando recentia,
aliquando inueterata, aliquando putrida effecta.Recen *Vulnerũ*
tia curantur unctione,ſiue lenis emplaſtri appoſitione, *diuerſi-*
inueterata ſanantur aduſtione, putrida inciſione. Tunc *tas.*
igitur uulnera peccatorum noſtrorum ſunt recentia, qñ
adhuc ſunt in uolũtate,ſiue ĩ recenti opere. Tunc ſanari
poſſunt unguento,uel emplaſtro,id eſt lenis pœnitentię
remedio.Languor prolixior grauat medicum, breuem *Eccl. 10.*
languorem præcidit medicus.Vnguentarius, faciet pig- *Ecc. 38.*
menta ſuauitatis,& unctiones cõficiet ſanitatis.Tunc ue
rò inueterata ſunt, quando in longam conſuetudinem
ſunt deducta,in quorum perſona dicit propheta. Inuete
raui inter omnes inimicos meos. Et tunc ſanantur adu-
ſtione, id eſt aduſtiua, & pungitiua carnis maceratione.
Iſtam aduſtionem petebat propheta dicens, Vre renes
meos,& cor meum.Tunc uerò ſunt putrida,quando ho-
mo tandiu ſtat in peccatis,quòd fœtet coram Deo,& ho
minibus. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. In *Io. 1.*
perſona talium dicit propheta.Putruerunt,& corrup. ſũt
cica.meæ a fa.inſipi.meæ.Talia uulnera ſanantur inciſio
ne,id eſt inciſiua a Deo immiſſa tribulatione. Tũc enim
ſæpe carnes putridæ auferũtur,& ipſi tribulationibus ꝓ-
uocati ad Deum celeriter conuertuntur. Multiplicatæ *Pſa. 15*
ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerunt.

*Eadem tertia feria poſt paſcha Sermo ſecundus. Quo-
modo Chriſtus per omnes quinque ſenſus,
ſuam oſtendit reſurre-
ctionem.*

STetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum,& dixit *Luc. ult.*
eis pax uobis,ego ſum nolite timere. Iſta eadem,ap
paritio plenius ponitur,ubi dicitur, cum eſſet ſero *Io. 20.*
die illo una ſabbatorum,uenit Ieſus,& ſtetit ĩ medio, &
dixit pax uobis.Circa hanc apparitionem ſciendum ẽ, ꝙ

poſt Chriſti paſſionem diſcipuli non credebant, nec ſpe-
rabāt eum amplius reſurrecturum. Vnde Chriſtus in iſta
apparitione, ꝑ oēs quinq; ſenſus corporis, ſuā reſurrectio
nē eis oſtendit. Primo per uiſum, cū dixit, uidete manus
mea, & pedes meos, quia ego ipſe ſum, & Ioānes addit, ꝙ
oſtendit eis latus. Non ſine cauſa aūt dn̄s uoluit recipere
in his tribus locis uulnera, q̄ in hac apparitione eis oſtē
dit. ſ. in latere iuxta cor, in manibus, & pedibus. Si quis n.
eſt frigidus in amādo, uideat latus Chriſti iuxta cor pfo
ratū, & inflāmabit ad amorē. Vnde ſpōſus alloquitur ſpō
ſam dicēs. Pone me, ut ſignaculū ſup cor tuū, ut ſignacu
lū ſup brachiū tuū, quia fortis eſt ſicut mors dilectio. Si
Eſa. 49. quis eſt tepidus in operando, uideat eius manus perfora
tas, & incitabitur ad laborem. Ecce in manibus meis de-
Prou. 1. ſcripſi te. Multum Chriſtus manibus laborauit, quādo in
cruce eas extendit. Extendi manus meas, & non fuit, qui
aſpiceret. Si quis eſt infirmus in aduerſa ſuſtinendo, ui-
Pſa. 67. deat eius pedes perforatos, & animabit ad ſupportādū,
eius enim pedes fuerunt pforati, & ſanguine tincti. Intin
gatur pes tuus in ſanguine. Pedes enim ſui totū corpus
Heb. 12. ſuſtentauerūt, & inde dolorem maximum ſuſtinuit, ſuſti
neamus, & nos exemplo Chriſti aduerſa. Recogitate eū
qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit a peccatoribus
contradictionem, ut non fatigemini animis ueſtris defi-
cientes. Secundo manifeſtauit ſuam reſurrectionem per
auditum, cum dixit, Pax uobis. Audientes enim diſcipu-
li uocem domini, cum ad loquelam cognouerunt. Maxi-
me, quia habebat modum talem, ſcilicet pax nobis, per
Eccl. 28. quod datur intelligi nobis exemplum, ut uerba pacis ſē
per habeamus, Sed de multis dicitur. Lingua tertia mul
tos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Cō
Linguas tres cum qs habet magnum monſtrū. tingit aliquando magnum monſtrum, ſcilicet ꝙ unus ho
mo habet tres linguas. Vna eſt lingua adulationis, quæ
blanditur in facie. Alia eſt detractionis, quæ mordet in
abſentia. Tertia eſt diſſenſionis, quæ ſeminat iurgia. Om
nes iſtæ linguæ abſcindendæ ſunt. Prima, quia decipit.
Eſa. 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.
Secunda



Secunda, quia infamat. Ideò nō debet aliquis morari, ne
que aſſiduus eſſe cum talibus. Vnde de eo, qui cū talibus
conuerſatur aſſidue dicitur. Ne fortè aſſiduitate tua in- Eccl. 24.
famatus improperium patiaris, & maluiſſes non naſci.
Tertia, quia conturbat. Calumnia conturbat ſapientē, Eccl. 7.
immò talis lingua ualde a Deo oditur. Sex ſunt, qui odit Prou. 6.
dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Iſtud autē
ſeptimum, eſt ille, qui ſeminat inter fratres diſcordiam.
Tertio manifeſtauit ſuam reſurrectionem per olfatum,
per hoc quod dicit Ioānes, inſufflauit & dixit eis. Accipi
pite ſpiritum ſanctum. Eius etiam flatus erat ualde odo-
riferus, quia ab illius pectore procedebat, quod apothe-
ca omnium cariſmatum erat. In Chriſto, quidē fuit myr
rha, id eſt caro mortificata. Fuit thus, id eſt anima deuo
tiſſima. Fuit balſamum, id eſt deitas præcioſſima. Ille igi
tur flatus habebat odorem myrrhæ, inquantum proce-
debat a carne mortificata. Habebat odorem thuris, in-
quantum procedebat ab anima deuota. Habebat odorē
balſami, inquātum procedebat a deitate præcioſa. Quar
to manifeſtauit ſuam reſurrectionem per guſtum, quia
obtulerūt ei partē piſcis aſſi, & fauū mellis. In fauo eſt ce
ra, & mel. Per piſcem aſſum intelligitur eius caro in cru
ce aſſata. Per mel, eius deitas dulciſſima. Per ceram, eius
anima lumine ſapientiæ plena. Illi igitur comedunt pi-
ſcem aſſum, qui delectantur circa eius paſſionem. Illi co
medunt mel, qui delectātur in eius deitate. Illi comedūt
mel, cum cera, qui delectantur in deitate beata, & in ani
ma gratia plena, & ueritate. Quinto manifeſtauit reſur-
rectionem ſuam per tactum. Vnde dixit. Palpate, & uide
te, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me uide
tis habere. Et Ioannes dicit, quòd præbuit palpanda ſua
uulnera cum dixit. Thomę. Infer digitum tuum huc, &
uide manus meas &c. Chriſtus enī ſeruat cicatrices uul-
nerum ſuorū, & ratione ſui, & rōne noſtri. Ratione ſui,
ut ſecum ſemper deferat inſignia ſuæ glorioſæ uictoriæ.
Vnde dicit Beda ſuper Luc. Miles in prælio fortiter agēs
& uictoriam obtinens, multis uulneribus confoſſus eſt.
Dicit

Cicatrices uulnerum quare Chriſtus ſeruauit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dicit ei medicus Vis ſanari, ſine omni cicatrice, ſine oī deformitate, puto ꝙ in ſignum uictoriæ ſuæ cicatrices ſeruaret. Illæ enim cicatrices ſunt in Chriſto, non in deformitatem, ſed in magnam pulchrytudinem. Vnde dicit Chryſo. ꝙ cicatrices in Chriſto ſunt radio ſolis lucidiores. Sicut enim honor eſt militi de prælio reuertenti, deferre ſcutum fractum, ſic honor eſt Chriſto deferre ſecū ſuæ uictoriæ glorioſum triumphum. Vnde dicit ſuper Luc. Non ex impotentia curandi cicatrices ſeruauit, ſed ut perpetuum uictoriæ ſuæ circunferat triumphum. Secūdo ſeruat cicatrices uulnerum ratione noſtri, ut ſeas pro nobis patri repræſentet, & ipſum nobis reconciliet. Cicatricum.n. repræſentatio, eſt quædā pro nobis apud patrem interceſſio. Sicut miles tacens, ab Imperatore impetrat, qñ uulnera, quæ pro ipſo recepit ſibi demonſtrat. Vnde legitur in hiſtoria ſcolaſtica in capitulo illo, quod incipit, poſt hoc factum eſt. & in ſequenti, ꝙ Antipater idumeus pater magni Herodis, in quodā prælio in ſeruitio Imperatoris, uulnera multa ſuſcepit, qui tandem ab ęmulis accuſatus, & ab Imperatore citatus, reiectis ueſtibus dixit. Ego Cęſar nolo me excuſare apud te, ſi ego diligo te, ſed iſta uulnera quæ recepi pro te, loquantur pro me. Tunc Imperator placatus in gratiam ſuā ipſum recepit. Sic & Chriſtus uulnera patri oſtēdit, ut inſinuet quantum nos dilexit, & q̃ care nos emit, ut ſic ad miſericordiam patrem inducat. Vnde Beatus Anſelmus aſſumens illum uerſum. Reſpice in faciem Chriſti tui dicit, ac ſi dicat propheta. Si non uis pater reſpicere in nos, reſpice in filium tuum, qui tam care emit nōs, Ber. Securū habemus acceſſum ad patrem, ubi mater ante filiū, filius ante patrem, mater oſtendit filio pectus, & ubera, filius oſtendit patri latus, & uulnera. Nulla ergo poterit eſſe repulſa, ubi tot occurrūt charitatis inſignia. Ex his igitur patet, ꝙ Chriſtus per omnes corporis ſenſus manifeſtauit ſuam reſurrectionem Ipſe enim filius Dei reſurgēs a mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, idem faciat nos reſurgere a peccato. Faciat mori





ſine peccato. Faciat ut ultra non dominetur nobis peccatum, ut ſic a peccato reſuſcitati, peccato mortui, a peccato liberi, de iſta prima reſurrectione a culpa, peruenire mereamur ad ſecundam reſurrectionem in gloriam. Ad quam meritis glorioſæ uirginis, & precibus matris ſuæ, & beati Dominici patris noſtri. Ipſe filius Dei nos perducat. Qui cum patre, & ſpiritu ſancto, per infinita ſæcula regnat. Amen.

Dulcia meliſfluo manantia dogmata fonte
Effundit noſtri ſacra Vorago libri.
Virtutis riuos plenè guſtauerit omnes,
Os quiſquis noſtris fluctibus imbuerit
Reſpiciet ſiquidem ſermones totius anni
Aurea qui uitæ dant documenta bonæ.
Grande ſophos meritò factori dicet abunde
Ingenium ſi quis proferret eloquio.
Nam quicunque ſacri nitidiſſima flumina uerbi.
Eloquii fuco turbat, ineptus homo eſt.

Finis Sermonum Quadrageſimalium, Eximiī
Doctoris, Fratris Iacobi de Voragine,
Ordinis Prædicatorum, quondam
Archiepiſcopi Ianuenſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# INCIPIT SERMO DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV CRISTI.

QVO abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierũ. In oĩ tẽpore uirtuoſo, & (Can.6.) maximè ſãctæ ꝑdicationis, quæ eſt opus diuinũ, Angelicum, & Apoſtolicum, imploranda eſt gratia ſpiritus ſãcti, ſine qua nullum rite fundat̃ exordium. Et quia huiuſmodi gratiæ teſte Angelo, Beata virgo ẽ inuẽtrix. In (Luc. 1.) uenisti, inquit gratiã apud Deũ. Conſuetũ eſt in aliis ſermonibus ad ipſam Virginẽ glorioſam recurrere pro gratia impetrãda, q̃ uerò ipſa hodie eſt ualde afflicta, & mirabiliter deſolata, ꝑꝑ dolores, deriſiones, exprobrationes, alapas, ſputa, ſpinarũ pũctiones, dura uerba, duriora uerbera, & horrenda mortis ſupplicia, quæ hodie unicus filius ſuus a Iudæis ſuſtinuit, Ideò non conſueuit eccleſia eam hodie Angelica ſalutatione implorare, & meritò. Si enim diceremus eidem. Aue gratia plena. Reſpondere poſſet. Verum eſt, quia fui triplici gratia plena, ſcilicet corporali, quæ eſt gloria meæ uirginitatis in carne mea, ſpirituali, ſcilicet abundantia uirtutum, & donorũ ſpiritus ſancti in mente mea, ſingulari. ſ. præſentia diuinitatis ix. menſiũ ſpatio in uentre meo. Sed iam omni gratia ſum uacuata per mortem filii mei dulciſſimi, qui mihi erat amor unicus, uita animæ meæ, gaudium ſingulare, & omnium diuitiarum deſiderabilium theſaurus. Si uerò dixerimus eidem, dominus tecum, reſpondere poterit, uerum eſt quòd Deus pater mecum erat. quia ego ſponſa eius unicum habens ſecum filium, cuius

*Gratiæ triplici fuit plena Maria.*



ius ipſe eſt pater æternus, ego uerò mater electa, mecum dñs filius qui de mea ſubſtãtia corpus ſuæ humanitatis aſſumpſit, mecũ ſpiritus ſanctus, qui & animã & corpus meũ intantũ ſanctificauit, ut digna eſſem redẽptorẽ & creatorẽ mundi, de meis uiſceribus generare, ſed iam illum perdidi, & a me eſt longius ſeparatus, quem ſine dolore peperi: quem pannis inuolui, quem uirgineo lacte lactaui, quẽ tenerime educaui, quẽ meis brachiis frequenter & ſtudioſè baiulaui, quem in Egyptum tranſuexi, quem tantopere dilexi, hunc quippe mecũ iam non habeo, ſed inter manus inimicorũ cerno, ſciens eum ſuſtinere pœnam ignominioſam, ſcilicet pęnam latronũ, doloroſam, quia in toto corpore fuit uulneratus, acerbam, quia in locis neruoſis fuit transfixus, continuam, quia a media nocte durauit uſque ad ſuam mortem, iniuſtam, quia ſine cauſa fuit condemnatus, uituperatus, dehoneſtatus, flagellatus, vulneratus, & interfectus. Si autem diceremus eidem, Benedicta tu in mulieribus, id eſt ſuper omnes mulieres. Reſpondere poterit, quòd aliquando ad ſupremum gradum benedictionis præ cunctis aliis mulieribus perueni, quia fui ſimul parens & uirgo, mater & filia, plena filio Dei, & uacua ſemine uirili, nũc autẽ tanta benedictione ſum priuata, & dolore maledictionis primæ mulieris ſupra modum repleta. Si uerò diceremus eidem. Benedictus fructus uentris tui. Reſpondere poterit, uerum eſt ꝓ benedictus fructus uentris mei, cuius benedictio tanta fuit, ꝙ odor eius patrem reconciliauit, ſapor dæmones de mundo eiecit, ſpecies eius totum mundum repleuit. Nunc autem cum iniquis deputatus eſt ut dicitur. Et maledictus omnis qui pendet in ligno. Ego igitur ait uirgo beata, dolore afflictiſſima, ad (Eſa. 53.) quem deinceps refugiam, & quis mihi reſtituet lumen (Deut. 21.) oculorum meorũ? gaudium cordis mei? coronã meam? ut inuenire queam aliquam conſolationem? Ipſa igitur ſecundum eccleſiæ repræſentationẽ nunc eſt dolore afflictiſſima, quæ uberrimè flẽdo oĩa quæ Chriſtus corporaliter patitur, in corde ſuo reponit, & oẽs plagas quas uidet

Universidad de Deusto Biblioteca

det in Chriſti corpore, in ſe reuocat & ſigillat in mente, ſicque exitiis præ dolore vulneratur, & cruciatur præ nimio amore. Non eſt igitur conueniens, ut ſibi iam præſentemus ſalutationem angelicam, quæ ſingularem continet letitiæ materiam. Sed nihilominus pro gratia impetranda, ad patrem miſericordiæ mentes noſtras deuotius erigamus, dicentes ſinceriter, Pater noſter &c.

*Can. 6.* QVò abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierū. Hæc uerba originaliter habentur, & pro contemplatione tāti myſterii paſſionis. I. Ieſu Chriſti Domini noſtri, aſſumuntur, quæ ſunt uerba ſapientis, prophetico ſpiritu olim paſſionem ipſam præcognoſcentis, & in perſona cuiuslibet animæ deuotæ alloquentis virginem glorioſam, & dicentis. Quo abiit dilectus tuus, &c. Ipſa quidem mater Chriſti fuit pulcherrima mulierum, & hoc quantum ad corpus, q̄ nunquam alia mulier habuit formoſius. & quantum ad animam quam habuit præ cunctis aliis gratia plenam. Ait ergo anima deuota ipſi uirgini glorioſæ. Quo abiit dilectus tuus? non enim quiſpiam de illo quærere

*Mat. 26.* debet a Petro, quia hodie ipſum ter negauit. Neque a

*Mat. 26.* Iuda, qui eum proditioſe tradidit. Neque a Ioanne, qui

*Mat. 14.* ſecundum expoſitionem quorundam, fuit ille de quo legitur. Qui relicta ſyndone nudus aufugit. Neque a di-

*Mar. 26.* ſcipulis, quia relicto eo omnes fugerunt. Neque ab angelis, quia ſcriptum eſt. Angeli pacis amare flebunt,

*Eſa. 33.* fletu, ſcilicet compaſſionis, uidentes maximam pœnam, quam creator ipſorum iniuſtè ſuſtinebat. Quæramus ergo ab ipſa uirgine glorioſa, in qua ſola fides remanſit & dicamus illi. Quo abiit dilectus tuus &c. Et licet nobis reſpondere non ualeat propter paſſionis filii ſui ignominiam & mortem crudeliſſimam, profundiſſima ſuſpiria, amariſſimos gemitus, & lachrymarum ſuarum inundantiſſimos fluctus, addamus tamen ſuæ reſurrectionis letitiam, qua ipſa piiſſima uirgo oculos ſuos lachrymis conſperſos a filio parumper auertere, & ad nos conuer-

terē



tere dignetur, dic igitur obſecramus quo abiit dilectus tuus &c. Reſpondet. Primo, ad ultimam uitæ præſentis refectionem. Secundo, ad tolerandam crudelem in horto ligationem. Tertio, ad plurium iudicum iniquorum præſentationem. Quarto, ad cauſæ innocentis perverſam deciſionem. Quinto, ad ſententiæ mortis in crucis patibulo executionem. Sexto, ad ſui corporis in alieno monumento repoſitionem. Primo ſi quæratur a beata virgine, Quo abiit dilectus? &c. Reſpondet quòd abiit ad ultimam uitæ &c. Circa quam refectionem Euangeliſtæ referunt, tria antecedentia, tria concomitantia, & tria ſubſequentia. Tria quidem antecedentia fuerunt, paſſionis, & tribulationum Chriſti pronunciatio, principis ſacerdotum & ſcribarum conſultatio, ſceleris vnius Apoſtolorum occaſio. De primo ſciendum quòd *Primo.*

ad oſtendendum quòd Chriſtus uoluntariè ſuſtinuit paſſionem & non coactus, ſecundum illud. Oblatus *Eſa. 53.*

eſt, quia ipſe uoluit, ipſam pluries prænunciauit diſcipulis, unde cum præſciret eam, poterat euitare, & ad alia loca accedere, non ſolum autem mortem ipſam ac genus mortis ſed & diem prædixit, habetur enim. Quòd *Mat. 26.*

dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet & filius hominis tradetur, ut crucifigatur, ſi intelligatur de biduo integro, hoc dixit feria tertia ante paſſionem. Si uerò de biduo, ſumendo partem pro toto, potuit & hoc eſſe feria quarta. Nota, Paſcha fiet, id eſt, comede *Agnus.*

tur agnus Paſchalis qui ſecundum legem erat immolandus, & comedendus poſt ueſperam. Ob memoriam *Exo. 12.*

beneficii recepti a Deo tali nocte, quando ſcilicet agno immolato in Egypto a filiis Iſrael & interfectis primogenitis omnium Egyptiorum ab exterminatore, ipſi iudæi illeſi egreſſi ſunt de ſeruitute Pharaonis, & in figuram paſſionis Chriſti agni immaculati, quæ inchoata fuit in tali nocte, per quam Iſraelitæ, id eſt, ueri fideles liberantur de ſeruitute diaboli, occiſis uitiis ſaluique ſiunt, ſi tamen ſanguine agni liniti ſint poſtes domus, id eſt, fides paſſionis habeatur in mente & opere. Nota filius

lius

Universidad de Deusto Biblioteca

lius hominis, id eſt, uirginis tradetur, ut crucifigatur.
*Traditus* Fuit autem traditus a Deo patre, ipſum ad mortem ex-
*fuit à plu* ponendo & permittendo propter nimiã erga nos chari-
*ribus* tatem. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis
*Christus* tradidit illum. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ
*Ro. 8.* unigenitum daret. Traditus eſt a ſeipſo, ad noſtram re-
*Io. 3.* demptionem. Dedit ſemetipſum pro nobis, oblationem
*Eph. 5.* Deo in odorem ſuauitatis. Traditus eſt a Iuda Scario-
*Luc. 22.* this, ad auaritiæ ſatisfactionem. Accepta pecunia quæ-
*Mat. 26* rebat opportunitatem, ut eum traderet, ſcilicet iudæis.
Traditus eſt a iudæis Pilato, ob inuidiæ infectionem.
*Secundo.* Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum. De
ſecundo, ſcilicet de principis ſacerdotum & ſcribarum
*Mat. 26.* conſultatione habetur. Tunc ſcilicet, illa die qua Chri-
ſtus dixerat illa uerba, congregati ſunt principes ſacer-
dotum & magiſtratus, quidam ſcilicet officiales in at-
trium principis ſacerdotum qui dicebatur Caypha, ubi
concilium de captura factum, precium per proditorem
poſtulatum, & pactum circa hoc firmatum. Congrega-
ti igitur ſunt ad conſilium faciendum, & tractandum ut
Ieſum dolo tenerent, & occiderent, alias Caypha dante
conſilium decreuerant eum occidendum. Nunc quærũt
de modo capiendi diligenti, ne euaderet, unde dicunt,
Non in die feſto, ſcilicet hoc faciamus, ſcilicet capere
eum. Et oſtendit Euangeliſta, quòd hoc non dixerunt
ex reuerentia ad feſtum, ſed ne extraheretur de mani-
bus eorum a populo, unde ſubditur. Ne fortè tumultus
fieret in populo. Horum concilium uel potius conſpi-
rationem præuidens Iacob Patriarcha deteſtatus ait, Sy-
meon & leui uaſa iniquitatis bellantia, in concilium eo-
rum non ueniat anima mea, neque in cœtu eorum ſit glo-
ria mea, & rationem aſſignans ſubdit, quia in furore ſuo
occiderunt uirum, & poſtea maledictus furor eorum,
quia pertinax, & indignatio eorum quia dura. De tribu
leui certum eſt fuiſſe ſacerdotes, de tribu Symeon dici-
tur plurimos ex ſcribis deſcendiſſe, ſcribæ qui fuerunt
principales in concilio de morte Chriſti quorum mẽtes
fuerunt



fuerunt inique bellantes contra Chriſtũ, qui non ex ra-
tione, ſed furore & inuidia tractauerunt, & procuraue-
runt uirum, id eſt Chriſtum, totum uirtuoſum occidi. Fu
ror eorum fuit pertinax, quia cum Pilatus eum uellet li
berare ut innocentem, pertinaces erant in clamando.
Crucifigatur. De tertio, ſcilicet de ſceleris Iudæ occaſio *Mat. 26.*
ne habetur. Cum autem eſſet Ieſus in bethania in domo
Symonis leproſi &c. vſque ibi. Amen dico uobis ubicun-
que prædicatum fuerit &c. Quæ vnctio facta Chriſto,
& Iudæ murmuratio hic ponitur, non quia die concilij
iudæorum fuerit facta, immo ſabbato præcedenti. Sed *Io. 12.*
forte ideo hic annexa eſt narratio huius, quia illud fuit
occaſio accepta, non data Iudæ ad proditionem facien-
dam. Nam ut dicit glo. 13. q. 1. Iudas conſueuerat fura- *Iudas*
ri decimam partem eorum quæ ſibi dabantur ſeruanda, *quare*
& unguentum illud effuſum uolebat uẽdi, cuius preciũ *Christũ*
erat ccc. denariorũ, horũ decima pars erat 30. Quia igi- *tradidit.*
tur non poterat furari decimã partem, qm̃ uenditum nõ
fuit, quaſi uolens recompenſare dannũ ſibi ſequutũ 30.
denarijs argenteis fecit proditionẽ. Vnde ipſe Iudas per
cipiens ſacerdotes congregatos ad tractandã de captu-
ra Chriſti, intrante in eum ſathana, ut dicit Lucas, non
quidẽ per nexationẽ corporis, ſed p̱ nouũ malititiæ effe
ctũ acceſſit ad congregatos in concilio dicẽs. Quid uul-
tis mihi dare, & ego uobis eũ tradã? O uocẽ temerariã p̃
ſumptione plenã, omniũ dñm cui omnia tadita sũt a pa
tre æterno, tanquã eſſet ſub ſua ptãte, promittit ſe illis
traditurũ, unde dicit. Quid vultis &c. O uox omni pœna
digniſſima, dñm & magr̃m ſuũ qui ei tot bñficia cõtule
rat, ad dignitatẽ ſummã apoſtolatus uocauerat, ad p̃di-
candum & faciendũ miracula cum aliis miſerat, ſuum
p̱curatorẽ inſtituerat, & nũc eum vẽditioni exponit, ac-
ut uile mancipium p̱cium in emptorũ uolũtate proponit
dicens. Quid vultis &c. Hęccine eſt doctrina, q̃ tradidit
magiſter optimus? Ipſe te docuit tp̱alia contẽnere, nemi
nem ledere, proximũ poſſe iuuare, & tu nunc præ auari-
tia innocentiſſimũ prodis, & ad mortem tradis dicens,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid uultis &c. At illi iudæi congregati, hoc audito ga
*Gen. 37.* uiſi ſunt, dantes ei. 30. argenteos pro hoc opere. Sicque
impleta eſt figura de Ioſeph iuuene perfectiſſimo, qui
fuit uenditus. 30. argenteis ſuggerente Iuda fratre ſuo,
& traditus in manibus Yſmaelitarum ex zelo inuidiæ,
ne dominaretur eis. Sed ſicut cõtrarium accedit eis qđ
intendebant, quia per hoc ille exaltatus eſt, adoratus, &
& uocatus ſaluator mundi, ita & ieſum per iſtam tradi-
tionem in manibus gentilium & paſſionem, Deus exal-
tauit eum, & dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ
ieſus qui interpretatur ſaluator, ut in nomine ieſu om-
ne genu flectatur. Et ſpopondit iudas facere proditio-
nem recepta pecunia. Exinde quærens opportunitatem
tradendi, cum eſſet ſine turbis in quo opere ſceleratiſſi-
mus iudas perpetrauit non ſolum proditionem & plagiũ
ſed & ſacrilegium, & ſimoniam uendendo Chriſtum
fontem omnis gratiæ. vnde Gre. Naziãzenus, iudas om
nium redemptorem uendidit, mox laqueo ſuſpenſus, tan
dem gratiam redemptionis non obtinuit, & merito qa
nemo poteſt retinere quod uendidit, id eſt. q. i. qui ſtu-
det, ubi etiam notandum, quod ait Beda ſuper Marcum.
Multi hodie iudæ ſcelus, quia dominum ac magiſtrum
deumque ſuum pecunia uendiderit, uelut immane & ne
farium ſcelus horrent, nec tamen cauent. Nam cum pro
*Vendere* muneribus falſum contra aliquem teſtimonium dicunt,
*Chriſtũ* profecto, ueritatem pro pecunia negant, Deum pecunia
*quid ſit.* uendunt ipſe em̃ dixit. Ego ſum ueritas, & cum ſocie-
tatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculãt
Deum produnt, quia Deus charitas eſt, maxime cum nõ
infirmitate uel ignorantia peccatur, ſed in ſimilitudinẽ
iudæ quærunt opportunitatem, ut uirtutem crimine ma
tent. 11. quæſt. 3. abii. & de conſe. di. 3. ieiunia. Dicit ꝙ fe
ria quarta iudas traditionem domini cogitauit. i. tracta-
uit. Vnde antiquitus tali die ieiunium ſeruabatur, ut pa-
tet in d. c. ob reuerentiam paſſionis. nũc autem loco hu-
ius a pluribus tali die carnes non comeduntur, nõ ex p̃
cepto ſed ex deuotione. Quantum ad ipſam Chriſti ulti

mam



mam refectionem, & eius concomitantiam, ut habetur.
Prima die azimorum, id eſt feria quinta, quæ dicitur pri *Mat. 26.*
ma azimorum, quia in ſero illius diei, cum agno come-
debant azima non fermentatum, ꝙ poſtea ſeruabatur ꝑ
ſeptem alios dies ſequentes, qui dicebatur dies azimo-
rũ, acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum dicẽtes, ubi uis paremus
tibi comedere paſcha? i. agnũ paſcalem, qui ſm̃ legem
ab oĩbus iudæis debebat comedi, & quia Xp̃s cum Apo-
ſtolis domum propriam non habebat, ideo quęrunt de
loco determinatio. Tunc Chriſtus ut habetur. Miſit Pe-
trum, & Ioannem. Petrum ut magis diligentem, Ioan- *Luc. 32.*
nem uerò, ut magis cæteris dilectum, dicens eis & dans
ſigna. Ecce introeũtibus uobis in ciuitatem occurret uo
bis homo amphoram aquæ baiulaus, ſequimini eum in
domum in quam intrat, & dicite patri familias domus.
Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſorium, i. locus ſecretus
ubi manducẽ paſcha. i. agnũ paſchalẽ cũ diſcipulis meis?
Et oſtendet uobis cœnaculum magnũ ſtratum. i. aulam
& ibi parate, ſ. neceſſaria nobis. noluit aũt Chriſtus no-
minare hoĩem ne ſm̃ Chry. iudas audiẽs ordinaſſet eũ
ibi capi, ante horã ſtatutam. Euntes ergo & inuenientes
omnia parauerunt, quæ oportebat. In quo cõuiuio ſan- *In conui-*
cto, nota tria quæ Chriſtus egit, primo agnũ paſchalem *uio tria*
comedit. ſecundo pedes diſcipulorum lauit. tertio ſacra *Chriſtus*
mentum euchariſtiæ inſtituit. Quantum ad tria ſubſe- *egit.*
quentia ſciendum ꝙ hæc fuerunt. Diſcipulorũ perturba
tio. dulcis eorũdẽ exhortatio, & gr̃arum redditio. De pri
mo habetur. Veſpere autem facto diſcumbebat cum duo *Mat. 26*
decim diſcipulis ſuis, & edentibus illis. ſ. in fine cœnæ di
xit. Amen dico uobis, quia unus ueſtrum me traditurus
eſt? Et contriſtati ualde cœperunt ſinguli dicere. Nun-
quid ego ſum domine? quaſi dicat, quamuis conſcientia
nos non remordeat de cogitatione tanti ſceleris, tu ta-
men qui noſti occulta cordium, indica, ut tantum ne-
fas impediatur. iudas autem ne tacendo, ſe ſuſpectum
oſtenderet ait. Nunquid ego ſum rabbi? Cui Chri-
ſtus. Tu dixiſti. quod non eſt intelligendum, quaſi dicat

Ff 2 tu dicis

Universidad de Deusto
Biblioteca



tu dicis ueritatem,quia tu es ille, ſic enim illum mani-
feſtaſſet aliis.Sed tu dixiſti, id eſt tu hoc dicis , ego non
dico quod tu ſis. & ſubdit. Qui intingit mecum manum
in parapſidem,hic me tradet,ue autem homini illi, ſci
licet æternæ damnationis per quem tradar ego. Melius
fuiſſet homini illi, ſi natus non fuiſſet, quia ſi mortuus
fuiſſet ĩ utero matris ad limbum deſcendiſſet,ſed natus
propter hoc flagitium non pœnitens, deſcendet ad infer
num , uel etiam quia eſſe melius eſt quam non eſſe, ta-
men non eſſe uidetur melius quam male eſſe, quia priua
ri malo habet rationem boni,ideo melius ei eſſet,ſi na-
tus non fuiſſet etiam in utero,id eſt, non fuiſſet. Ex his
tamen uerbis non fuit proditor manifeſtatus , quia om-
nes ſimul intingebant in uno catino,ubi erat ſuccus la-
ctucarum aggreſtium,ut ſalſa ſecundum mandatum le-
gis.In quo oſtenditur quod peccata occulta non debeãt
alijs intimari.Vnde Auguſti.2.q.prima ait, vnus ex uo
bis me traditurus eſt.Bene dixit ex uobis, non ex nobis.
Ex uobis enim eſt, a quibus per iudiciariam poteſtatem
confeſſus aut conuictus excluſus non eſt. a me uerò qui
nullius egeo argumentis,& omnia certiſſime noui,ſepa-
ratus & diuiſus eſt.Tale eſt ac ſi diceretur. Et ſi ego per
occulti iudicij ſnĩam damnatum habeo uos , tñ illum ꝑ
tolerantiam ſuſtinete.hæc ille. Petrus autem ( zelo ma
giſtri)ſcire cupiens proditorem,quia ſi cognouiſſet eum
occidiſſet,ait Chryſ.non audens ipſe per ſe, ſubmittit ſo
cium,ſ.Ioãnem euangeliſtam,ut quærat ab eo de prodi
tore.Cui Ioanni quærenti, quis eſſet ? Chriſtus ſubmiſſe
reſpondit,ita ut alii non auderent.Ille eſt cui intinctam
bucellam dedero.Pe.da.O incõparabilẽ uirum , profert
Chriſtus uerbum in medium,tacet totus ſenatus Apoſto
lorum Ioãnes ſolus cõſultor accedit.Dicitur autem Ioã
nes recubuiſſe in ſinu,uel ſupra pectus Ieſu, quo ad lite-
ram , quia cum iuxta eum ſtaret in menſa , uel econtra
inclinauit Ioannes caput ſuum , ſuper pectus Ieſu,ut ſe-
cretius loqueretur.Myſtice autem dabatur intelligi ſe-
cundam Bedã,quod de dominici pectoris fonte,ubi ſunt
theſau-



theſauri ſapientiæ Dei abſconditi,potãdus erat,quo eru
ctaret illud diuinum myſterium. In principio erat uerbũ
Et cũ Ieſus intinxiſſet bucellam,Iudæ porrexit. Et poſt
bucellam introiuit in eum Sathanas,non quidem de no
uo,iam enim intrauerat,ſed per nouum effectũ malitiæ,
ut quod cõceperat,executioni mãdaret per proditionẽ.
Nõ fuit bucella iſta ſacramentum , iam enim dederat, *Bucella*
ſed figura eius,qui indigne accedit. Auguſtin. de conſe. *panis an*
diſt.2.Sicut cum bucellam tradidit ei Chriſtus, non ma *fuerit ſa*
lum accipiendo,ſed male accipiendo locum dedit diabo *cramen-*
lo,ſic quiſque indigne ſumens corpus Chriſti,non effi *tum.*
cit,ut quia malus eſt malum accipit,aut quia non ad ſa-
lutem accipit nihil accipit.Dixit autem ei ieſus,quod fa
cis fac citius,q.d.Ex quo,nec miſericordiæ , nec blandi-
tiæ te a malo propoſito reuocãt,quod facis, id eſt diſpo
nis facere,ſcilicet proditionem fac citius, non ſollicitãs
ad malum,ſed deſide riũ oſtendens humanæ redẽptio-
nis.Nemo tñ diſcipulorũ(dicit Ioan.)intellexit ad quid
illa uerba dixerat,ſed quia loculos habebat iudas,puta
uerũt eũ dicere,ut emeret neceſſaria in feſto, uel egenis
aliquid daret, ubi Augu.12.q.1.habebat dominus locu
los a fidelibus oblata conſeruantes,& ſuorum neceſſita
tibus,& aliis indigentibus tribuebat. Poſt bucellã egreſ
ſus eſt iudas ad exequendam proditionem, nocte iam fa
cta.Hunc progreſſum iudæ ingrediendo,& ægrediendo
ad tractãdum proditionem, & ipſius executionem in pſ.
Si ingrediebatur,ſcilicet in domum,ut uideret, ſcilicet
aptitudinem ad opus uana loquebatur,id eſt mala,& fal
ſa murmurans de effuſione unguenti,cor eius congrega
uit iniquitatem ſibi,multas iniquitates proponendo fa-
cere,ut ſacrilegium , & alia. Egrediebatur foras ad ca-
piendum opportunitatem,& loquebatur in idipſum,id-
eſt in malum perficiẽdum. Et quia edebat panes meos
magnificauit ſuper me ſupplantationem , id eſt ma-
gnam fecit ſuper me proditionem , de qua ſupplanta-
tione Chriſtus antea loquens dixit. Amen dico uobis,
unus ueſtrum me traditurus eſt, quod fuit turbatio-

 nis

nis Apoſtolorũ occaſio. De dulci autẽ ipſorum exortatione uide à 14. Ioan. uſque ad 17. incluſiue, ubi inter alia dixit. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. i. ſecundum Aug. Nunc clarificatus eſt &c. Quia excluſo immũdo Iuda, remãſerũt ſoli mũdi cũ ſuo mundatore. q. d. Hæc eſt figura futuræ glorificationis uniuerſalis, in qua nullus malus erit, & nullus bonus exibit. Et Deus glorificatus eſt in eo. Dei gloriã perfecte manifeſtabitur, & hoc per uirtutem ſuã. De tertio, ſcilicet gratiarum actione breuis mentio fit. Vbi dicitur. Et
*Matt. 26* hymno dicto non enim fecit Chriſtus ſicut quidam dicuntur
*Exo. 22.* feciſſe. Vbi dicitur. Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. & ſequitur. Et ceciderũt in die illa, quaſi 23. milia hominum. Nec tamen ex hoc dominus fuit pacificatus, quod patet in fine capituli ubi dominus ait. Ego autem in die ultionis, id eſt finalis iudicii, uiſitabo hoc peccatũ eorum, ſed hymno dicto gratias reddidit Deo patri, dans nobis exẽplũ in refectione accepta, nos ita faciamus. Et ſic patet qd Chriſtus egerit in ſua ultima præſentis uitæ refectione, quam ideo facere uoluit cum Apoſtolis ſuis, ut ſicut præuaricatio, & peccatum Adæ inceperat a refectione Adam, dum comedit de fructu uetito, ita Chriſtus ad oſtendendum ꝙ per ſuam paſſionem illud reparare uenerat, illam uoluit a refectione inchoare. Si qua igitur fidelis anima Virginem beatam interrogauerit dicens. Quò abiit dilectus meus &cæ. Reſpondebit ad ultimam uitæ præſentis refectionem.

SEcundo abiit ad tollerandum crudelem in orto ligationem. ſicut enim habetur. Hymno dicto exierunt
*Mat. 20.* in montem oliuarum, & uenerunt in uillam quæ dicitur Gethſemani, trãſeuntes prius quendam torrentem qui dicebatur cedron, qui erat in montis oliuarum radice. Et ab hoc tranſitu torrentis cedron, Io. incipit narrationem paſſionis. In dicta autem uilla erat quidam hortus, in quo Ieſus ſolitus erat aliquando conuenire cum diſcipulis ad orandum, & docendum ſecretiora. Quod

autem



autem prædixit negationẽ Petri, hoc Matthæus, & Mar. referunt factum, poſtquam egreſſus eſt de domo in mõtem oliuarum. Lucas uero, & Io. narrant hoc factum in domo ubi cenauerant. Quod Aug. ad concordiam reducit dupliciter. Vno modo, ꝙ illi duo, ſcilicet Matthæus, & Mar. illa dixerunt per recapitulationem, ſcilicet eorum, quæ omiſerant facta in domo. Lucas autem, & Ioã. ꝑ præoccupationem, id narrando prius quod factum eſt poſtea qui modus frequentatus eſt ab Euangeliſtis. Alio modo poteſt dici, quod pluries Chriſtus prædixit negationem Petri futuram, & Petri reſponſionem præſumptuoſam, ſcilicet in domo de qua Luc. & Ioan. & poſtea iterum in horto, de qua Matthæus, & Mar. in monte oliuarũ. Circa hoc tertium nota Petri negationem, quam Chriſtus prædixit, orationem quã ter fudit, & multitudinem, quæ ad capiendum uenit. De hac captura eius prophetauit Hierem. dicens. Chriſtus dominus captus eſt ꝓ peccatis noſtris, cui diximus in umbra tua, id eſt paſſione tua obſcura uiuemus. Egreſſus igitur cum diſcipulis *Thren. 4.*
9. dixit eis. Omnes uos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta. Scandalum uocat amiſſionem fidei de eius diuinitate, in quam inciderunt uiſa eius captura, tam ignominioſa, unde & fugerunt. Confirmat autem dictum ſuũ per prophetiam Zachariæ, hoc prædicentis. Percute paſtorem, & diſpergentur oues. Loquitur propheta ad deũ *Zac. 13.*
patrem, percute, id eſt permitte, ut percutiatur paſtor. ſ. Chriſtus paſſione à Iudæis, & ſequitur ex hoc diſperſio, id eſt fuga ouium ſuarum, id eſt diſcipulorum. Euangeliſta autem uidens prophetiam, loquitur in perſona patris ad prophetam dicens. Percutiam, id eſt permittam, ut percutiatur, & ſic diſpergentur oues gregis, id eſt Apoſtoli. Sed confortans eos ſubdit. Poſtquam autem reſurrexero, ſcilicet die tertia (ut prædixerat alias, inducens figurationem, ꝙ ſtetit tribus diebus in uentre cæte.) Præcedam uos in Gallileam, apparens, ſcilicet nobis. Cui reſpondit Petrus. Et ſi omnes ſcandelizati fuerint, ſed non ego. Ieſus autem ad Simonem Petrum, qui magis

 uideba-

Universidad de Deusto Biblioteca

uidebatur de ſua uirtute cõfidere, ait. Simon ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribaret ſicut triticum, id eſt quæſiuit, & licentiam a Deo accepit, alias non potuiſſet tentationem habere commouendi, & ſeparandi uos à tritico electorum Dei. Nam ex commotione multa cribri, aliquando etiam triticum cum lolio deſcendit in terram. Ego autem (ſubdit) oraui pro te inquantum homo, ut nõ deficiat fides tua, ſcilicet finali defectione. Non enim dixit, oraui, ut non neges. Nõ ſolũ autem Chriſtus orauit pro Petro, ſed pro tota eccleſia Petro commiſſa non poteſt non fuiſſe exauditus Nunquam enim fides eccleſiæ defecit. Quãuis enim aliqui decidant a fide, ſemper tñ aliq permanent in ea. Vnde tempore paſſionis, & ſi in Apoſtolis defecit, remanſit tamẽ in uirgine matre. Et tu aliqñ conuerſus (ſubdit) cõfirma fratres tuos, cõuerſus. ſ. ad pœnitentiã de lapſu tuo. Et petrus. Domine paratus ſum tecum in carcerẽ, & in mortẽ ire. Cui Ieſus. Dico tibi Petre, quia antequã gallus bis uocẽ dederit in nocte iſta, (ut ait, Marcus) ter me es negaturus. Et Petrus. Etiã ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Non dixit Petrus mendacium, quia ſic tunc proponebat, ſed nimis præſumptuoſe loquebatur ignorans ſuã infirmitatẽ, q̃ & ieſus cognoſcens inſinuabat. Similiter, & oẽs alii dixerunt. Amb. Hæc ideo dicta ſunt ut ſciamus neminẽ iactare ſe debere. Nam & ſi Petrus lapſus eſt, qui dixit. Et ſi alii ſcandalixati fuerint, ſed non ego, quis alius de ſẽ p̃ſumat. 6. q 1. imitare. Facta eſt autem cõtentio inter eos quis eorum uideretur eſſe maior. Luca referente. huius cõtẽptionis, inquit Grego. potuit eſſe cauſa, quia audierant dñm migraturũ ab eis, unde q̃rebãt, quis poſt hoc eſſet gerens uices eius? Sed ad humilitatem eos dominus ſubito reduxit, oſtendens præſidentes animarũ, non debere eſſe, ut principantes in ſeculo, qui quærũt dominari ſubditis, ſed qui maior eſſet ille omnibus miniſtraret, dans in hoc exemplũ ſui, qui dominus exiſtens, eis ſeruierat lauando pedes. Deinde, ut ſcribit Lucas ſolus, dixit Ieſus diſcipulis. Quando miſi uos ſine ſacculo, &

pera,



pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis. Qui reſponderunt. Nihil. Et ait. Sed nunc, qui habet ſacculum, ſcilicet pro pecunia ſeruanda tollat, ſimiliter & perã, ſcilicet pro uictualibus, & qui non habet, uẽdat tunicam ſuam, & emat gladium, quaſi dicat. Nunc uſque ſine prædictorum reſeruatione habuiſti habundanter neceſſaria, me præſente. Deinceps autem quia perſecutionem patiemini, non dabuntur uobis iſta, & ideo concedo uobis, ut pro neceſſitate de his uobis prouideatis, non ſolum de uictualibus ad uiuẽdum, ſed armis ad defendẽdum cum oportet. Dixerunt autem diſcipuli. Domine ecce duo gladii hic, unus, ſcilicet qui incidat aurem ſerui, & appareat uirtus domini in ſanando, alter, qui non euaginetur, ut oſtendatur non fuiſſe factam omnem defenſionem, quæ poterat pro domino. Dixit ergo Ieſus. Satis eſt, habet eccleſia utrunque gladium. Exinde ingreſſus in ortum illum uillæ gethſemani, aſſumptis ad partem Petro, Iacobo, & Ioanne, cœpit ieſus tedere pauere, & mæſtus eſſe. Oſtendens ex hoc ueram humanitatem habere. quæ affligitur ex conſideratione pęnarum, quas ſibi paratas uidet. Vnde & dixit eis. Triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem, id eſt triſtitiam, & afflictionem ſentio mortalem. Suſtinete hic, & uigilate mecum Et quia in anguſtiis nil decentius, quam per orationem ad Deum habere recurſum, ideo recedens ab eis quantum iactus eſt lapidis, (ut ait, Lucas) procedit in faciem ſuam orans, & dicens. Pater ſi poſſibile eſt trãsfer calicem iſtum a me. Calicem appellat paſſionem, quod tripliciter exponitur. Vno modo petens, ut uirtus ſuæ paſſionis tranſiret a ſe ad omnes martyres, & patientes pro Chriſto afflictionem, ut ſcilicet merito eius daretur illis conſtantia ad ſufferendã, ſicut & ipſe habuit, & hęc Auguſt. Secundo modo, ut quia ſciebat populum illum iudæorum (pro cuius ſalute tantum laborauerat) ex ipſa paſſione propter perfidiam ſuã excecandum, & dãnãdũ, ei compatiens rogat, non, ut non bibat calicẽ paſſionis, ſed tranſeat ab illo populo, ut per alios procuretur. Hæc

*Chriſti oratio in horto.*

Ambre.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ambro. Tertio modo, ſecundum Dionyſium, & Alexan
drum. Non hoc petit, ut non adueniat ei calix, niſi enim
aduenerit transferri non poterit, ſed ut perceperat iã p̃-
ſentem paſſionem cæpit affici, & triſtari, & quaſi iã pro-
pinquante ea, dixit. Trãsfer calicem iſtum leniter, ergo
inuadentem tentationẽ flagitat pelli. Et hoc eſt non in-
trare tentationem, quod conſulit eſſe orandum. Verũta-
men nõ mea uoluntas, ſed tua fiat. Athanaſius geminũ
hic uelle oſtendit, alterum quidem humanum, quod eſt
carnis, id eſt partis ſenſitiuæ, alterum uero diuinũ. huma
nitas enim ob carnis fragilitatem recuſat paſſionem, ſed
diuinus eius affectus affectãter eam ſubiit. Hæc ille. Q̃d
ergo dicit. Non mea uoluntas, intelligitur ſecũdum in-
ſtinctum naturalem, & ſenſualitatem. Et quod addit. Sed
tua fiat. ſ. uoluntas, quæ vna, & patris, & filii, & ſpiritus
ſancti, cui omnino ſemper ſubdita erat uoluntas ſua hu-
mana, ſecundum inſtinctum rationalem. Et ut dicit ma-
giſter in 3. ſenten. Sciebat Chriſtus orationem non exau
diendum, ſed nec uolebat ſecundum rationem exaudiri
Pſ.105. nec tamen fruſtra hoc orabat. Vnde in eius pſona. Deus
meus clamabo per diẽ, & noctem, & non exaudies, non
tamen ad inſipientiam mihi, ſcilicet imputabitur, ſed ad
dãdum nobis formam, quòd in anguſtiis poſſumus pete
re licite ab eis liberari, ſi illud ſit, ſecundum uoluntatẽ
Dei. Quod ſi non audimur, debemus eſtimare Deum, il
lud non uelle, & ideo patiẽter ferre debemus. Oratione
facta reuerſus eſt, ad locum, ubi diſcipulos dimiſerat. ſ.
illi tres Petrus, Iacobus, & Ioannes, ad quos acceſſerat.
Et inueniens eos dormientes, dixit Simoni qui plenius
p̃miſerat, pro eo mori. Simõ dormis nõ potuiſti una ho
ra uigilare mecũ. Ad omnes autem etiam alios. Vigila-
te, & orate, ne intretis in tentationem, id eſt ne ſuccũba
tis tentationi. Spiritus quidem promptus eſt, id eſt rõ, &
feruor ad patiendum, & bene agẽdum, caro autem infir
ma, id eſt ſenſualitas debilis ad exequẽdum, quod dictat
ratio, & inſtigat ſpiritus. Et eos dimittẽs, iterum acceſit
ad locum ubi prius orauerat, eandem orationem fundẽs.
Et



Et reuertens ſecundo ad diſcipulos, & inueniẽs dormiẽ
tes p̃ triſtitia enim & ſomno, grauati erãt oculi eorum.
dimiſit illos, & tertio ad locum reuerſus eundem ſermo
nem orando expreſſit. Et ut dicit Lucas ſolus, apparuit *Angeli*
ei angelus de cœlo confortans eum, id eſt dicens aliqua *appari-*
uerba conſolatoria illi parti ſenſitiue exterite ex repræ- *tio.*
ſentatione ſibi facta pœnæ immenſæ, quam iam debebat
ſuſtinere. O domine dominus noſter, paſſio iſta citò trã
ſibit & ex ea fructus maximus ſequetur, redẽptio huma-
ni generis, quod tãtum dilexiſti, & reſtauratio ruine no
ſtræ, & ideo confortetur cor veſtrum. Et factus in ago-
nia. i. anxietate prolixius orabat. Tanta autem afflictio-
nem ſenſit in illa angonia, præ conſideratione paſſionis
imminentis, quod factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſan-
guinis decurentis in terram. Et cum ueniſſet poſtea ad
diſcipulos, & dormientes inueniſſet dixit dormite; iam &
requieſcite. Sufficit.; Et ut oſtendat ſe uoluntarie pati,
depoſito omni timore ait. Surgite eamus uerſus noſtros
aduerſarios, non dormiuit iudas ad proſequendam pro-
ditionem. Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo
loquente. Ecce turba,; & iudas unus ex 12. antecedebat
eos. Sciebat enim iudas locum, dicit Ioan. quia frequen
ter Ieſus illuc conueniebat cum diſcipulis. & præcipue
diebus feſtis, aliquid ſublime docens eos, quos ad capiẽ
dum magis uolebat eſſe ſemotos a tumultu populorum
& ideo ut ait Theophilus imaginatus eſt iudas quod ſo
lemnitate iam inchoata ibi eſſet cum diſcipulis ad do-
cendum. Nocte enim Ieſus extra ciuitatem manebat ſæ
pè, & ideo non acceſſit ad domum ubi eum dimiſerat.
Non uenit autem ſolus, ſed ut dicit Ioannes. accepit co
hortem, ſcilicet militum a præſide, & a pontificibus
& a phariſeis miniſtros cum lanternis, & facibus, ne ſci
licet poſſet occulte fugere, & armis ad reſiſtendum &
offendendum, ſi forte turbæ deuote ad eum uellent illũ
de manibus eorum liberare propterea duxerunt genti-
les milites, ut magis timerentur pecunia ducti. Proceſ-
ſit ergo Ieſus obuiam eis, & ait, (ut teſtatur Ioan. ſolus.)
Quem

Universidad de Deusto Biblioteca



Quem quæritis?Non hoc dixit quaſi neſciens, ſed oſten
dere uolens,quod & cum præſens eſſet,eum uidere non
poterant,uel ab aliis diſcernere . Et cum reſpondiſſent.
Ieſum Nazarenum.dixit ieſus.Ego ſum. In medio eo-
rum exiſtens ait Chryſoſt. Excecauit eorum oculos. Vt
autem dixit ieſus.Ego ſum,ad uocem iſtam omnes ceci
derunt retrorſum in terra,ſimul cum iuda . Quod ideo
fecit ieſus ( ſecundum Chry.)ut oſtenderet ꝙ nõ ſolum
comprehendere,ſed nec eum uidere poſſent,niſi ipſe cõ
cederet.Aug.Quid iudicaturus faciet,qñ iudicãdus hoc
fecit?Et nunc ubique per Euãgelium dicit Chriſtus.ſego
ſum.Et a iudæis expectatur antichriſtus ut retro redeãt
& in terram cadant,quoniã deſerentes cęleſtia,terrena
deſiderant.Iterum autem interrogauit eos.Quem quæ-
ritis?Chry.ne quis dicat,qm̃ ipſe iudæos ad hoc induxit
ut eum occiderẽt,ſeipſum in manibus eorũ tradens,ma
nifeſte eis oſtendit omnia quæ reu ocare eos ſufficiebãt.
Sed quia permanebãt in malitia,& nullam habebãt ex-
cuſationem,tunc in manibus eorum ſe tradidit.Vnde re
ſpondentibus illis ſcd̃o.ieſum Nazarenũ dixit.Dixi uo-
bis quia ego ſum.Si ergo me queritis ſinite hos abire, ſ.
diſcipulos meos quaſi dicat meipſum uobis trado.dimit
tite iſtos uſq; ad ultimã horã,ait Chry.ad ſuos dilectio-
nis cõſeruantiã oſtendens.Tunc ut ait Lu.appropinqua
uit iudas ut oſcularetur eum.Nam referente Marco de
derat eis ſignum traditor dicens . Quemcunque oſcu-
latus fuero,ipſe eſt tenete eum , & ducite caute . Dicit
magiſter in hyſtoria ſcola.quod Iacobus minor erat ual
de ſimilis Chriſto in effigie,adeò quòd qui non habuiſ
ſet familiarem conuerſationem cum eis.non ſciuiſſet di
ſcernere alium ab altero. iudas autem qui conuerſatus
erat diu cũ eis ſciebat diſcernere . Ne ergo datis ſignis
aliis de ieſu effigie caperent Iacobum loco eius . ideq
dedit ſignum oſculi.Et addit . Ducite caute,ne ſcilicet
euaderet de manibus eorum,cum tamen ſceleratiſſimus
expertus fuiſſet,quod cum uolebat,in medio eorum exi
ſtente nemo contingere poterat . Accedens ergo oſcu-





latus eſt eum dicens. Aue rabbi.Cui Ieſus. Amice ad qd
uenisti?q.d.cum te habuerim ut amicum chariſſimum,
quomodo deueniſti ad tantam offenſam? Iuda oſculo fi
lium hominis tradis ? ut refert Lu. Oſculum eſt ſignum
amoris & pacis,& tu hoc ſigno proditionẽ facis.Chry.
Non eſt diſcedendum a fratrum admonitione quam-
uis nihil propter iſta uerba eueniat,& ſi non perſuaſeris
hodie,perſuadebis forſitam cras , piſcator per totã diẽ
retia trahens uacua,ſero piſcem capit.Vnde & dominus
& ſi ſciret Iudam non conuertendum, non deſtitit face-
re quæ ſua interrerat, proprium nomen imponit dicens,
Iuda,quod magis dolentis erat & reuocantis. quam pro
uocati ad iram.Videntes autem diſcipuli quod futurum
erat.i.capturam Ieſu dicunt ſecundum Lu. domine ſi ꝑ
cutimus in glodio?ſ.ut defendamus te.Petrus autem fer
uentior cœteris non expectauit reſponſum,ſed extrahẽs
gladiũ de uagina,ſeruum principis ſacerdotum nomine
Malchum,ut dicit Ioan.percutiens , amputauit auriculã
eius dexterã.Amb.Cum legitur paſſio Dñi non ad diui
nitatem eius referimus infirmitatem corporeæ paſſionis
exciditur auricula,& exciditur a Petro.qui non eſt paſ-
ſus Chriſtum prophetam eſtimari,ſed Dei filium docuit
fideli confeſſione ſignari.24.q.1. Si Petrus. Iſte ſeruus
ut audatior cæteris,voluit extendere manus ad capien-
dum Ieſum.propter quod Petrus intendens percutere ca
put declinantis ictum abſcidit auriculam. Omnes Euan-
geliſtæ abſciſſionem hanc narrant.ſed Ioannes, & Mat-
thæus addunt reprȩhenſionem quam Ieſus fecit Petro
dicens.Conuerte gladium tuum in uaginam. Non enim
licebit prælatis eccleſiæ , uti gladio materiali, ſicut li- *Nõ licet*
cuit in ueteri teſtamento,ut patet in phinees & aliis.ſed *prælato*
gladio ſpirituali. Calicem quem dedit mihi pater , non *uti gla-*
uis ut bibam illum?id eſt paſſionem non uis,ut ſuſtineã? *dio mate*
Omnis enim qui accipit gladium,ſcilicet propria aucto *riali, ſed*
ritate & non datum ſibi à Deo, uel a lege , gladio peri- *ſpiritua-*
bit temporali,ſi iuſte iudicabitur. vel ſaltem gladio di- *li.*
uinæ ſententiæ in alia uita ſi non pœnituerit. Auguſti.

23.quæſti.4.Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiori, ac legitima poteſtate,uel iubente uel concedente in ſanguinem alicuius armatur. An putas, quia non poſſum rogare patrem meũ & exhibebit mihi,id eſt ad meam defenſionem, plus quam duodecim legiones angelorum? Legio eſt numerus ſex milia,ſexcenta ſexagintaſex continens. Et ſi vnus angelus ſolus de exercitu Senacherib occidit,in una nocte centum octogintatria milia, quid facerent tot milia angelorum. Non eſt ergo nunc tempus uindicationis, ſed humiliationis. Quomodo enim implebuntur ſcripturæ, tot, de paſſione loquentes ſi non permittam eos inferre, quia ſic oportet fieri, cum Deus hoc præordinauerit,& prænunciauerit. Lucas autem ſcribit ſolus ſauationem huius. Dixit enim ieſus. Sinite uſque huc, ſcilicet, uenire ad me. Et cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum. Non poterat ſe continere fons pietatis ab exhibitione beneficiorum etiam erga inimicos. Dixit autem ieſus ad principes ſacerdotum,& magiſtratus templi, & ſeniores. Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis,& fuſtibus comprehendere me, cum quotidie apud uos eram,& non me tenuiſtis. quaſi diceret, per experientiam uidiſtis, quòd non poſſetis me appræhendere ſi non uellem, & ideo non erat neceſſe quod ueneritis ad me capiendum, ſicut itur ad unum latronem,ne poſſit euadere. Sed hæc eſt hora ueſtra,id eſt,uobis ad me permiſſa ad capiendum, & poteſtas tenebrarum, conceſſa uobis tenebris peccatorum detentis. Et tunc iniecerunt manus in ieſum, & ligauerunt eum,ut caput ducerent. Quo facto omnes di-

*Chriſti captio.* ſcipuli fugerunt eo relicto. De iſta captione, & ligatione habetur figura. Vbi dicitur, quòd exercitus

*Hier.39.* Chaldeorum comprænhendens Sedechiam Regem Iuda,duxerunt eum ad regem Babylonis, qui multa opprobria exercuit in eum. Sic iudæi armati Chriſtum capientes duxerunt eum ad Annam inimicum Chriſti,ſibi multa approbria inferendo. Si ergo nunc quæratur a Virgine Glorioſa. Quo abiit dilectus tuus &c.

Reſpon-

Universidad de Deusto Biblioteca



Reſpondere poterit, ad tolerandum crudelem in horto ligationem.

Tertio abiit dilectus Virginis Mariæ ad plurium iudicium iniquorum præſentationem. Vbi ſciendum quod Chriſtus primo fuit ante Annam præſentatus. Secundo ad Caypham, & ibi a Petro negatus, & falſo contra eum teſtificatus. Tertio ad Pilatum,aſſignatus. Vt ergo dicit Ioann.principes ſacerdatum, magiſtratus templi, & ſcribæ uenientes, non per ſe, ut dicit Auguſti.ſed per ſuos miniſtros ad Ieſum. demũ ligauerunt eum ut latronem, & ducebant eum captum, ut credibile eſt,cum multis contumeliis,irriſionibus, & clamoribus,& percuſſionibus,habentibus eum pro inimico capitali. uia erat ſatis longa. Sequebatur autem illos quidam adoleſcens, ut refert ſolus Marc. indutus ſyndone ſuper nudum, quem miniſtri arbitrantes diſcipulum Ieſu, tenere curarent.ſed relicta eis ſyndone, nudus aufugit ab eis. Dicunt aliqui hunc fuiſſe Ioannem. Alii Iacobum minorem, ſed communior & uerior opinio eſt, quòd nullus illorum fuit, ſed quidam qui habebat habitationem ſuam in uia, per quam ieſus ducebatur, qui cum iam iuiſſet dormitum, audito rumore tranſeuntium ſurrexit, & ut citius, percipere poſſet cauſam clamorum, ſumens ueſtem lineam ſuper carnem, exiuit domum, & uidens ieſum duci captum, motus deuotione, uel curioſitate ſequebatur eos. Duxerunt autem miniſtri intrantes ciuitatem ieſum ad Annam pontificem ſocerum Cayphæ, qui cum eſſet pontifex anni illins conſilium dederat.de morte ieſu. Erant enim plures principes ſacerdotum, qui uel ſorte,uel precio ut Cayphas ſecundum Ioſephum officium exercebant ad tempus ſummi pontificis.ideo primo adduxerunt ad Annam, quod refert ſolus Ioan. Vel quia habitatio eius erat in uia, qua ibatur ad domum Cayphæ, ut complacerent in hoc utrique.Erant enim affines non ſolum carne, ſed & crimine,

Universidad de Deusto Biblioteca



mine, & ut magis excuſaretur Cayphas conſilio etiam
ſenioris ſi argueretur proceſſiſſe contra Ieſum. Petrus
autem ſequebatur a longe,& alius diſcipulus qui credi
tur fuiſſe Ioannes.Ideo a longe ſequebatur, quia time-
bat ne putaretur eſſe ex diſcipulis Ieſu, ideo à longe ſe-
cundum Ambro.quia elongabatur iam à Chriſto, men-
te paſſionis timore ductus. Ideo a longe ſecuudum Be-
dam,quia & ſic eccleſia ſignata in Petro,ſequebat̃ Chri
ſtum in paſſionibus,tamen a longe, quia Chriſti eccle-
ſia patitur pro ſuis peccatis. Chriſtus autem pro ea. &
quia nimis diſtat utraque paſſio, quantum inter iniuriá
creatoris & creaturæ.Intrantes ergo atrium Annæ pon
tificis miniſtri ſtatuerunt Ieſum vinctum ante Annam.
Intrauit autem cum multitudine illa & Ioannes,quia no
tus erat pontifici,forte quia ante diſcipulatum, cum eſ-
ſet piſcator,reſeruabat ſibi & ferebat electos piſces.Pe
trus autem non auſus eſt intrare, ſed ſocius eius Ioan-
nes acceſſit ad ancillam oſtiariam, rogans ut ſiberet eũ
intrare.Quod cum faceret,intuita Petrum dixit. Nun-
quid & tu es ex diſcipulis hominis iſtius? Nota ſecun-
dum doc.quod cauſa dominicæ paſſionis fuit prima cul
pa utriuſque parentis, Adæ,ſcilicet,& Euæ. ad innuen-
dum quòd per eam paſſionem uterque ſexus liberandus
erat. Ideo diuina diſpenſatio prouidit, ut nou ſolus ſe-
xus uirilis,ſed & mulieris ad eam operaretur. Et quod
non potuit ancilla agere in perſona Chriſti, quia uilio-
ris conditionis hoc facere curauit in diſcipulo ad negan
dum inſtigando,uel potius ut diſcipulum eſſe repertum
ad affligendum caperetur. Qui ſubito negauit dicens.
Mulier non noui illum. Chryſ. Quid agis o Petre, uox
tua repente mutata eſt, non tibi flagella, non dura tibi
ſunt illata tormenta. Nullus te interrogat, cuius aucto-
ritatem poſſis formidare. Mulier eſt quę interrogat, &
uilis ancilla, quia oſtiaria. Ambro. Ideo negauit Pe-
trus, quia promiſit incaute. Auguſti. 12. quæſtio. tertia
Non ſolum abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe
Chriſtum,ſed ille etiam qui cum ſit negat ſe eſſe Chri-

*Cauſa dominicæ paſſionis fuit prima culpa utriuſq; parentis.*





ſtianum. Dñs.n. non ait Petro. Diſcipulum meum te eſſe
negabis. Negauit ergò ipſum,cum ſe eſſe diſcipulũ ſuum
negauit. Quid aũt iſto modo,quàm ſe negauit eſſe Chri-
ſtianum? An Petrus non negauit Chriſtum,ſicut quidam
cum peruerſo fauore excuſare nituntur, quia ab ancilla
interrogatus,hominem ſe neſcire reſpondit.hæc ille. Vbi
& Glo.dicit quod licet corde credat in Chriſtum,& ore
neget. nõ excuſaretur a mortali. Et idem Thom.in ſum.
Annas uerò pontifex cępit Ieſum interrogare de doctri
na ſua, & diſcipulis, (ut ſcribit Ioan. ſolus,) & hoc non
cauſa intelligendæ ueritatis,ſed occaſione calumniandi.
ſi eſſet doctrina eius contra legem, uel quare diſcipulos
congregaſſet quaſi ſeditionem quærens. Cui Chriſtus
mitiſſime reſpondit, dicens, Ego palam loquutus ſum
mundo. Ego ſemper docui in templo, & in ſynagoga
ubi omnes iudæi conueniunt. Et in occulto loquutus
ſum nihil, quin ſcilicet eſſent aliqui præſentes, ſaltem
diſcipuli. Quid me interrogas? Interroga eos qui me au
dierunt, ecce hi omnes ſciunt, quid dixerim ego, nihil
etiam in occulto loquutus eſt, quia non ut trepidans, &
ſeditionem concitans, ut aliqui æſtimabant. Interroga
eos qui audierunt &c. q.d. ſecundum Chryſo. Quid me
interrogas de meis? Interroga inimicos meos qui mihi
inſidiantur, ſunt autem hæc uerba confidentis de eorum
quæ dicta ſunt ueritate. Hæc eſt enim ueritatis inalterca
bilis demonſtratio, cum quis inimicos inducit in teſtes.
Tunc unus ex miniſtris aſſiſtens dedit alapam Ieſu, ut
refert Ioan. ſolus. hunc dicit Chryſoſt. fuiſſe Malchum
cui Ieſus auriculam abſciſſam a Petro reſtituerat, & di-
xit: Sic reſpondes pontifici? Cui Ieſus ut agnus manſue-
tus qui portatur ad uictimam, mitiſſime reſpondit di-
cens, Si male loquutus ſum, uel reſpondens Pontifici,
uel docens in tẽplo, teſtimonium perhibe de malo. Au-
guſt. Quid iſta reſponſione uerius, manſuetius, & iu-
ſtius? Qui enim recepit alapam, nonne uellet eum qui
percuſſit aut cœleſti igne conſumi, aut terra dehi-
ſcente ſorberi, aut correptum demonio uolutari, aut

Universidad de Deusto Biblioteca



pœna aliqua alia, etiam grauiori puniri. Quid horũ per potentiam iubere non poterat, per quem factus eſt mundus. Nec tamen horum aliquid egit. Cyprianus di. 93. Dominus Ieſus rex, iudex, & dñs noſter paſſioni ſubditus, cum alapam accepiſſet nihil contumelioſe in perſonam pótificis loquutus eſt, ſed magis innocentiã ſuam tutatus eſt dicẽs, Si male loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo, quæ oĩa humiliter facta ſunt, & patienter, ut nobis humilitatis & patientiæ tribueret exemplum. Sed nota, quod dominus nõ præbuit alteram maxillam percutiẽdam, ſed potius de illata, pie reprehendens ait. Si autem bene quid me cedis? Vbi nota ſecundum Aug. quod dominus percutienti ſe nõ præbuit alteram maxillam, ſed potius prohibuit ne faceret, & iniuriam augeret, & tñ paratus aduenerat, nõ ſolũ in facie percuti, ſed etiam pro quib. hoc patiebatur crucifixus occidi. Ex hoc oſtendens, ꝙ præcepta quæ dederat de patiẽtia illa, ſ. ſi quis te pcuſſerit in dexteram maxillã, præbe illi & alteram &c. ſunt in præparatione cordis retinenda magis, q̃ opere exequẽda, ut in ſecreto teneatur animi patientia, cum beniuolentia in aperto fiat id quod eis prodeſſe uidetur. 23. q. 1. paratus. Demũ miſit cũ Annas ligatum ad ſocerum ſuum Caypham. ubi accẽſo igne in medio atrii propter frigus, Petrus introgreſſus cũ aliis ut uideret finẽ magiſtri, ne agnoſceretur eſſe diſcipulus Ieſu, & ipſe cum aliis ſe calefaciebat ad ignẽ. Quia enim iam ignis charitatis in eo erat extinctus, igne accenſo in medio ſynagogæ uitiorũ, ad illum Petrus ſe calefaciebat. Intuita autem eũ alia ancilla, dixit aſtantibus. Et hic de illis diſcipulis eius eſt. Cuius uerbis moti ſunt audientes ex quibus unus dixit, Vere & tu ex illis es. Petrus autem ſecũdo negauit dicens. O homo non ſum. Et quamuis Petrus intenderit dicere ꝙ nõ eſſet diſcipulus Ieſu, tamen uerum dixit, ſecũdum alium ſenſum, quia, ſcilicet non habebat eſſe ſpirituale. Et aduertendum quod Ioannes ponit Petri negationẽ primam factam in domo Annæ, & tunc primo gallus cantauit. Sed alii euangeliſtæ de-





ſcribunt omnem trinam negationem factam in domo Cayphæ. Quod dici poteſt ideò ſic enarraſſe, quia illi tres Euangeliſtæ, non curarũt mentionem facere de præſentatione Ieſu coram Anna, quia extraordinaria erat, cũ non eſſet ſummus pontifex, qui haberet diſcutere cauſam, ſed ad complacentiam utriuſque ut affinium fecerunt tanquam pro uno iudicio habentes, uel quia ambo ſimul fuerunt ſummi pontifices pro illo anno, & ſi contra legem. Vnde quilibet habebat cauſam diſcutere, & pro uno tribunali habebatur. Et ideò in domo Cayphæ, ubi terminata fuit omnem illam negationem, referunt factam. Poſt puſillum autem, quod puſillum quantũ foret, Lucas expreſſit dicens, Interuallo facto quaſi unius horæ, cum quidam dicerent, Vere tu ex illis es, nam & Gallileus es, loquela tua manifeſtum te facit. Non quod diuerſum eſſet ydioma Galileorum a iudæis. nam unũ, ſcilicet hebraicum erat cõe eis, ſed erat differens modus pronunciandi, ſeu accentuandi, ſicut inter Senenſes & Florentinos. Et cum Petrus uellet ſe excuſare, dixit cognatus Malchi, cui Chriſtus auriculam ſanauit: Nonnè ego te uidi in horto cum illo, quando apprehendimus eum? Tunc Petrus, ut magis ſibi crederetur cępit iurare, & anathematizare, & deteſtari quod non nouiſſet illum. Et continuo gallus ſecundo cantauit. Vbi plura myſteria. Et primo quia iſta negatio Petri ſignat offenſam mortalem cuiuslibet de eccleſia. Nam ut dicit Hieron. Quotiens uincimur uitiis atque peccatis, totiens Deum negamus. 11. q. 3. extimant. Trina negatio ſignificat offenſam tripharíam, cordis, òris & operis. Quæ negatio offenſæ ad inſtigationem ancillæ, & uitiorũ, ideſt ad ſuggeſtionem, uel incitationem ſenſualitatis & dæmonum per ſe, uel perſuaſionem malorum uirorum. Ad cantum galli Petrus recognoſcit exceſſum ſuum, non primũ ſed ſecundum cantum, quia ad prædicationem, uel admonitionem bonorum non ſolum ad aures, ſed ad mẽtem attingentem pctõr compungitur, & pęnitet. Secundo ſciendum ſecundum Greg. in omel. ꝙ omnipotens Deus, eum

Universidad de Deusto Biblioteca

quem cunctæ eccleſiæ præeſſe diſpoſuerat, ancillæ uocẽ pertimeſcere, & ſe negare permiſit. magnæ utiq; diſpẽſatione pietatis, ut futurus paſtor eccleſiæ in culpa ſua diſceret, qualiter aliis miſereri deberet. di. l. cõſiderãdũ. Cõuerſus aũt dñs (ait Lu.) reſpexit Petrũ. quaſi diceret. Recognoſce peccatũ. ubi & eius immẽſa pietas oſtenditur, ut inter illuſiones & tortores poſitus, quaſi ſuarũ pœnarũ oblitus, Petri lapſum dolẽs reſpicit, ut defleat. Quem tñ reſpectũ & conuerſionẽ Aug. magis dicit intelligẽdũ de cõuerſiõe, & reſpectu ſpũali diuinæ miſerationis, qua dr̃ per prophetam. Conuertere dñe & eripe aĩam meã. & illud, Reſpice in me &c. quam de corporali reſpectu. Et egreſſus Petrus foras fleuit amare. Cũ bonis & diſcipulis cõuerſans cõfeſſus eſt Chr̃um filium Dei. Inter malos ſe reperiens iudæos, ipſum negauit, negatione ſegregatus a malis, fleuit. Et nocte illa miniſtri iniquiſſimi, q tenebãt eũ, ſ. ligatũ, multipliciter uexauerũt iuxta illud, Caſtigatio mea in matutinis. Nam ut dicit Lucas, illudebãt ei cedentes, & uelauerunt eum, & percutiebant faciẽ eius dicentes, Propheriza nobis Chriſte, quis eſt, qui te

*Patientia Chriſti.*

percuſſit? O ineffabilis humilitas & patientia Ieſu Chriſti. O inenarrabilis crudelitas iudaici populi, faciem illã plenam omnium gratiarum, ſputis deturpare nõ uerentur, in quã deſiderãt angeli proſpicere. Caput illud gazophilatium theſaurorum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, percutientes affligunt. Oculos dñi lucidiores ſole, & pietate plenos, uelis operuerunt, aures quæ audiũt organa ſanctorum, & thronos Angelorum, cõtumeliis & blaſphemiis malignorum plenæ ſunt. Vnde & ipſe Lu. dicit. Et alia multa blaſphemãtes, dicebant in eum. Mane autem facto, tempeſtiue cõuenerunt oẽs principes ſacerdotum, & ſeniores plebis, & ſcribæ in concilio, quærentes falſum teſtimonium contra Ieſum, ut eum morti traderẽt, & non inueniebant, Demum uenerunt duo falſi teſtes, (ut refert Mat. & Mar.) qui dixerũt. Nos audiuimus, quia hic dixit. Poſſum deſtruere hoc templum manu factum, & in triduo reædificare aliud non manufactum. Et





non erant conuenientia teſtimonia eorum. Et merito, quia hoc nunquam dixerat, ſed dixerat. Soluite tẽplum hoc, i. ſolueris templum hoc, & in triduo excitabo illud, loquens de tẽplo corporis ſui, nõ de illo Salomonis tẽplo. Et ſurgens principes ſacerdotum, ſ. Cayphas dixit, Nihil rñdes ad ea, quæ iſti teſtificantur contra te? Ieſus aũt tacebat, ſciens, quia non cauſa inueniendi ueritatem ſed calũniãdi interrogabat, & dixerunt quidã alii ex primioribus. Si tu es Chr̃s dic nobis? Et Chriſtus reſpondit (ut refert Lu.) Si dixero uobis, nõ creditis mihi. Si interrogauero non reſpõdebitis mihi, ueq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoĩs ſedens a dextris uirtutis Dei, q. d. quia iniuſte iudicor, & ex hoc dabitur mihi ptãs mundũ iudicandi. Et quia non aperte dixerat ſe eſſe filium Dei, ſurgẽs princeps ſacerdotum motu corporis indicãs inſaniem mentis ait ut refert Mat. & Marc. Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus, filius Dei benedicti. Ieſus aũt & ſi non teneretur reſpondere, quia ſuperior ſuus non erat. Vnde & grauiter peccauit ſic eũ adiurando, tñ ob reuerentiam noĩs Dei inuocati, rñdit, Tu dixiſti, quia filius Dei ſum ego. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit ueſtimenta ſua dicens, Blaſphemauit. Quid amplius egemus teſtibus? Ecce omnes audiſtis blaſphemiam. Quid uobis uidetur? Reſponderunt omnes Reus eſt mortis. Et ſi iſti peſſimi erant, & falſo mouebantur dicentes, Ieſum blaſphemare, cum diceret filium Dei, in quo dicebat ſummam ueritatem, tamen ita horrebant Dei blaſphemias, quod non poterant patienter audire, ſed iudicarent talem reum mortis, & ueſtimenta ſua ſcindebant in ſignum deteſtationis. In quo etiam figurabãt ſacerdotiũ iudeorũ deſtruendũ, ut dicit Gratianus. 2. q. 7. Tunc ipſum Ieſum conſputũ, & colaphizatũ, uinctũ duxerunt ad Pilatũ. Iudas aũt traditor uidẽs Ieſum morti adiudicandum, pœnitentia ductus, ut refert Mat. retulit triginta argenteos principib. ſacerdotũ, & ſenioribus dicens, Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi. Quid ad nos? tu uideris. q. d. Si malum feciſti,

Universidad de Deusto Biblioteca



tu ſubeas pœnam. Augu. Iudas qui pęnitens iuit ad pharisceos, reliquens apoſtolos nihil inuenit auxilii, niſi augmentum deſperationis. Dixerunt enim. Quid ad nos? tu uideris. Si peccaſti tibi ſit. Non tibi ſuccurimus, non peccata tua charitatiue ſuſcipimus, nec qualiter deponas onus docemus. Quid nobis eſt miſericordiæ, qui nec opera ſequimur iuſtitiæ? Iſſet ad fratres, iſſet ad illos qui orauerunt pro ſocru Petri febricitante, qui chananeam improbam miſericordiæ obtulerunt. Interrogaret Petrū pro ſe effudentē lachrimas, non fugiſſet Mariā & martham, quæ uitam Lazaro impetrarant, iuit ad diuiſos, ſcilicet phariſeos, & diuiſus periit. de pe di. 6. c. 1. Et proiectis. 30. argenteis in templo, abiens laqueo ſe ſuſpēdit Et dicitur act. 1. ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia uiſcera eius, & notū factum eſt uerbum iſtud omnibus habitantibus Hieruſalem. Hiero. de di. 3. Nihil ꝓfuit Iudæ egiſſe pęnitentiam, per quam ſcelus corrigere non potuit. Si. n. frater peccat in fratrem, ut emēdare ualeat. poteſt ei dimitti. ſi opera permanēt, fruſtra aſſumitur pœnitentia, hæc ille. Item Leo Papa. Scelerarior omnibus Iuda oībus, & infœlicior extitiſti, quem nō pœnitētia reuocauit ad deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum &c. de pœ. di. 3 Principes aūt ſacerdotum ſumptis argenteis dixerunt. Non licet mittere, i. remittere in corbonam. i. locū oblationum, quia præcium ſanguinis eſt. Et cōſilio inito, emerunt ex eis agrum figuli in ſepulturam ꝑegrinorum, uolentes crudelitatem ſceleris cooperire ſub operepietatis, ſ. emptionis agri ꝓ ſepultura. Sed ne lateret mundum ſcelus eorū, factum eſt Deo diſpenſante, quòd ager ille emptus, uocatus ſit Acheldemach, qđ latine ſonat, ager ſanguinis. In quo facto oñdit euangeliſta Mat. prophetiam Hieremiæ impletā, qua dr̄. Acceperūt, ſ. princeps ſacerdotū, tringinta argenteos præciū appreciati? i. qui triginta argentei fuerūt pręcium Chriſti appreciati quos appreciauerunt, id eſt precio obtulerunt ipſi iudæi acceperunt autem a filiis Iſrael, id eſt a Iuda, qui fuit de filiis Iſrael, ponitur pluralis pro ſingulari, cum proiecit





iecit eos in templum, & dederūt eos in agrum figuli, ſcilicet pro emendo agro, pro ſepultura peregrinorū. Hæc prophetia pro parte etiam habetur Zach 13. c. Si quis ergo quærat a uirgine glorioſa. Quo abiit dilectus tuus &c. reſpondere poterit, ad plurium iudicum iniquorum præſentationem.

QVarto abijt dilectus Virginis Marię, ad cauſę innocentis puerſam deciſionē. Circa quod ſciendum, quòd adducunt miniſtri iudæorum Ieſum a Caypha in prætorium, erat autem mane, & ipſi non introierunt in pætorinm, ut non contaminarentur, ſed mānducarēt Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras. prætorium dicitur ſedes id eſt locus ad dandā ſententiam, & eſt loquutio obſcura, quia cum dicitur quòd iudæi non introierunt in prætorium, uidetur loqui de ꝑtorio Pilati, in cuius domum, quia gentilis erat, intrare in illa ſolēnitate extimabant ſe cōtaminari. i. immūdos fieri. Sed quomō prius dicitur. ꝙ adduxerūt iudæi Chriſtū in ꝑtoriū a Caypha? Hoc aūt Aug. ſic concordat, quia in domo Cayphę, quę lata & ſpatioſa erat, & prætorium Cayphæ iudicātis de quibuſdam. Et in alia parte domus erat & ꝑtoriū pilati, iudicātis ēt in cā ſāguinis. Et ſic de uno ꝑtorio. ſ. cayphę ductus fuit ad aliud. ſ. pilati. vel ꝙ Cayphas dimiſſo Ieſu in palatio ſuo, acceſſit ad domū pilati ꝓ aliqua informatione, q tamē cū ſuis noluit introire in ꝑtoriū eius, quia gētilis ſed Pilatus exiuit ad eū & ſocios, & demū reuerſus Cayphas ad Palatiū ſuū, miſit Ieſum uinctū ad Pilatū. Exiens ergo Pilatus ad eos ait, Quā accuſationē affertis aduerſus hoīem iſtum? At illi (ut refert Ioan.) Si nō eſſet hic malefactor, nō tibi tradiſſemus eum. Quibus Pilatus. Accipite eum uos, & ſecūdum legem ueſtrā iudicate eum. ſ. ex quo non exprimitis mihi maleficium ſuum. Cui reſponderunt. Nobis non licet interficere quēquā. Cū enim eſſent Romanis ſubditi, nō hēbāt iudæi cām ſauguinis, ſed ꝑſes quē mittebāt illuc Romani ad regendū eos. Et tūc erat oilatus poſitus ꝑſes ꝓ Romanis. Dixit ergo eis Pilatus. Quid mali fecit iſte?

Io. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca



iſte?At illi explicauerunt dicentes ſecũdum Lucã. Hunc
inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, prohibẽtem
tributa dari Cæſari,& dicentem ſe Chriſtum regem eẽ.
Quæ omnia falſa erant, non enim gentem ſubuertebat,
quærens ſibi gentem congregare ad ſeditionem, ſed cõ
uertebat ad ſalutem inducens humilitatem,& ſubiectio-
nẽ. Nec prohibuit cẽſum uel tributũ dari Cæri,ſed pro-
poſita ſibi qõne a quibuſdã ſup ea re rñderat, Reddite q̃
sũt Cæſaris Cæſari. Neq; ſe regẽ faciebat, ſed cũ uoluit
eũ populus ſatiatus ab eo ex quĩq; panibus ordeaceis, &
duobus piſcibus,facere regẽ, fuit,& pauper cum pauperi
bus & mitibus incedebat. Pilatus ergò duabus primis
obiectiõibus omiſſis,ut friuolas,& falſas reputãs,intrãs
ꝑtoriũ q̃ſiuit a Ieſu de tertia,dicẽs. Tu es rex iudæorum?
Cui Ieſus ut refert Io.ait, A temetipſo hoc dicis,an alii
tibi dixerunt de me.ſ.q, ſim rex iudæorum?Ad quẽ Pila
tus,Nunquid iudæus ſum ego.Gens tua & pontifices tui
tradiderunt te mihi. q.d. Ego non ſum iudæus,ut ſciã cõ
uerſationem tuam,ſed iudæi qui ſciunt facta tua, dede-
runt te in manus meas,quid ergò feciſti propter quã cau
ſam te ita uictum duxerunt ad me ut reum,tu explica. At
Ieſus ad eum. Regnum meum(ut narrat ſolus Ioannes)
non eſt de hoc mundo. q.d. Non me habeo ut rex tempo
ralis,nec mihi uſurpo dignitatem regalem, ut gens mea
impoſuit,ſed ut pauper & mendicus & abiectus incedo.
Si enim regnũ meum eſſet de hoc mũdo , miniſtri utiq;
mei decertarent,ut non traderer iudæis,pugnarẽt enim
pro me,& defenderent ne præualerent contra me. Nũc
autem regnum meum non eſt hinc. Regnum enim ſpiri-
tuale uirtutum,quod perducit ad regnum æternum,erat
quod nobis quærebat,& pro quo nobis cõferendo patie
batur. Quãdo Pilatus interrogauit eum,quid feciſti?Po
terat reſpondere Ieſus. Quæ ego feci in populo iſto iſta
ſunt. Eduxi patrem eorum Abraham,de ur chaldeorum
Ego protector eius,& Iſaac & Iacob,fui ubicunque am
bulauerunt,ego Ioſeph in egyptum præmiſi ad ſuſtentã
dum eos tempore famis in ægypto, quaſi dominum con
ſtituen-

*Beneficia Dei Iudæis collata.*



ſtituendo. Ego de dura ſeruitute Pharaonis eduxi,flagel
latis multipliciter ægyptiis, & demum ĩ mari ſubmerſis
Ego populum iſtum ut peculiarem elegi ex cunctis natio
nibus,dando eis legem meam. Ego 40. annis manna per
deſertum cibaui. Ego in terram promiſſionis adduxi ex
pugnatis habitatoribus terræ illius &c. Demum ego ex
eis carnem aſſumens, inter eos humiliter conuerſatus
ſum. Ego omnibus beneficia contuli,innumeras ſanitates
perficiens. Cæcis uiſum,claudis greſſum,ſurdis auditũ,
loquelam mutis. munditiam leproſis,uitam mortuis re-
ſtitui,peccatoribus donaui indulgentiam,meſtis lætitiã,
plurimis gratiam, ignorantibus ſapientiæ doctrinam.
Hæc ſunt Pilate quæ feci,de quibus poſſunt me accuſare
ſi digna ſunt iſta, Tunc dixit Pilatus. Ergo rex es tu.ſ.ex
quo regnum habeas, & ſi non de hoc mundo?Cui Ieſus,
Tu dicis,ſcilicet ueritatem , quia rex ſum ego. Et meri-
to,habet enim omne dominiũ,& ſuper omnia cui flecti-
tur, omne genu cœleſtium terreſtrium & infernorum.
Ego in hoc natus ſum,ſubdit,& ad hoc ueni in mundũ,
ut teſtimonium perhibeã ueritati, repræhendẽdo uitia,
confutando errores. Et quia ueritas odium parit, Ideo
iudæi nolẽtes uitia eorum argui, ex odio mortem eius
procurarunt. Omnis qui ex ueritate,id eſt,cui placet ue
ritas,ſeu qui eſt ex Deo per gratiam genitus,qui eſt ue-
ritas,audit uocem meam,obſeruando meam doctrinam
ueriſſimam. Cui Pilatus, Quid eſt ueritas?Non expecta-
uit Pilatus reſponſionem,anhelans ad liberationem eius
Sciebat enim( dicit Mat. & Mar.) quòd per inuidiam
tradidiſſet eum. Exiuit ergo ad eos Pilatus,dicens, Ego
nullam cauſam mortis inuenio in homine iſto. At illi
clamauerunt dicentes, Commouit uniuerſum populum
ſcilicet ſeditiones faciens,& congregans ſibi gentes ad
rebellandum,docens a Galilea uſque huc, ſcilicet in iu-
dæam. Pilatus audiens Galileam nominare,ut refert Lu.
interrogans & percipiens quòd Galileus eſſet,id eſt,nu-
tritus & conuerſatus in Galilea, miſit Ieſum uinctum
cum accuſatoribus ſuis ad Herodem regem Galileæ,qui
uenerat

Universidad de Deusto Biblioteca



uenerant tunc hyeroſolymam ad ſolemnitatem illam,
tanquam pertinentem ad iuriſditionem ſuam , & iudi-
cium ut ſubditum ſuum. Herodes autem uiſo Ieſu co-
ram eo adducto,gauiſus eſt ualde,cupiebat enim diu ui
dere,eo quòd multa audiſſet de eo , & ſperabat aliquod
ſignum uidere fieri ab eo.Stabãt autẽ & principes ſacer-
dotum ante eum,in multis accuſantes eum.Interrogauit
autem eum herodes de multis, qui ad nihil eorum reſpõ
dit,& hoc quia non cauſa ueritatis , ſed curioſitatis illa
quærebat. Quod cernens Herodes,ſpreuit eum cũ exer-
citu ſuo,& ut inſanum indutum ueſte alba linea,remiſit
illum ad Pilatum. Ex hac delatione honoris quam fecit
Pilatus Herodi, facti ſunt amici ad inuicem Herodes &
Pilatus,qui antea inimici erant.Hæc inimicitia contra-
cta erat,quia Pilatus uidebatur perturbaſſe iuriſditionẽ
Herodis,ex eo quòd occidit quendam Iudam Galileũ,
qui multos ſecum adunauerat quaſi principem ſe faciẽs
populi Iudæorum,dum in monte quodam ſacrificiis iſi-
ſterẽt.Remiſſo igitur Ieſu ad Pilatum,dixit Pilatus,Ob
tuliſtis mihi hunc hominem , quaſi ſubuertentem popu-
lum,& ecce coram uobis interrogans,nihil inuenio cau
ſæ in eo,ex his in quibus accuſatis eum,ſed neque Hero
des, nam remiſit eum ad nos , & ecce nil morte dignum
actũ eſt ei, emendatũ ergo illum dimittam . At illi cla-
mabant dicentes,Crucifige crucifige eum.Pilatus igitur
exiſtimãs quòd ſi faceret Ieſum flagellari acriter,Iudęi
moti compaſſione non aliud pœnæ , uel puntionis quæ-
rerent de eo. Appræhẽdit ergo Pilatus Ieſum,& flagella
uit,ut refert Ioã.Et flagellationem iſtam fuiſſe diutinã
oſtendit Pſalmus.dicens in eius perſona.Fuit flagellatus
Eſa. 53. tota die,id eſt in magna parte diei.Diſciplina pacis no-
ſtrę ſup eũ,& liuore eius,ſcilicet ex percuſſionibus diris
ſanati ſumus.Flagellatum autem Pilatus adducit eũ fo-
ras dicens.Ecce homo.q.d.nonne uidetur uobis ſufficien-
ter caſtigatus?At illi clamabãt,Crucifige, crucifige eũ,
Et ille,Ego nullam cauſam mortis inuenio iu eo,Eſt au
tem uobis conſuetudo ut dimittam uobis unum ex uin-
ctis,



ctis,ſcilicet morte dignum. Hunc enim morem introdu
xerant iudæi,ut,ſcilicet in memoriam beneficii recepti a
Deo in tali ſolemnitate, ſcilicet liberationis ipſius popu
li de morte primo genitorum,& de ſeruitute egyptiaca
mortifera,unus ex malefactoribus captis morte plecten
dus liber donarẽt populo,alii ad mortem iudicarentur
quã mortem Romani praſides eis ſeruabant. Dixit ergo
eis Pilatus.Quẽ uultis ex duobus dimitti,Ieſum qui dici
tur Chriſtus,ab Barrabam?Hic Barrabas latro erat(ſe-
cundũ Io.) ſecũdum alios & homicida , qui in ſeditione
fecerat homicidiũ. At principes ſacerdotum perſuaſerũt
turbis,ut peterent Barrabam.Clamauerunt ergo omnes
dicẽtes.Nõ hunc,ſed Barrabam.Dixit eis Pilatus,Quid
igitur faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus?At illi,Cruci
ficat.Dixit eis Pilatus,Accipite eum uos & crucifigite.
Ego enim nullam cauſam inuenio in eo.At illi, Nos le-
gem habemus, & ſecundum legem noſtram debet mori,
quia filium Dei ſe fecit.Videnteſque quòd Pilatus tẽde
bet ad liberationem eius,dixerunt,Si hunc dimittis non
es amicus Cæſaris.Omnis enim qui ſe regem facit con-
tradicit Cæſari.Pilatus autem hæc audiẽs magis timuit
ſed timore tamẽ mũdano,ne,ſcilicet incurreret indigna
tionem Cæſaris ſi accuſarẽt,& dignitate illa priuaretur.
Iterum ergo introiuit Pilatus prætoriũ, & interrogauit
Ieſum. Vnde es tu? Ieſus autem reſpõſum non dedit. Cui
Pilatus mihi non loqueris.Neſcis quia poteſtatẽ habeo
crucifigere te, & dimittere te, At Ieſus ait.Poteſtatẽ nõ
haberes ĩ me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.ſ.Deo
permittẽte. Propterea qui me tradit tibi,maius peccatũ
habet,quaſi diceret. Et ſi Deo permittẽte hoc agas,non
tamen excuſaris a peccato,me condemnando,cum tuip-
ſe dicas,quia habes poteſtatem dimittendi,& iam cõfeſ-
ſus es publice, quia non inueniſti cauſam mortis, & ta-
men non dimittis,peccatum tamen tuum non eſt ita gra
ue,cum ex infirmitate procedat,ſicut iudæorum,qui me
tibi tradiderunt ad mortẽ,cũ procedat ex malitia. Pila-
tus ergo uidens quia nihil proficeret,ſed magis tumul.
tus

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus fiebat uocibus magnis poſtulantibus, ut crucifigere-
tur, dimiſſo eis Barrabam ut poſtularant, duxit foras le
ſum, & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur lichoſtra
tos. Hebraice gabatha. Erat autem paraſceue Paſchæ
hora quaſi ſexta. Mar. autem dicit, quòd hora tertia cru
cifigerunt eum, quam ſuperficialem diſſonãtiam. Augu.
de pœ. diſt. 1. periculoſe. ſic reſoluit, quia uidelicet Chri
ſtus hora tertia crucifixus eſt linguis, ſcilicet iudæorum
hoc petentibus, quod ſcribit Mar. ſed actualiter & mani
bus gentilium, hora ſexta crucifixus eſt, prout refert. Io.
Sedente autem pro tribunali Pilato, miſit ad eum uxor
ſua (teſte Matthæo) dicens. Nihil tibi & iuſto illi, ſcilicet
commune, quaſi dicat. Vide ne feras ſententiam contra
eum. Nam & multa paſſa ſum iſta nocte per eum, ſcili-
cet terribiles uiſiones, & comminationem. Creditur ꝙ
quia diabolus cœpit perpendere Ieſum eſſe redemptorẽ
humani generis, & uirtutem crucis, quia ſentiebat patres
limbi iam exultare, pro ſua quam expectabant in libera
tione, ideò tentabat impedire. Et ideò in ſomnis immi-
ſit uiſiones uxori Pilati comminatorias malorum, quæ
Pilato euenirent, ſi ipſum condemnaret. Vt his auditis
Pilatus ſe retraheret, ſed non ualuit aliquid efficere.
Nam Pilato dicente. Ecce Rex ueſter, quaſi deriſorie,
clamauerunt illi. Tolle tolle crucifige eum. Quibus
Pilatus. Regem ueſtrum crucifigam? At illi. Non ha-
bemus regem niſi Cæſarem. Pilatus ergò ut dicit Mat-
theus, accepta aqua coram poeulo lauit manus ſuas di-
cens, Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius, quaſi
dicat. Ego quantum eſt ex me, non condemno eum,
ſciens eſſe iuſtum, ſed importunitas ueſtra, me cogit ad
condemnandũ, uos uideritis. Sed certe hoc non ex-
cuſauit eum, quia nunquam iudex propter quodcunque
malum, uel ſcandalum euitandum, debet innocentem
condemnare, contra ordinem, & formam iuris, ut hic ac
cidit. Clamauit autem populus. Sanguis eius ſuper nos
& ſuper filios noſtros, quaſi dicat. Si tu in hoc peccas,
pœna hujus peccati, & uindicta, ueniat ſup nos, & filios





noſtros. Quæ imprecatio utique accidit eis. Nam in pu-
nitione tanti ſceleris Hieruſalem capta fuit, & innume-
ris milibus hominum mortuis, ferro, peſte, & fame, qui
remanſerunt uenditi ſunt in ſeruos, & diſperſi per orbẽ.
Forma autem huiuſmodi condemnationis prout pie cõ- *Sentẽtiæ*
templari poſſumus talis fuit. Ieſu Nazarene tuum ge- *forma.*
nus te reprobauit, regem te feciſti contra Imperatorum
ſtatuta, filium Dei te nominaſti contra legis iudæorum
mandata, tributum Cæſari dare prohibuiſti, contra eius
imperia, ſeditionem in populo concitaſti in maxima
communitatis diſpendia. Ideò morti te adiudico, & *Sentẽtia*
inter duos latrones te iubeo crucifigi. O quàm iniqua *iniuſta*
eſt hæc ſententia crudelis & iniuſta de qua dicitur. Cau- *eſt & ini*
ſa tua quaſi impii iudicata eſt, iudicium cauſamque reci *qua.*
pies. Cauſa quidem Chriſti iudicata eſt a Pilato, quaſi *Iob 36.*
in pij, & peius quàm impij, quia ſi latro uel homicida a
curia capitur, non condemnatur niſi prius fiat proceſſus
ordinarius datis terminis, & dilationibus ad probandum
& reprobãdum increpandum, uel excuſandum, ſed Chri
ſtus abſque proceſſu ordinario condemnatus eſt, de qua
condemnatione ait. Aſtiterunt reges terræ & principes, *Pſ. 2.*
ſcilicet Annas, & Cayphas conuenerunt in unum, aduer
ſus dominum & aduer. Chriſtum eius. Si quis igitur bea
tam Virginem interrogare uoluerit. Quo abiit dilectus
tuus? ſtatim reſpondere poterit di. Abiit ad cauſæ inno-
centis peruerſam deciſionem.

QVinto abiit dilectus Virginis Marię ad ſñiæ mor
tis in crucis patibulo executionem. Data itaque
ſententia contra Ieſum ut crucifigeretur, mili-
tes præſidis congregauerunt circa eũ uniuerſam cohor-
tem, teſte Mattheo, & exuentes eum ueſtimentis ſuis,
chlamidem coccineam circundederunt ei. ſ. rubei colo-
ris, quaſi purpuream ueſtẽ, & plectẽtes coronã de ſpinis,
impoſuerũt capiti eius loco coronæ. Hæc corona ſeu ſer *Corona.*
tum dr̃ fuiſſe de ſpinis duris, & oblongis quæ perforabãt
caput ſuũ uſq; ad cerebrũ, dederuntq; ei arundinẽ in ma

Universidad de Deusto Biblioteca



nu eius,& percutiebant caput eius. Demum poſt illas cõ
tumelias,& illuſiones,exuta chlamide coccinea, & ueſti
mentis proprijs indutus , ducebatur ad locum Caluariæ
ſociatus duobus latronibus, condemnatis etiam ad cru-
Eſa. 53. cem pro ſceleribus ſuis , impletur prophetia . Cum ini-
quis deputatus eſt. Et baiulans ſibi crucem ſecundum fi-
guram Iſaac,qui ligna portauit in humeris,ſuper quibus
fuit extentus ut occideretur , & in dicto loco ut dicit
Chry. in quo & Ieſus crucifixus eſt, ibi non filius Abra-
hæ , ſed aries habens caput ſpinis inhærens occiſus eſt,
quia nõ filius Dei patris, ſed humanitas dux eccleſiæ ſpi
nis coronata mortua eſt. Et baiulãs ſibi crucẽ Theophi.
Eſa. 9. hic adimpletur illud. Factus eſt principatus ſuper hume-
rũ eius,principatus.n. Ieſu crux eſt, propter quam Deus
exaltauit eũ ſecũdum apoſtolũ. Et ſicut in ſignũ dignita
tis alij portãt baltheũ,alii mitrã,ſic Chriſtus crucem, &
ſi inquiras inuenies , non aliter in nobis regnare Ieſum
niſi ꝑ aſperitates,quo fit ut delitioſi inimici ſint Chriſti,
uerũ qa debilitatus Ieſus,flagellis & ſpinis,ac uigiliis no
ctis,quibus fuerat afflictus tarde incedebat cũ cruce.ti-
mẽtes iudęi ne iſta tarditate Pilatus quẽ uiderãt quaſi ĩ
uitũ ferre ſnĩam,eã reuocaret, & uitæ donaret,inuenien
tes in uia quẽdã nomine Simonẽ Cyreneum,uenientem
de uilla p̃rem Alexãdri & Ruffi.ut referunt Mat.& Mar.
hunc angariauerũt portare crucem Ieſu,ut citius ambu
lare poſſet. Portabat autem Simon Crucem poſt Ieſum,
quia ſecũdum Amb. congruum erat, ut prius ipſe crucis
tropheũ erigeret , poſtea illud martyribus traderet eri-
gendũ. Nec iudæus eſt iſte Symon,ſed alienigena & pere
grinus,quia Cyreneus,nec ante,ſed poſt Ieſũ portat cru
cẽ,gentilis enim populus,nõ iudaicus,ſequitur crucem,
& fert eã implẽs illud. Tollat crucem ſuam & ſequatur
me. De uilla ueniẽs crucẽ amplectĩt,cũ paganis ritibus
derelictis ait Beda. ueſtigia Chriſti ſequitur. Villa cũ La
tine,pagos Græce dr. Vnde dicti ſunt pagani. ſ. a pagos.
Simon interpretatur obediẽs, quia obedit diuinis præce
ptis . Sequebatur autem eum multitudo magna mulie-
rum



rum populi,quæ ex deuotione ei compatientes,plangẽ-
bant , & lamentabantur illum . Ieſus autem conuerſus
ad eas,ut refert ſolus Luc. conſolatus eſt eas dicens, Fi-
lię Hieruſalem, nolite flere ſuper me moriturum , quia
ſcilicet mortem cito reſurrectio glorioſa diſſoluet,& ip
ſa mea mors mortem ipſam, & mortis auctorem diabo-
lum deſtructura eſt,inquit Beda. Sed ſuper uos ipſas fle-
te,& ſupsr filios ueſtros. ſ. propter mala quæ uentura sũt
uobis . Quoniam ecce uenient dies , in quibus dicent ,
beatæ ſteriles & uentres, quę non genuerunt , & ubera
quę non lactauerunt . Quod dicit propter obſidionem
futuram a Romanis, in qua ad tantam calamitatem fa-
mis deuenerũt,ut matres aliquæ comederent filios pro
prios . Tunc incipient dicere montibus , uidentes ſe , in
tantis anguſtiis . Cadite ſuper nos,& collibus cooperite
nos. Beda. Refert enim Ioſephus , Romanis inſiſtenti-
bus iudæos cateruatim petiſſe montium , & collium ca-
uernas ad euadendum . Quia ſi in uiridi ligno hoc fa- *Si in uiri*
ciunt,in arido quid fiet? id eſt , ſecundum Theophil. Si *di ligno.*
in me, qui ſum lignum uiride per uirtutem faciens fru-
ctum, Romani hoc faciunt,quid facient in populo iudæo
rum arido & infructuoſo ? Vel ſecundum Bedam . Si e-
go qui ſum ſine peccato , lignum uitæ appellatus . ſine
igne paſſionis , de hoc mundo non exeo . quid eis putas
imminere tormẽti,qui ſunt fructibus bonorum operum
uacui? Et poſtquàm uenerunt in locum qui Caluariæ di
citur. ibi crucifixerunt eum. Quidam uoluerunt dicere,
vt Hebræi . ideò dictum locum Caluariæ , quia ibi erat *Calua-*
Caluaria, id eſt caput Adam primi hominis ſepulti . Sed *ria.*
Hiero. reprobat hoc, quia in Ebron dicitur ſepulchrum
Adæ eſſe. Sed Beda dicit, quòd foris portam erant lo-
ca, ubi truncabantur capita damnatorum . ideò Calua-
riam locum illum appellatum . Et ſic pro omnium ſalu-
te innoxius quaſi noxius inter noxios crucifigitur,ut ubi
abundauit delictum , ſuperabundet & gratia . Crucifi-
xerunt eum prius antequam crucem figerent dederũt ei *Vinum*
uinum mirratũ, id eſt mirra amariſſima mixtum , uel ut *mirratũ*
dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit Mat. vinum felle mixtum. Mos erat iudæis, qui
adhuc ſeruatur apud Chriſtianos, in multis locis, ut de-
bilitati rei, cum ducuntur ad mortem, ex horrore huius,
confortarentur confectionibus & optimo uino. Ioco cu-
ius, ad augmentum pœnæ Chriſto dederunt uinum mir
ratum. Exuentes autem eum omnibus ueſtibus uulne-
ra renouarunt. Nam cum per flagella duriſſima totum
corpus eius eſſet dilaceratum ſeu decorticatum. ueſti-
menta ſua reſumpta fortiter inheſerant carni, a qua nunc
ſeparantes, non ſine magno dolore, & uulneratione fie-
ri potuit, ut accidit in uulneribus faſtiis reſolutis. Mo-
dum autem crucifixionis, nullus Euangeliſtarum expli
cat. Vnde potuit fieri, ſecundum aliquos, ut cruce in
terram extenſa, ſuper eam affigerent corpus Ieſu mani-
bus, & pedibus. Et poſtea erigerent ipſam. Vel etiam
quòd prius erigentes crucem, & in terram truncum fi-
gentes, & firmantes. poſtea in ea corpus confixerunt,
aliquo corpus ſuſtentante, dum configerentur manus
eius, deinde pedes clauis ferreis ſatis groſſis, ut oſten-
ditur. Et quia ex confixione, & maximo dolore nerui
erant retracti, & membra decurtata, quando ſecundam
manum affixerunt, & pedes, etiam fune per uiolentiam
brachium aliud, & pedes protraxerunt intantum, quòd
omnia oſſa corporis dinumerari poſſent, impleto quod
*Pſ. 21.* prædixerat, in perſona Chriſti. Foderunt manus meas
& pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nulla
hyſtoria docet, hoc in Dauid impletum, uel alio de
*Titulus.* populo illo, ſed in domino noſtro Ieſu Chriſto. Erat
autem titulus continens cauſam mortis, in quadam ta-
bula parua ſcriptus literis Græcis, Latinis, & Hebraicis.
ut ex omni natione, qui conuenerant in die feſto legere
poſſent. quæ tabula affixa erat paxillo poſito in parte ſu-
periori crucis in medio. uerſus quam caput Ieſu pende-
bat. Nam crux per ſe erat ad modum Thau. nec habe-
bat aliquid ſuper lignum quod erat per tranſuerſum.
Sed appoſitus fuit paxillus, cũ tabula ut dictum eſt. Scri
ptura autem tituli hoc erat. Ieſus Nazarenus Rex Iu-
dæorum.



dæorum. Sed ut refert ſolus Ioan. quia locus ubi cru-
cifixus erat propè ciuitatem, extra tamen Hieruſalē eſt.
pene omnes de ciuitate, ibant ad uidendum, quod fuit
ad maximam pœnam confuſionis ipſi Ieſu, ſecundum il-
lud. Tota die uerecundia mea contra me eſt, & confu- *Pſal. 68*
ſio faciei meæ, operuit me &c. Pontifices ergo cum le-
giſſent ſcripturam, reputantes hoc eſſe ad iniuriam ſuam
ſcilicet, quòd Rex ſuus crucifixus eſſet, dixerunt Pila-
to. Noli dicere Rex Iudęorum, ſcilicet, quod ſit, ſed
quia dicit, Rex ſum Iudæorum. ut ſcilicet appareat quòd
propter iſtam arrogantiam, & ambitionem, qua ſe uo-
luit facere Regem, ſit crucifixus. Quibus Pilatus. Quod
ſcripſi, ſcripſi, id eſt ſcripturam illam uolo ſic pmanere
firmam. hoc diſponenre Deo, quia uerè eſt Rex Iudæo-
rum, ad literam, & iudęorum, & omnium nationum.
Moraliter Rex Iudæorum, id eſt, confitentium. inter- *Rex.*
pretatur enim Iudas, confeſſio, uel confitens. Eſt enim
ſpeciali modo Rex, id eſt regnans per gratiam, & poſtea
per gloriam eorum qui confitentur, ſcilicet fidei articu
los credendo, defectus proprios ſacerdoti pandendo, & *Veſtimē-*
diuinas laudes gratias agendo. Milites autem genti- *ta.*
les, qui eum cruci affixerunt lictores Pilati, diuiſerunt
ſibi adinuicem ueſtimenta ſua per ſortem, ſtatuentes qs
quid acciperet. quod narrant omnes Euangeliſtæ. Sed
Ioan. plenius, dicit enim, quòd milites, qui crucifixerant
quatuor fecerunt partes de ueſtibus, unicuique ſuam dā
tes. Tunicam autem ſuam, quæ erat inconſutilis, &
deſuper contexta per totum, id eſt facta ad acum, non
diuiſerunt dicentes. Non ſcindamus eam, ſed ſortia- *Pſ. 26.*
mur de ea cuius ſit. Quod factum inducit Ioan. Hoc
prenunciaſſe cum ait, in perſonam Chriſti, Partiti ſunt
ſeu diuiſerunt ſibi ueſtimeuta mea ſcilicet, qui me
crucifixerunt. & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem,
id eſt, ſuper tunicam inconſutilem. Auguſt. Matthæus
autem dicendo diuiſerunt ueſtimenta eius ſortem mit-
tentes. ad totam ueſtimentorum diuiſionem uoluit in-
telligi etiam illam tunicam pertinere, de qua ſortem

Universidad de Deusto Biblioteca



miſerunt. Tale eſt etiam quod ait Luc. diuidentes ueſtimenta eius, miſerunt ſortem. Diuidentes enim, uenerunt ad tunicã de qua facta eſt ſortitio, dicendo autem ſortes pluraliter, pro ſingulari poſuit. Marcus autem ſolus uidetur intuliſſe aliquam quæſtionem, dicendo enim mittentes ſortem ſuper eis quis quid tolleret tanquam ſuper omnibus ueſtimentis, non ſuper ſola tunica ſors miſſa ſit, locutus uideatur. Sed etiam hæc breuitas obſcuritatem facit. Sic enim dictum eſt, mittentes ſortem ſuper eis, ac ſi diceretur, mittentes ſorté cum diuiderentur, quod autem dicit quis quid tolleret, id eſt quis tunicam tolleret tanquam ſi totum ita diceretur. Mittentes ſortem ſuper eis, quis tunicam, quæ partibus æqualibus ſuperfuerat tolleret. Spiritualiter uerò quadripartita ueſtis domini noſtri Ieſu Chriſti, quadripartitam figurauit eius eccleſiam, quattuor ſcilicet partibus in orbem diffuſam, & in eiſdem æqualiter .i. exorditus diſtributã. Tunica uerò illa ſortita omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis uinculo continetur. Si autem charitas ſupereminentiorem uiam habet, & ſupereminet ſciétiæ, & ſuper omnia præcepta, eſt merito ueſtis quæ ſignatur deſuper contexta, & addidit per totum, quia nemo é expers eius qui pertinere inuenitur ad totum, a quo tota catholica uocatur eccleſia. Inconſutilis autem, ne aliquãdo diſcindatur, & ad unum peruenit, quia omnes in unũ colligit. In ſorte autem, Dei gtatia commendata eſt. Cũ enim ſors mittitur, non perſonæ cuiuſcunque uel meritis ſed occulto iudicio Dei ceditur. Hæc Aug. Quare autẽ potius mortem crucis ſuſtinuerit, quàm aliam omitto hic ponere. Et prætereuntes turbæ (inquiũt Mat. & Mar.) blaſphemabant eum dicentes. Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reedificas. Sed & principes ſacerdotum cum ſcribis, & ſenioribus illudebant dicentes, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere .q. d. Nunc apparet, quia non uere ſanabat infirmos, ſed in uirtute Beelzebub, ſi filius Dei eſt, deſcendant nunc de cruce. Credimus ei. dixit .n. filius Dei ſum.





Sed & milites, ſcilicet Pilati, illudebant ei dicentes. Si tus es rex Iudæorum, ſaluum te fac. Ieſus autem in cruce manens ſuſtinet tot dolores immenſos, tot irriſiones & contumelias. Primum quidem uerbum dixit in cruce, *Primum*
ut (refert ſolus Lucas) inſtruẽs ad dilectionem inimico- *Verbum*
rum. dixit enim. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Contra omnem iuſtitiam oſtenditur, quia innocẽtiſſimus ſine aliquo peccato, ſolus ab his quibus ſemper bene fecerat, a populo (quem in peculiarem aſſumpſerat,) læditur, in omnibus ſumme. in ſubſtantia ablatis ſibi ueſtibus, in fama contumeliis, & blaſphemiis, in perſona, morte turpiſſima ac acerbiſſima condemnatis, & tamen pro illis orat dicens. Pater ignoſce &c. Et ſic impleta eſt prophetia Iſa. dicentis 53 pro tranſgreſſoribus, id eſt contra legem agentibus orauit ne perirent. Cum autem cum eo crucifixi eſſent duo latrones, unus a dextris alius a ſiniſtris. dicunt Matthæus, & Marcus abbreuiando, quòd ipſum improperabant ei, & conuitiabantur qui cum eo crucifixi erant. Sed Luc. plenius hoc exprimit. Dicit enim quòd unus ex latronibus, qui ſcilicet erat a ſiniſtris, blaſphemabat eum dicens. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. Dicendum eſt ergò, quòd uel in eo quod dicunt Matthæus, & Marchus de ambobus latronibus conuitiantibus Chriſto, Ponitur ibi pluralis pro ſingulari, quia unus eorum fuit tantum, prout dicit Lucas. Vel quia ſi ambo fuerunt, qui conuiciati ſunt Chriſto, hoc fuit in principio. Sed poſtea qui a dextris erat, pœnitentia ductus reprendit ſocium, & Chriſto ſe recommendans ait, Memento mei &c. ut dicit Lucas. Vnde ſubditur. Reſpondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times Deum quòd in eadem damnatione es, ſicut iſti perfidi Iudæi, qui crucifixerunt hunc tam innocenter. Et nos quidem iuſte ſcilicet condemnati ſumus propter ſcelera noſtra. Nam digna factis recipimus. Hic uerò nihil mali fecit.
Et dicebat ad Ieſum, Domine memento mei, cũ ueneris *Secundũ*
in regnum tuũ. Et dixit ei Ieſus quod eſt ſecundũ uerbũ. *Verbum*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Quod
utique uerum fuit. Nam mortuo Ieſu, illa die anima ſe-
parata a corpore, ſociata diuinitate, deſcendit ad limbũ
patrũ, & anima huius latronis poſt mortem Chriſti, &
ipſa a corpore ſeparata, deſcendit non ad infernum dam
natorum uel purgatorium, ſed ad limbum, ubi clare ui-
dens diuinitatem Chriſti, fuit beata. Et hoc eſt uere para
diſus locus. ſ. qui parat Dei uiſum. Hodie mecum &c.
Hiero. ut paruũ magnus, aſpicias, & diues paſtor morbi-
dam non contemnas ouem, Chriſtus de cruce in Paradi
ſum latronem tulit. Et ne quis ſeram aliquando putaret
pœnitentiam, fecit homicidii pœnam martyrium. De pę.
di. i. Importuna. Hinc & Iulius Papa. Vera cõfeſſio in ul-
timo eſſe poteſt, ſicut latro vnius momenti, pœnitentia,
meruit eſſe in Paradiſo in hora ultimæ confeſſionis 26.
q. 6. Si præsbiter Augu. Qui prius a peccatis relinquit
quàm ipſe relinquat ea, non liberè ſed quaſi neceſſitate
codemnat. Licet enim latro ueniam meruiſſet in fine
de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi,
& perſeuerandi auctoritatem. Tunc enim primum bapti
zatus eſt, ſcilicet baptiſmo flaminis, quia tunc primũ in
cruce, Chriſtum confeſſus eſt. De pœni. diſt. 7. Nullus.
Sed uere mirabilis fuit deuótio, & fides huius latronis.
Nullum uideat eum facere miraculum, non prædican-
tem, non turbis circundatum eius doctrinam ſitientibus
ſed crucifixum cum eo. Omnesq; maiores, ſcilicet prin-
cipes ſacerdotum, & milites & doctores legis, eũ ſubſan-
nantes, & exprobrantes, & ſocium ſuum in idipſum fa-
cientem, & tamen ueneratur, ut Deum ſua delicta confi
tens, ſocium increpans, & omnes ei iniuriantes, nõ ueri-
tus ſæuitiam Iudæorum, ſeque ei humiliter recommen
dans, & dicens. Meméto mei. &c. Petrus Apoſtolus & ce
teri negant, & populi derident, & ipſe ipſum commẽdat,
ipſum regem fatetur, ſe ſibi commendans. Ieſus autem
ut oblitus ſuarum pœnarum, ipſum confortat de ſua cõ
uerſione, & fide, promittens ei præmium maximum. Ho
die, inquit, mecum &c. Et de tanto labore ſuæ paſſionis





quod erat ſufficiens precium redemptionis omnium.
Non ſolum huius mundi, ſed & mille, ſi eſſent, Ieſus non
uidens nunc ſequi fructum niſi conuerſionis unius latro
nis, nec hũc minimum deſpicit, ſed & ipſum colligit. Sta-
bat autem iuxta crucem mater Ieſu, & ſoror matris eius
Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Quod refert ſolus
Ioannes de matre Ieſu, & ipſo Ioanne. Stabat dolore an-
xiata, amaritudine uulnerata, mente autem & intellectu
erecta, & firmata in Dei uoluntate, quia ſciebat eſſe, ut
filius ſuus pateretur pro redemptione humani generis.
Et cum omnes diſcipuli, & diſcipulæ cecidiſſent a fide
ſuæ diuinitatis, ipſa ſola ſtabat in fide firma. Et quia ſcie
bat ipſum qui patiebatur eſſe Dei filiũ, inde maxime do-
lebat de tanta offenſa Deo facta. Et ſicut nulla mater
unquam tantum dilexit filium ſuum, Tum non ſolum
quia unigenitum, ſed quia ex ſe totum ſine patre genera
tum. Tum quia optimum, & ſanctiſſimum, Tum quia ue
rum Deum, ita nulla mater unquam dolorem tantum ha
buit de morte filii. Tunc fuit impleta prophetia Symeo-
nis dicentis. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius,
ipſius, ſcilicet paſſionis. Vnde dolores quos aliæ mulie-
res ſuſtinent in partu, ſibi reſeruatæ fuerunt in paſſione
filij, ut congruere ſibi poſſet illud Pſal. Ibi dolores ut
parturientis. Nec unquam aliquis martyr ſuſtinuit tantã
pœnam in ſuis tormentis, ſicut uirgo Maria iuxta crucẽ
filii. Vnde & pluſquam martyr fuit, (ut ait Hiero.) Cum
ergo uidiſſet Ieſus matrem, ne uideretur eius oblitus, in
hoc oſtendens pietatem, quam debent filii exhibere pa-
rentibus, & prouidere pro poſſe cum ab eis diſcedunt, di-
xit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Dicere noluit ma-
ter, ne ſic nominando, magis uulneraret dolore cor eius.
Sed mulier exprimens ſexum, non uirginitatis uiolatio
nem. Ecce filius tuus. q. d. humanitas iſta, quæ cernitur,
eſt filius tuus. q. d. humanitas per mortem, ne ſola rema-
neas, ecce Ioannes erit filius tuus pro me. Ipſe uir-
go, & Virginem ſociabit. Nam tunc creditur mor-
tuum fuiſſe ſponſum eius Ioſeph, alias non alteri

Universidad de Deusto Biblioteca



eam commẽdaſſet, quàm ſponſo ſuo ſi uiueret, ut dicitur
27.q.2. Deinde dicit diſcipulo.ſ. Ioãni. licet nõ ſe nomi-
net, ſicut nec alibi, cũ de ſe loquitur. Ecce mater tua.i.ha
beas eam commendatam ut matrem. Theſaurum maxi-
mum quem in terra relinquo, nulli alteri quàm tibi præ
cæteris dilecto, relinquo. Ecce mater tua. Et ex illa hora
accepit eam ſ. Ioãnes in ſuam.ſ. matrem, uel curam. In-
cõparabilis certè iſta permutatio, qua datur Mariæ diſci
pulus pro magiſtro, ſeruus pro domino, riuulus pro ſa-
piẽtiæ fonte, nepos pro filio, creatura pro creatore. Et ta
men acquieuit humiliter, quod filius inſtituit. A ſexta au
tem hora, uſq; in nonam (ut referuat Euangeliſtæ om-
nes) tenebrę factæ ſunt ſuper uniuerſam terrã, ſole, ſcili
cet patiente eclypſim, quod naturaliter eſſe non potuit.
Nam eclypſis naturalis accidit ex interpoſitione Lunæ
inter Solẽ & nos, cũ eſt ſuper noſtrum hemiſperium ſol
ipſe in curſu ſuo. Tunc autem cum eſſet luna quintadeci
ma primi menſis, quia ſecundum legem tunc inchoabat
feſtũ azimorum, directe ex oppoſito erat Luna ad Solẽ.
Vnde cum tũc ſol eſſet hora ſexta diei in medio hemiſpe
rii noſtri, Luna erat in medio hemiſperij, quod eſt infra
nos, ſeu ſubtus nos. Vnde non poterat naturaliter eſſe
Eclypſis. Quod cernẽs Dionyſius Ariopagita maximus
Philoſophus, cum tũc eſſet in Egypto, quando facta eſt
iſta Eclypſis perpendens non eſſe naturalem inquit. Aut
Deus naturæ patitur, aut totius mũdi machina citò diſ-
ſoluetur. Secundum autem non accidit adhuc, ſed bene
primum impletum eſt, quia Ieſus Deus uerus & hõ paſ-
ſus eſt. Et tũc ab Athenienſibus fabricatum eſt altare in
uenerationem illius, qui tũc paſſus eſt, intitulantes illud
altare ignoto Deo. Vbi etiam aliæ Eclypſationes ſo-
lis non durant per horam, hæc permanſit per tres ho-
ras. Ad literam tanta erat iniquitas & crudelitas iu-
dæorum, ut ipſe ſol quaſi non ferens tantam iniuriam
ſui creatoris, ſe ſubtraheret radios ſuos ab eis, & quaſi
compatiens morti eius, tenebris ut nigro indueretur
Spiritualiter. Tantus fuit dolor huius paſſionis, ut





ſol intelligentiæ noſtræ eclypſetur & obſcuretur ad in-
telligentiam eius, nec plene capere poteſt. Et ex im-
menſitate huius doloris clamauit magna uoce (ſecundũ
Matth. & Marcum) Hely Hely &c. ideſt Deus meus,
Deus meus ut quid dereliquiſti me? Quæ uerba ſunt ſum
pta originaliter ex. Vbi Dauid loquitur in perſona Chri *Pſal* 21
ſti, totum illum Pſalmum de ſua paſſione. Dixit enim.
Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, longe a
ſalute mea corporali.ſ. faciunt me eſſe uerba delicto-
rum meorum. Appellat autem delicta ſua, peccata mem
brorum ſuorum, ideſt humani generis, pro quibus patie-
batur. Dicit autem ſe derelictum a Deo, non quia diuini
tas foret ſeparata ab humanitate, quia nunquam eam de
ſeruit, poſtquàm aſſumpſit, ſed quia ſubtraxerat potẽtiã
ſuam non impediendo illos ab illo opere, & nõ liberan-
do eum de manibus eorum, ſed permittendo facere, quæ
eis placebant erga ipſum. Vel etiam dicit ſe derelictum a
Deo, eo quòd pars intellectiua quæ etiam tunc frueba-
tur Deo cum ſummo gaudio, nihil refrigerij & conſola-
tionis influebat in ſenſitiua. Et cum ex maximis dolori-
bus eſſet anxiatus & deſiccatus in ſpiritibus. Dixit quin-
tum uerbum, ut refert ſolus Ioannes. Sitio. Sitiebat au-
tem non ſolum corporaliter, ſed & mentaliter, ſummæ
cupiẽs fructum ſuæ paſſionis ad omnes extendi, ac etiam
uirtutem eius communicari omnibus martyribus, & ad-
uerſa patientibus pro eo, ut merito ipſius paſſionis pa-
tientes, & fortes redderẽtur. Et ut ait Apoſtolus ad Heb.
Orãs cum lachrymis, ſcilicet Ieſus in Cruce, & clamore
ualido exauditus eſt pro ſua reuerentia, ut omnes qui de
uote ſuſcipiunt ſacramenta, in quibus uirtus paſſionis
remanſit, ſalutem conſequantur. Cum autem ſic cla-
maſſet, quidam qui portabat uas plenum uino acetoſo,
quod dicitur felle, uel mirra mixto amariſſimo, intin-
gens ſpongiam, impleuit liquore illo amariſſimo, & im-
poſita ſpongia calamo de Iſopo appoſuit ori eius ad bi-
bendum. Quidam alii ex Romanis miniſtris, qui non
intelligebant Idiomã Hebræum, cum audiſſent Ieſum

Universidad de Deusto
Biblioteca



prius clamaſſe: Hely Hely &c. Dicebant illi, qui offerebãt ſpongiam ad bibendum. Helyam uocat iſte. Sine, ſi forte ueniat Helyas ad deponendum eum. Sed Ieſus cũ guſtaſſet noluit bibere propter amaritudinem. Et impleta eſt prophetia Dauid dicentis in perſona eius, Dederũt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Solebant iudæi quando aliqui illa morte condemnabantur, portare uas optimi uini ad confortandum. Sed nũc ad magis affligendum dederunt uinum acetoſum felle mixtum, in quo ſignabant malitiam ſuam, populus enim ille erat ut ſpongia uacua uirtutibus, cauernoſa ſimulationibus, plena aceto frigidæ malitiæ, ubi prius in patribus fuerat uinum bonum charitatis, & mixto felle amariſsimo odii, & inuidię. Et ideo Ieſus noluit bibere, ideſt incorporari in eccleſia ſua talem populum, ſed abiecit a ſe. Cum ergo accepiſſet acetum, nõ quidem bibendo ſed guſtando dixit. teſte ſolo Ioanne. Conſummatum eſt, ſextum uerbum, ideſt adimpletum quod prænunciatum & figuratum eſt de mea paſſione. Vnde & præcedentibus diebus cum prædixit paſſionem ſuam Apoſtolis, dixerat: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt de filio hominis. Cũ ergo ſciret omnia impleta. dixit, Conſumatum eſt. Et omnia illa ſacrificia in lege mandata, & multa alia cerimonialia hanc paſſionem figurabãt. Ideo illis impletis omnia illa ceſſauerunt & uirtute caruerunt. Et ideo dixit conſummatum eſt, uerum & ſignatum ſacrificium. In omnibus aliis ſenſibus in cruce fuerat afflictus. In tactu manibus & pedibus in quibus maxime uiget clauis confixis. Viſus uidendo irriſiones iudæorum & crudelitates. Auditus, audiendo cõtumelias ipſorum & blaſphemias Odoratus ſentiebdo fœtores cadauerum, quæ in illo loco erant. Reſtabat ſolus guſtus illeſus in cruce. Reliquũ corpus totum erat cruciatum & fractum per flagella & coronationem. Quia igitur primus Adam cum mortificauit totum genus hnmanum uiſu offendit aſpiciendo lignum ſeu fructum eius, quod erat pulchrum uiſu. Et uerisimile





riſimile eſt ꝙ odoriferum erat ſentiens olfactu. Auditu audiens uerba ſerpentis in iniuriam Dei. Tactu quoque cum tulit de pomo uetito. Guſtu, cum ſenſit comedendo ſuauitatem cibi. Per quos ſenſus uelut per portas, peccatum intrauit in mundum, decuit multiformis proditoris diaboli ars ut artem falleret, & medelam ferret inde hoſtis unde leſerat. Ideo guſtata amaritudine potus, ait. Conſummatum eſt, id eſt, impleta, ſolutio debiti humani generis. Inſuper, & matrimonium contractum inter Chriſtum, & eccleſiam, initiatum in Patriarchis, & Prophetis, per promiſſiones etiam iuratas, ratificatum in eius incarnatione in Cruce, per cuius uirtutem eccleſia mundata unita eſt Chriſto, conſumatum eſt. Et ibi oſtenſa eſt maxime plenitudo ſuæ ad nos dilectionis, quæ eſt finis omnis conſummationis (ſecundum Pſal.) Demum inclinato capite dicens. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Quod fuit ſeptimum & ultimum uerbum, ut teſtatur ſolus Lucas. Tradidit ſpiritum, id eſt animam ſuam quæ tunc ſeparata a corpore eſt & ſociata deitate, ad Limbum patrum deſcendit. Comendo inquit in manus tuæ poteſtatis, ad carnem reaſſumendam. In manus tuæ miſericordiæ, & benignitatis ad uiſitandum animas quæ erant in pœnis tenebrarum. In manus tuæ uoluntatis, ut ſemper tibi ab ea deſeruiatur. Et hoc quidem uerbum ſumptum ex Pſalm. ubi ait. In manus tuas comendo ſpiritum meum, redemiſti me domine Deus ueritatis. Quod ſi uidetur exponendum. O domine, qui es Deus actor ueritatis, tu me redemiſti, ſcilicet morte tua, qua dixiſti, In manus tuas comendo ſpiritum meum, redemiſti me domine Deus ueritatis. Verbo igitur itaque prædicto terminato, cum ualido & magno clamore emiſſo, & inclinato capite, Chriſtus mundi redemptor & Saluator emiſit ſuum benedictum Spiritum. Super quo Ber. ait. O bone Ieſu quid tibi & morti, nos peccauimus, & tu luis, nos debemus & tu ſoluis, nobis debebantur flagella & afflictio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



afflictiones æternæ, & tu pro nobis traditus flagellari uoluiſti, ut nos a flagellis æternis miſericorditer liberares. Aeternam demerueramus mortem, & tu pro *Iſa. 53.* nobis mori dignatus es. Hæc ille. Et tunc impleta eſt prophetia, dicentis, qui tradidit animam ſuam in mortem, & cum ſceleratis deputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit. Si quis igitur a Virgine Glorioſa quæreret. Quò abiit dilectus tuus? utique reſpondere poterit, quod abiit ad ſententiæ mortis in crucis patibulo executionem.

SExto & ultimo, abiit dilectus Virginis Mariæ ad ſui corporis in alieno monumento repoſitionem. Nam Spiritu Chriſti, a ſuo corpore emiſſo, tũc omnia inſenſibilia uiſa ſunt compati, & dolere de morte domini ſui. Nam terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt. Velum tẽpli quod erat ante Sancta Sanctorum, diuiſum eſt a ſummo uſque deorſum, ut paterent Sancta Sanctorum, ſignans regnum cœleſte prius nobis clauſum, iam reſeratum. Tenebre factæ ſunt ſuper uniuerſam terram, monumenta aperta ſunt. Et ut ait Matthæus, per præoccupationem tamen multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, quod utique fuit factum non tunc, ſed Chriſto reſurgente. Et uenerunt in Hieruſalem & apparuerunt multis, referentes (ut pie credi poteſt) de diuinitate Chriſti, & redemptione humani generis, facta per eius paſſionem, & de uiſitatione patrum in Limbo. Multi autem ex ſimplicioribus iudæis, uel gẽtilibus, uidentes huiuſmodi ſigna compuncti ſunt. Et reuertentes ad pœnitentiam, percutiebant pectora ſua, confitentes, ſcilicet peccatum ſuum quod commiſerant in cooperando paſſioni Chriſti, dicentes, Vere hic homo iuſtus erat. Centurio autẽ qui miſſus fuerat a Pilato ad exequendam iuſtitiam, & ipſe compunctus dicebat. Vere filius Dei erat iſte. Cum autem ſero fieret, ne corpora illa remanerent in crucibus die ſequenti Sabbati, qui erat ſolemnior inter

dies



dies illius feſti. & ſic uideretur feſtum dehonorari, acceſſerunt ad Pilatum iudæi poſtulantes, ut poſſent eos qui in cruce erant crurifragio occidere, & inde deponere. Quod cum conceſſiſſet ei Pilatus, uenerunt miniſtri eius. Et cum adhuc latrones, in cruce uiuerent, fregerunt crura eorum. Ex qua confractione oſſium, ex uehementia doloris, mortui ſunt. Ex quibus anima eius qui erat a dextris, qui uulgariter dicitur nuncupatus Diſmas, deſcendens ad limbum patrum, fuit ſubito glorificata ex uiſione diuinæ eſſentiæ, cui unita erat Chriſti anima, & ſic habuit paradiſum ſibi promiſſum. Alter latro dictus Geſmas impenitens mortuus, deſcendit ad locum damnatorum. In quibus duobus latronibus *Latrones.* figurati ſunt omnes homines electi, & reprobi. Omnes enim furati fuimus in primis parentibus ſecundum uirtutem ſeminalem, exiſtentes diuinitatem quantum in eis fuit, cum eis dictum fuit a ſerpente. Eritis ſicut dii. Hoc affectantes uoluerunt ait Auguſt. rapere diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem. Et propter iſtam rapinam omnes damnamur ad crucem, & pœnalitatem huius uitæ, & mortem. Sed cum hac differentia, quia reprobi patiuntur crucem ſuarum pœnarum, ſed ſine fructu ſalutis, quia non eos pœnitet, neque ſe recognoſcunt, ſed Deum uita ſua blaſphemant, & ideò damnantur. Electi autem confitentes peccata ſua, & ſe Deo humiliantes, ad gloriam perueniunt, non uirtute ſua, ſed miſericordia Chriſti, uirtute paſſionis eius. Qui ut ſerpens eneus, id eſt, ſine ueneno peccati, ſed carnem ſimilem nobis peccatoribus habens, ſuſpenſus fuit in ligno crucis, propter debitum furti noſtri ſoluendum. Iuxta illud. Quę non rapui (inquit Ieſus) tunc exol- *Pſ. 68.* uebam, ſcilicet, in cruce. Vnde Apoſtolus. Cum in for- *Phil. 2.* ma Dei eſſet, ſcilicet, Ieſus, id eſt, uerus Deus, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. ſ. ipſe inquantum homo ſicut primi parentes, ſed ſemetipſum exinaniuit factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Cum autem ueniſſent ad Ieſum uidentes

eum

Universidad de Deusto Biblioteca



eum mortuum, non eius crura fregerunt,ut impleretur
Exo. 12. ſcriptura (inquit Ioannes,) quæ habetur de agno eius fi
guratiuo. Os non comminuetis ex eo. Sed unus militum
illorum gentilium,lancea ſua directa contra latus eius,
transfixit magnum uulnus inſigens, & continuo ex late
re eius exiuit ſanguis,& aqua,ut teſtatur Ioannes ſolus
Zac.12. impleta eſt illa prophetia. Videbunt in quem transfixe
Longinus. runt. Hic dictus eſt Longinus, qui poſtea conuerſus ad
fidem,martyrium pro Chriſto ſuſtinuit. Dicũt etiam ali
qui, ꝙ cum eſſet cecutiens, id eſt parum, uel nihil uide-
ret, ex ſtilla ſanguinis tangente oculos eius, ſubito per-
Humanitas Chriſti. fectè uidit. Ex his etiam oſtenſa eſt uera humanitas Chri
ſti,nobis ſimilis. Vnde dicitur. Tres ſunt qui teſtimoniũ
dant in terra,ſcilicet,de Chriſti humanitate uera, homo
1. Io. 5. autem de terra originaliter. Spiritus,aqua & ſanguis,qđ
Chriſtus habuerit ſpiritum,id eſt, animam patet,quia in
clinato capite, (ut dictum eſt) tradidit ſpiritũ, ſcilicet
Deo commendans ipſum ſpiritum, id eſt, animam ſuã.
Aqua autem & ſanguis,quæ exierunt de latere,qui ſunt
duo humores in corpore noſtro, magis noti,& copioſi,
oſtenderunt corpus ſuum uerum eſſe, non fantaſticum,
quia tale non habet ſanguinem,neque aquam. Et ſpiri-
tualiter ſignat ſacramenta eccleſiæ, eo ꝙ uirtutem ha-
bent ex paſſione Chriſti. Nam baptiſmus, qui eſt primũ
ſacramẽtorum & maximum,in effectu ſignatur in aqua.
Euchariſtia quæ eſt ultimum,& finis aliorũ ſacramento
rum,& maximum in eſſe,innuitur in ſanguine. Vñ Chry.
Quia hinc ſumunt initium ſacramenta cęleſtia, uide ut
ſicut a Chriſti coſta bibiturus accedas.ſ.ad ipſa. Quidam
autem ex iudæis nobilis decurio, & diues ab Arimathia
ciuitate oriundus,id eſt,ramatha diſcipulus Ieſu,qui nõ
conſenſerat actibus,& cõſilio iudæorum,de morte Ieſu,
ſed contradixerat potius. Hic acceſſit ad Pilatũ,& petiit
ſibi dari corpus Ieſu,ut.ſ.deponere poſſet de cruce,& ſe
pelire. Pilatus aũt miratus, ꝙ ita cito obiiſſet,accerſito
Cẽturione,qui executor fuerat iuſtitię,ſi res ita ſe habe
ret,cõperto hoc eſſe,dedit illi licentiam deponẽdi. Vnde
ueniens



ueniens cum Nichodemo legiſperito, qui diſcipulus oc
cultus erat Ieſu, & ad eum nocte uenerat pro informa-
tione ſui circa eum. Depoſuerunt eum de cruce clauis e-
uulſis. Quis autẽ habere dubium poteſt,quin mater cor
pus eius depoſitum, ſuſceperit in gremio ſuo in brachiis
ſuis,& nunc caput ſpinis perforatum, nunc manus ſan-
ctiſſimas, quarum tactu infirmi ſanati fuerant,aſpiciens
clauis perfoſſas. Nunc pedes,qui quotidie diſcurrebant
ad quærendam hominum ſalutem,nunc latus lancea a-
pertum copioſiſſimis lachrymis perfudebat. Sed & Ma-
ria Magdalena ad cuius pedes remiſſionem peccatorum
acceperat,non oblita beneficii magiſtri ſui,illo lachry-
mis irrigabat,& aliæ Mariæ,& diſcipulæ Ieſu. Et quod
dicit Luc. ſtabant a longe noti eius,& mulieres &c. priuſ
quam in cruce pateretur locum habuit. A principio qui-
dem ſtabat iuxta crucem mater Ieſu,& Ioannes,ſed poſt
uerbum ad eam. Ecce filius tuus &c. Multitudine ſuc-
creſcente elongati fuerunt, a cruce mater, & alii noti.
Demum quia nox appropinquabat, Ioſeph, & Nichode-
mus afferentes mirrhæ, & aloe mixtura libras centum,
ad condiendum corpus Ieſu. Quod ſeruabatur in corpo
ribus hominum nobilium ad pręſeruandum a corruptio
ne, inuoluentes corpus ipſum, in ſyndone munda.i.lin-
theaminibus,& ſudario poſito ſuper faciem eius,ſecũdũ
morẽ Iudæorũ. Poſuerũt eũ in monumẽto nouo ipſius
Ioſeph,in petra exciſo,in quo nondũ quiſquam poſitus
fuerat,quod monumẽtũ erat in quadã ſpelunca cuiuſ-
dam,horti iuxta mõtem Caluariæ,ubi crucifixus fuerat
Quòd alii Euangeliſtæ narrẽt ſolum de Ioſeph, non eſt
contrarium ei,quod dicit Ioannes,de Nichodemo. Sed
quod illi tacuerunt, iſte expręſſit, ait Aug. Et qđ alii di
cũt de ſyndone, Ioãnes de lintheis ſcripſit. Qualiter au-
tem corpus Chriſti ſepulturæ datum fuerit, pie ſic poſſu
mus cõtẽplari,dum Ioſeph,& Nichodomus uellẽt eũ in
ſepulchro ponere, poſtulabat meſtiſſima mater ſepeliri
cũ illo. Amplexabaẽ filiũ ſuũ inexplicabili amoris dul-
cedine, deoſculans illũ.& dicens teſte Aug. in li. de paſ-
ſione

Universidad de Deusto Biblioteca

ſione Domini.Quid feciſti, inquit fili chariſſime? quare te iudæi crucifixerunt?& cauſa mortis tuæ? commiſiſti ne ſcelus, ut tali morte perires? non fili. non ſed ſic nos redimere dignatus es,& modo te mortuum in gremio teneo,ubi eſt gaudium illud indicibile,quod in tua natiuitate habui,dic fili chariſſime, dic amor unice,uita animæ meæ, ſingulare gaudium, unicum ſolacium, quare me ſic in dolore permittis, cur tam longè factus es a me,mi nate tu mihi pater,tu mihi ſponſus, tu mihi filius,tu mihi omnia eras.Nunc orbor patre,uiduor ſpōſo,deſolor prole,quid faciam? quo uadam? quo me uertam dulciſſime?quis mihi ſolatium præſtabit? O fili mi quam dura,& amara eſt tibi humani generis redemptio pro qua tamen patri,& tibi gratias ago.Hęc Auguſt. in forma.Tandē Nichodemo & Ioſeph cæteriſque qui aderant uolentibus corpus Chriſti, de manibus uirginis auferre,& ſepulturæ tradere,dicebat,illud quod cantat eccleſia, Tollentibus occiſum uobis gratias agam, ſuſtinete modicum ut natum meum tangam. Comple-
*Iob 19.* ctar nunc filium, deoſculer, & plangam illum ſaltem mortuum amplexibus conſtringam. Et illud Miſeremini mei,miſeremini mei ſaltem uos amici mei.Illum adhuc paululum relinquite mihi, ut faciem eius ſubtracto uelamine ualeam contemplari, ut uidendo aliquātulum poſſim conſolari. Ponitur tandem dominus in ſepulchro,ac reuoluitur lapis ſuper illud. lapidem ſepulchri Maria amplectitur,& deoſculatur, ac madefacit irriguo lachrymarum fonte meſtiſſima mater, ac genuflectes, & filium adorans omni corde, & qua potuit uoce filium benedixit. O quis enarrare ualeret Magdalenæ gemitus & ſingultus, ac cordis dolorem. cū extinctus cernebat, & in ſepulchro ponebat quem diligebat anima ſua. Cum autem in his diutius moraretur meſtiſſima mater, uſque ad complentorii horam.Acceſſit Ioannes cui eam commendauerat Chriſtus,lugenſque & ipſe multum.nō enim poterat ſe continere, leuauit eam lugentem.nam cruciata gemitibus,fatigata doloribus,afflicta plorantibus

bus



bus,pedibus ſtare nequibat.Attende anima mea, quàm durę iaculationis aſpectus maternus contuitus præbet, quando à ſepulchro filii doloroſe auulſa pallens, facie aſperſa ſanguine cū anhelosis ſuſpiriis, & gemitibus interruptis,ac fletibus lachrymoſis, uerſus ciuitatē reducitur,adiuta manibus fidelium mulierum uertebat ſe ſæpius meſta mater dum tardo greſſus rediret Hieruſalem & locum in quo extinctum filium reliquerat proſpiciēs, gemitus renouat. Interim cū portæ ciuitatis appropinquaret,fortè procurantibus ſororibus matris Dei,portata ſunt ueſtimenta,& capitis uela nouæ & meſtæ uiduitatis, quæ illam induerunt, & caput eius uelauerunt. Cum autem hora iam tarda ingrederetur Hieruſalem, plorantibus cunctis,fœminę multæ ſentientes ploratus, accurrentes pietate motæ, ſuper tam afflictæ matris dolore, ad luctum conuertebatur amarum, & illarum quædam ſequentes eam, cum illa uberrime plorabant.Tam pie plorabat & tā amare dolebat beata uirgo, quòd uix poterat continere lachrymas quicunque uidebat, uel ſētiebat eam, fiebat luctus quocunque tranſibat, plorabat ipſa,plorabant & ambulantes cum ea, plorabant multæ uenientes obuiam ei, ſic tandem deducitur a plorātibus quouſque uentum eſt ad domum, in qua quādoque cum filio ſuo reſidere ſolebat. quam cum ingreſſa eſſet, rememorans loca domus, in quibus cum ea fuerit conuerſatus filius ſuus renouabat ploratus, & ululatus lachrymabiliter dicens,Heu me dolentem, ubi eſt nunc filius meus dilectus? ubi amor meus? ubi honor meus? ubi eſt lumen oculorum meorum? ubi corona capitis mei,ubi es tu gaudium cordis mei? ubi es uita mea,ubi es affectus meus,ubi ſolatium meum, ubi ſpes animæ meæ?Ieſu fili mi. O fili mi Ieſu. O amor meus Ieſu. O ſpes mea Ieſu.Nec erat qui eam cōſolari poſſet, ex omnibus caris eius, ſicque impleta eſt figura. Vbi dicitur
Flebat igitur mater eius irremediabilis lachrymis atq; *Tob. 5.*
dicebat. Heu me fili mi. Accedentes autem principes ſacerdotum, & phariſei ad Pilatum dixerunt. Domine

mine

Universidad de Deusto Biblioteca

mine recordati ſumus, quòd ſeductor ille, adhuc uiuens dixit, poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque ad diem tertium, ne forte ueniant diſcipuli eius nocte, & furentur eum, & dicant plebi ſurrexit a mortuis, & erit error nouiſſimus peior priore. Quibus ait Pilatus. Habetis cuſtodiam. Ite, & cuſtodie ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes ſignauerunt lapidem, ſcilicet cũ ſigillo, & dimiſeruut ibi cuſtodes, ut cuſtodirent, ne qs ipſum raperet Mariæ autem ſorores matris Ieſu cũ Magdalena, poſtquam corpus eius fuit in ſepulchro collocatum, ut dictum eſt quod ſemper erat deitati unitum. illo ſero emerunt aromata præcioſa, & compoſuerunt unctionem præcioſam, ut ungerent poſtea corpus Ieſu, tanquam hominis ſanctiſſimi, ad ipſum conuerſandum, nõ credentes eum Deum eſſe. Et ſabbato quidem ſequenti, quo corpus Chriſti iacuit in ſepulchro, ſiluerunt propter ſolemnitatem ſabbati expectantes dominicum diem, in quo quid fecerint, ipſa die dominico fauente declarabitur. Si ergo quæratur a Virgine glorioſa. Quo abiit dilectus tuus? Reſpondere poterit, ad ſui corporis in alieno monumento repoſitionem.

Finis Sermonis de Paſſione.





# INCIPIT SERMO DE PLANCTV BEATAE MARIAE Virginis.

STabat iuxta crucem mater Ieſu. Tanta eſt pietas Io. 19.
huius virginis matris, non ſolum erga filium naturaliter, iuxta cuius crucem ſtabat. Sed & erga filios ſuos adoptionis, tanta facultas impetrandi, quod uelit apud Deum patrem, ut ſermocinantes quique nutrices populorum non aliunde confidant lac doctrinæ per eos propinandum, niſi meritis eius, & precibus procuratum. Ad quod efficiendum cythara dulciſonæ ſalutationis ad eam utuntur. Sed conſuetudo eccleſiæ cum de paſſione filii eius Ieſu eſt ſermo, prædicanti dicere uidetur illud, quod Heliſæus propheta ait Giezi diſcipulo ſuo de ſunamite mortem unigeniti ſui deploranti, ſcilicet dimitte eam, anima enim eius in amaritudine eſt.
Quaſi diceret non ſalutes. Nam cythara illa angelicæ ſa 4. Reg. 4.
lutationis, in luctum uerſa apparet. Nam qũo Aue, ei di *Aue.*
ces ab a quod eſt ſine, & uæ deriuatum, quæ doloribus
plena eſt, ut dicere ualeat illud. Vę animæ quia defecit *Michee*
timoratus, a terra filius meus, quem impleuit ſpiritus 7.
timoris Domini. Mariam apte nuncupare non poſſu- *Maria.*
mus prout domina uel illuminatrix interpretatur, cum ſatis obſcura, quaſi Luna eclypſata inueniatur. Nolite ergo uocare me noemi. ideſt pulchram, ſed uocate me mara. ideſt amaram, quia amaritudine repleuit me Dominus. Dicere poteſt cum illa noemi, quæ de fęlicitate ad infortunium deuenerat ruth non gratia plena, ſed uacua iudicor hodie, flectam enim genua mea ad patrem Domini mei Ieſu, ut miſerçatur filii communis, & me non audit. Deprecor Ieſum filium, ut ſuis uerbis mellifluis me conſoletur, mihi non loquitur niſi illud.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ecce filius tuus. Quod uerbum ut gladius pertranſit ani
mam meam, cum pro magiſtro, & filio, mihi datur diſci
pulus, iudæis ſupplicio, ut amodo filio meo compatian-
tur, & ipſi contumelias, & ſubſannationes adiungunt.
Mortem inuoco, ut poſt filium non ſuperſtes remanẽ,
& fugit a me. Iuxta crucem ſita ad ipſam clamo flecte ra
mos arbor alta, tenſa laxa uiſcera, ut deoſculor filium
meum, & rigida & immobilis perſeuerat Dominus tecũ.
utique in me uſque Dominus filius fuit mecum, me con
fortans, me reficians, & ego ſecum ipſum ſequens uerba
eius dulciora ſuper mel, & fauum, audiens miracula eius
uidens, & gloriam Dei ex eius operibus magnificari per
ſpiciens, nũc autem me reliquit animam corpore egre-
dientem patri recommendans. Benedictam me in mulie-
ribus Angelus dixit, quæ nunc infelicior cunctis mulieri
bus inuenior. Nam quę mater unquam fuit, quæ in præ
ſentia filii conſtituta anguſtiis, & afflictionibus circũda
ri nõ ualuerit, uel in aliquo refrigerium præſtare. Audio
eum ad mortem uſque ſitientem ex maximis pœnis, nec
potum aquæ frigidæ porrigere ualeo, ſed uideo ſpon-
giam aceto plenam, & felle ad os eius apponi. Et ſi felix
fui & benedicta in mulieribus in partu eius, non ſentiẽs
dolorem, ſed mihi uideo reſeruatos, & nunc adauctos,
quoniam nulla mater tãtum dolorem unquam ſenſit in
partu filii, ſicut nũc ego in paſſione Chriſti. Sed nec mar
tyr aliquis, uel aliqua in ſuis uariis cruciatibus unquam
tantam pœnam paſſus eſt, ut nunc ego. Eſt & ne benedi-
ctus fructus uentris mei Ieſus, cui omnes maledicunt
Iudæi, & Gentiles. Vnus eum appellat malefactorem,
alius ſeditioſum, alter blaſphematorem. Multi ambitio-
ſum, regnum uſurpare uolentem, reliqui mendacem, aut
ſeductorem, ut uermis & non homo opprobrium homi-
num, & abiectio plebis eſt effectus, quia & ſecundum le-
gem, maledictus omnis qui pendet in ligno, id eſt infa-
mis. Ex quo ergò in luctu conuerſa apparet cythara il-
la angelicæ ſalutationis dimitte eam, ut non ſalutes,
ſed nihilominus cum ea iuxta crucem maneas, ipſam
meditan-



meditando, ipſam adorando, ipſam ſalutando, & eius
auxilium implorando & dicendo. O crux aue ſpes uni-
ca hoc paſſionis tempore, auge piis iuſtitiam, reiſque do
na ueniam. Stabat igitur iuxta crucem mater Ieſu. In
quibus uerbis, tria poſſunt notari de Virgine Maria.
Sanctitatis excellentia incomparabilis. Stabat. Pœna-
litatis eminentia ineſtabilis, iuxta crucem. Propinqui-
tatis attinentia uenerabilis. Mater Ieſu. Quantum ad
primum cum dicitur. Stabat. Reperimus in ſcripturis,
ſtare dici de creatore, & de creatura, ſed aliter, & ali-
ter. Nam ſtare de creatore dicitur, propter immutabili-
tatem. De creatura autem propter uirtuoſitatem ſiue
ſanctitatem. Stat ad iudicandũ Dominus, dicit Iſaias de
Deo uero, quia etiam Deus ait per Ioannem. Ego ſto ad *Apo.3.*
oſtium. ſ. animæ, & pulſo ſcilicet inſpirãdo, & illuſtrando
intellectum, qui eſt oſtium animæ ſiquis aperuerit mihi
ianuam hic acceptando, intrabo ad illam per gratiam,
cenando cum illo, & ipſe mecum, precipue de agno aſ-
ſato in cruce igne charitatis reficiẽdo in his tamen, ego
ſto ſemper immotus, & inuariabilis. Ego enim Deus, q
non mutor (dicit ipſe.) Creatura uerò ſtare dicitur cum *Mala.3.*
iuſte, & ſancte uiuit, non cadendo in peccata. Vnde dici *Eccl.2.*
tur. Sta in iuſtitia & timore, ſcilicet non cadendi, ſecun
dum illud Apoſtoli. Qui ſtat ſcilicet, in uirtute, uideat
ne cadat. Et Boe. de Deo ait. Stabiliſq; manens, dat cun-
cta moueri. Stabat ergò beata uirgo Maria non inſenſi-
bilitate, uel immutabilitate, ſed ſanctitate. & hoc tri-
pliciter. Stabat fide leuata. Stabat peccato non incli-
nata. Stabat Dei uoluntati conformata. De primo di-
cit Apoſtolus de quolibet fideli. Tu fide ſtas. Prima *Ro.11.*
enim rectitudo mentis, eſt uera fides, fundamentum uir-
tutum. Tempore quidem paſſionis, omnes Apoſtoli &
diſcipuli Chriſti, qui prius ſtabant fide eleuati ad Chri-
ſtum credendum, non ſolum uerum hominem, ſed &
uerum Deum. Vnde Petrus pro omnibus dixerat. Tu es *Mat.16.*
Chriſtus filius Dei uiui. Omnes proſtrati ſunt in infi-
delitatem. Et ſicut cum captus fuit Chriſtus in horto a

Universidad de Deusto Biblioteca



Iudæis, omnes corpore ab eo fugerunt, (ut dicunt E-
uangeliſtæ,) ita & mente credentes quidem eum eſſe ue
rum hominem ſanctum, & iuſtum uirum, prophetam in
opere & ſermone, ſed non uerum Deum, cernentes paſ
ſionem eius tam ignominioſam. Quamuis enim Petrus,
& Ioannes poſt fugam, reuerſi ſunt ad eundem, poſt ma
giſtrum captum. Petrus tamen ſequebatur eum a longe
ne agnoſceretur ut diſcipulus. Quinimmo & ipſum cũ
iuramento negauit ſe nouiſſe. Ioannes & ſi uſque ad
crucem ſequutus, iuxta crucem ſtabat corpore, a longe
tamen mente, nec ipſe agnoſcens diuinitatem. Sola bea
ta uirgo ſtabat fide eleuata & fixa, de eius diuinitate
expectans indubie ſuam tertia die reſurrectionem, ut
meritò dicatur maris ſtella a ſtando & lumen fidei mun
do naufrago retinendo. In huius ſignum triduano
officio dominicæ pasſionis cum quindecim candelæ
accenſæ firmentur ante altare paulatim, & ſucceſſi-
ue, omnes extinguuntur ſola una accenſa abſcondi-
tur, quæ poſt officium omnibus profertur ad illu-
minandum. Quindecim candelæ accenſæ ſignificant
13. Apoſtolos, & tres Marias, Magdalenæ, Salomæ, & al
phæi, quæ præ cæteris cum Apoſtolis uidebantur fide il
luſtratæ, & firmatæ. Sed in illo triduo omnes extincti
ſunt lumine fidei deitatis Chriſti, ſolum in uirgine re-
manſit lumen fidei occultum. Quod poſtea omnibus
patefactum eſt, ad omnes ſuo exemplo illuminandum.
Et hinc eſt quòd non acceſſit mane dominica ſuæ reſur
rectionis ad monumentum cum præfatis Mariis, non
quia minus arderet amore ad filium, ſed quia expecta-
bat eum reſuſcitatum ſe uiſuram ante omnes, ideò non
quærebat uiuentem cum mortis, ut illæ. Quantum ad
ſecundum ſtabat a peccato, non inclinata non iace-
bat, non ſedebat, non curua erat, ſed ſtabat. Iacet
quis in peccato per prauam operationem, ſedet per
mentis conſenſionem, inclinatur per ſenſualem delecta-
tionem. Omnes nos cecidimus quaſi folium. ſ. a perfectio
ne uirtutum. Saltem quo ad complacentiam ſenſualem
ubi



ubi cõſiſtit ueniale. Nã ut ait beatus Aug. lib. de natu.
& gratia. Si omnes Sancti, & Sanctæ interrogati fuiſſét
dum hic uiuerent, utrum peccatum haberent, omnes re
ſponderent illud Ioan. in canonica. Si dixerimus, quia
peccatum non habemus, ueritas in nobis nõ eſt. Excepta
hac ſancta uirgine, de qua cum de peccatis agitur nulla
prorſus de ea uolo haberi mentionem. Non ergò cecidit
nec in ueniale, de quo Salomon. Septies in die cadit iu-
ſtus, ſed ſemper ſtabat, ad quod etiam hortabatur Apo-
ſtolus diſcipulos dicens. State ergò ſuccincti lumbos ue
ſtros in ueritate, ne delectatio uenialis ſit in uobis ꝓ poſ
ſe. Et tamen cum beata uirgo fuerit immunis ab omni
peccato, uoluit Deus ipſam experiri tantam paſſionem
in morte filii quantam nullus unquàm martyr ſuſtinuit
in ſua paſſione, ut dicit Beatus Hiero. Hinc diſcas non
turbari, nõ mirari ſi uides Sanctos & Sanctas multa ad-
uerſa ſuſtinere in mundo, ſed intellige uerbum Salo. in
prouerbiis. Quem diligit Deus corripit, & flagellat om
nem filium quem recipit. Nã ualet dicit Apoſtolus. Pro *Rom. 8.*
prio filio ſuo nõ pepercipit, ita nec matri eius, cũ tñ nul
lum haberet peccatum. Et ſiquis bene conſideret inue-
niet quòd qui acceptior fuit Deo & ſanctior, ille magis
afflictus eſt in mundo, non quidem ad purgationem pec-
catorum quæ habeat, cum nullum habuerit Beata uirgo
ſed ad maius meritum & præmium conſequendum. Sta
ergò ſupra pedes tuos dicet dominus. cap. Super affectus *Zac. 2.*
ne cadas. Quantum ad tertium ſtabat beata Maria fir-
ma uoluntati Dei, confirmans ſe, ad quod hortatur Apo
ſtolus fideles. Philippẽ 4. Sic ſtate in domino chariſ-
ſimi, ſcilicet conformando uos Dei uoluntati. Scie-
bat Beata uirgo quod Dei uoluntas erat, filium ſuum
pati, & propter hoc in mundum uenerat, & ſcriptu-
ræ, quæ ſibi ſatis notæ erant hoc prænunciabant, quæ
falli non poterant. Et cum in omnibus requiem quæ-
reret, ut de ipſa canitur, quæ non aliter uere quæri-
tur, & poſſidetur niſi conformando ſe diuinæ uolun-
tati, ſecundum rationem, ideò ſtabat, non murmurabat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quòd filius innocentiſſimus pateretur. Non blaſphema-
bat Iudæos, quòd ab eis quibus tot beneficia fecerat, tã
crudeliter tractaretur. Non uindictam a Deo petebat,
quòd illi a terra uiui abſorberentur, ut merebantur, non
capillos uel uultum ſcindebat, qa uidua, & ſine filio cõ
ſolatore remanebat. Sed ſtabat uerecunda, modeſta, la-
chrymis plena, doloribus immenſa. Anſel. O Domina
quos fontes lachrymarum dicam erupiſſe de pudiciſſimis
oculis tuis, cum attenderes unicum tuum innocentẽ co-
rã te flagellari, ligari, mactari, & carne de carne tua ab
impiis crudeliter diſſecari. Et tamen ita diuinæ uolũtati
conformis fuiſti, ut ſaluti humani generis auidiſſima eſ-
ſes, ut dicere audeam, quòd ſi nullus fuiſſet repertus, qui
filium crucifigeret ad hoc, ut ſequeretur ſalus hominũ,
& adimpleretur uoluntas Dei ſecũdum rationẽ ſi opor
tuiſſet, ipſe poſuiſſet ſe in cruce. Neque enim credẽdum
eſt minoris fuiſſe perfectionis, & obedientiæ ad Deum,
quàm Abrahã, qui proprium filium ſuum obtulit Deo
in ſacrificium, manibus proprii occidendum, & combu-
rendum. Stabat ergò fixa in Dei uoluntate.

IN ſecunda parte notatur pœnalitatis eminentia inef
fabilis, quia iuxta crucem ubi aduertẽdum, quia ali
quis ſterit in cruce. Stat aliquis iuxta crucem, Ali-
quis longe a cruce. In cruce fuit ſolus Chriſtus, id eſt in
maximo cruciatu totus. Crux enim dicitur a cruciatu,
& magnũ cruciatũ ſuſtinet, qui uim ſuſtinet. 3. qõ. 1. nul
li dubium. Dicit autem, in perſona Chriſti, uim faciebãt
qui quærebant animam meam, id eſt uitã tollere. In om
nibus enim illis locis, in quibus extimatũ eſt uitam ho
minis conſiſtere, fecerunt maximam uim. Nam cum ali-
Pſal 3.8 qui dicãt uitam reperiri in capite Alii in corde, uel epa-
te. Alii in ſanguine. In omnibus illis locis fecerũt ma
ximam uim. In capite, per coronã ſpineam, in corde, p
apertionẽ lateris. In epate uel ſãguine per flagella ĩ dor
ſo, & clauos in manibus, & pedibus, & unde totus ſãgis
exiret. In cruce ergò totus in ui cruciatus & ſolus. Vnde
Pſal. 38 ipſe ait. Torcular. ſcilicet crucis calcaui ſolus, & de gen-





tibus non eſt uir mecum, & in Pſalmus. Singulariter ſum
ego donec tranſeam, ſcilicet ex hoc mundo ad patrem,
quia ipſe ſolus non erat ſubditus morti, ex debito tamẽ
ipſe ſolus peccata noſtra, ſuper lignum Cruci in corpore
ſuo, id eſt pęnam peccatorum portauit, ipſe ſolus fuit in
paſſione ſiue conſolatione, cum alii qui paſſi ſunt habue
runt aliquod refrigerium, ut dicetur, unde quãdo ĩ hor
to orauit pro Calice paſſionis transferrendo, auulſus eſt
a Diſcipulis quantum iactus eſt lapidis, ut dicitur. Ad Luc. 22.
innuendum quòd tanta diſtantia eſt inter cruciatũ Chri
ſti in Paſſione, & cruciatum aliorum ſanctorum, quan-
tum diſtat purus homo a Chriſto. Petra enim ſeu lapis
(ait Apoſtolus) eſt Chriſtus, qui quaſi infinitum diſtat ĩ
perfectione ab aliis. Remoti a Cruce, ſunt omnes illi,
qui nolunt ſuſtinere aduerſa in mundo, ſed murmurãt
contra Deum, nec compatiuntur Chriſto, & ſi ſuſti-
nent, inuiti hoc agunt, iſti & ſi iuxta Chriſti Crucem eſ
ſe uideantur inquantum patiantur, corpore quidem ſũt
iuxta, ſed non mente, & ſimiles ſunt latroni a ſiniſtris
Chriſti, qui Crucifixus cũ ipſo blaſphemabat eum cum
aliis, eo quòd nõ liberaret eum a pęna quam inuitus ſu
ſtinebat, unde & reprobatus. Similes Simoni Cyreneo
qui angariatus fuit portare poſt Chriſtum. Iuxta Cru-
cem uerò ſtant omnes electi, qui ut membra Chriſti car
nem ſuam Crucifixerunt cum uitiis & cõcupiſcentiis, ut
ait Apoſtolus, qui non ſolum patienter aduerſa ferunt,
ſed gaudẽt, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu
contumelias pati. Qui compatiuntur doloribus & affli
ctionibus eius, quas pro eis eſt paſſus. Imitantur hi latro
nem qui iuxta crucem fuit a dextris, arguentem ſocium
eo quòd non patienter ferebat crucem, & ſe dignum p-
clamantem tantis pœnis. Et nos quidem iuſte. Nã digna
factis recipimus, excuſantem Chriſtum & cõpatientẽ tã
tę ignominiæ, hic uerò nil mali egit. Rogãtẽ illũ ut Deũ
p ſalute animæ ſuæ. Memento mei domine, dũ ueneris ĩ
regnum tuum. Hoc igitur ſentientes quod & in Chriſto Luc. 23.
Ieſu fuit, cum non deceat ſub capite ſpinoſo, membrum

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſieri delicatum , dicunt cum affectu, & effectu illud Pſal
mus. Calicem ſalutaris accipiam, ſcilicet uoluntarie bi-
bendo , & nomen domini inuocabo ut me adiuuet ad ſu-
mendum, & non horrẽdum, ut ſim iuxta crucem, & inde
a dextris eius collocatus. Nullus fuit cum Chriſto in cru
ce ſuſtinendo, ſcilicet tantam pœnam quantam ipſe, ſed
nec Paulus, quamuis enim dicat crucifixus ſum, non di-
cit ꝙ ſit affixus cruci Chriſti, ſed ſuæ. Quis enim ferre
poſſet crucẽ Chriſti? certe nullus Omnes igit̃ ſancti iux
ta crucem ſtant, propinquius tamẽ alter altero, Nulla au
tem propinquior ad eam matre eius, & meritò cum eſſet
illud corpus de eius ſubſtantia, licet alia perſona ab ea,
permaxime igitur ſtabat iuxta crucem mater eius pro-
pinquiſſima in doloribus, ut dicere poſſet illud Thren.
id eſt. O uos omnes qui tranſitis per uiam. ſ. uitæ præſẽ
tis, unde dicimur uiatores, attẽdite, & uidete ſi eſt dolor
ſicut dolor meus. Tũc impleta eſt in ea prophetia Simeo
nis dicentis. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.
Animam ſiquidem intellectiuam pertranſibit gladius
uerbi Dei, penetrabilior omni gladio ancipiti, tunc ru-
minando & intelligendo ſcripturas, quæ oſtendunt im-
menſitatem doloris Chriſti in Paſſione. Ita uidetur ex-
ponere beatus Amb. Et ex eius meditatione gladius do
loris eius pertranſiuit animam ſenſitiuam, nec iſtud eſt
contra id quod dictum eſt ſupra, ſcilicet quòd Beata Ma
ria erat conformis uoluntati Dei, qui uolebat filium ſuũ
pati. Nam ſicut de Chriſto eius filio dicimus, quòd ſecũ-
dum uoluntatem rationalem uolebat pati, & tamen ſe-
cundum partem ſenſitiuam ſummè doluit, & acerbiſſi-
*Iſa. 53.* mos paſſus eſt dolores, qꝫ ut ait c. Vere dolores noſtros
ipſe portauit, ita & mater eius cum ſtabat iuxta Crucẽ,
ſecundum rationem aſſentiebat, quòd filius pateretur,
& qeta erat, ſꝫm ſenſualitẽ ſummè dolebat ut merito di
cat. Attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus. No
uerat utique ſacras literas, & ſpiritu Sancto reuelante
optime intelligebat. Et ex his & naturali rõne triplici-
ter poterat deprehendere immenſitatem doloris in fi-





lio patiẽte, qui erat ſibi gladius ſummæ afflictionis, nec
ei ſimilis. Ex paſſiõis enſalitate. Ex afflictiõis puritate.
Ex cruciationis circunſtantialitate. Conſiderando cau-
ſam Paſſionis filii mei uidete, ſi eſt dolor ſicut dolor
meus. Conſidero enim quòd cauſa huius paſſionis eſt, ut
redimatur genus humanum, & ut ſatisfiat Deo, pro pec-
catis humani generis totius. Pro peccatis dico nõ ſolum
originalibus, ſed etiam actualibus, mortalibus, & uenia
libus, totius humani generis, non ſolum, pro electis, ſed
& pro reprobis, dicit enim. Omnes quaſi oues errraui *Iſa. 53.*
mus, unnuſquique in uiam ſuam declinauit, ſcilicet per
diuerſa peccata commiſſa, & dominus poſuit in eo ini-
quitatem omnium noſtrum, id eſt pœnam peccatorum
omnium noſtrum. Et ipſe dominus Ieſus dixerat, uenit fi
lius hominis, ſaluare quod perierat, Sed totum perierat, *Luc. 19*
totum ergò ſaluauit, quantũ in eo fuit, ſcilicet ſuſtinen-
do pœnam pro peccatis omnium. Deus autem ſicut om-
nium rerum ita & culparum, & pœnarum eis debitarum
habet notitiam, & nil impunitum ſua iuſtitia dimittit.
Cũ ergò pro quolibet mortali debeatur pœna infinita,
id eſt infernalis, nec homo cum ſit uirtutis finitę, poteſt
per ſe ſatisfacere debito infinito, ut Deo ſatisfieret, de
tantis offenſis, opportet quòd Chriſtus filius meus, qui
infinitus eſt, ſua diuinitate in humanitate aſſumpta pa-
tiendo, ſic ſatisfaceret pro omnibus, per paſſionem meri
ti infiniti, unde pœnam ſuſtinebat, pro omnibus pecca-
tis noſtris, & ſic pœna eius erit, quaſi infernalis. Et pro-
pterea, Pſalmiſta dicit in eius perſona. Reple-
ta eſt malis anima mea, ſcilicet ſenſitiua, malis ſci-
licet, pœnarum, & uita mea in inferno appro-
pinquauit, propter ſimiles pœnas, & hoc pro pec-
catis omnium, quia quæ non rapui, ait idem per Pſal-
mus. tunc, ſcilicet in paſſione exoluebam. Fecerunt
primi parentes, & alii ſuccedentes furtum ſe ſubtra-
hendo, & ſuum obſequium Deo, & ego rapinam
exolui, meipſum exinaniui uermis, exinanitus & non ho

Universidad de Deusto
Biblioteca



mo,uſque ad mortem Crucis totum me exhibendo. Cũ
ergò filius meus ſuſtineat tales cruciatus, ego quæ ſum
mater,& pater eius,quia non alium patrem habet in ter
ris optimus amantiſſimus,uidete ſi eſt dolor,ſicut dolor
meus,& ut ego dicere ualeam , dolores inferni circunde
derunt me,gemitus mortis ut dolores inferni circũdede
runt me.Et quod adauget dolorem meum eſt, quia cum
filius meus ſuſtineat tot immenſos dolores,& tãtam pœ
nam,quæ ſufficiat pro omnibus ſatiſfacere, & omniũ de-
bita ſoluere,tamen plurimi propter ſuam cecitatem &
ingratitudinem , ſe priuabunt tanto fructu . Secundo
oſtenditur magnitudo doloris in uirgine ex puritate af
flictionis in filii ſui paſſione, puritate autem dico, quia
non habuit mixturam conſolationis,ſicut uinum dicitur
purum,quod non habet mixturam alterius liquoris.do-
lor fundatur in amore.tantum enim quis dolet de amiſ
ſione uel leſione alicuius rei, quantum ipſam diligit.Et
quia ſumme diligebat mater uirgo filiũ ſuum dilectio-
ne & naturali & gratuita,& quia filius, & quia optimus,
ut dici poſſet utriuſq; una anima, unum cor. Ideo bene
dictũ fuit a Simeone. tuam ipſius,ſcilicet animam tuam,
quæ eſt quaſi anima eius,propter ſummam adinuicem di
lectionem,pertranſibit gladius afflictionis , pertranſibit
id eſt, per totum tranſibit abſque refrigerii admixtione
Siquidem quãto quis eſt delicatior,& complexionem ha
bet corporis melius diſpoſitam,tanto magis affligitur,
& dolorẽ ſentit ex aliqua læſione corporis ipſius. Et hic
eſt quòd de eadem perſecutione & omnino ſimili infir-
mitati magis grauatur & dolet delicatus,quàm ruſticus
quanto etiam pars corporis quæ patitur læſionẽ eſt ma
gis ſenſibilis,tãto læſio magis affligit. Vnde uidemus p
experientiam q frigus uel alia læſio magis affligit in ma
nibus,uel pedibus,quàm ĩ reliquis partibus corporis,ex
eo quia eſt pars magis ſenſibilis,propter concurrentiam
plurium oſſium,neruorum,& uenarum.Cum autem præ
cipue paſſio Chriſti fuerit in manibus & pedibus facta,
pro-



propter confixuram eorũ cum clauis in Cruce,& ſuſpen
ſionem totius corporis in illis, ideò quãdo uirgo mater
uidit impleri illud. In perſona filii ſui dictum. Foderunt Pſ. 21.
manus meas & pedes meos, & dinumerauerũt omnia oſ
ſa mea.i.ita uiolenter extenderunt in cruce, ut poſſent ſi
gillatim omnia oſſa dinumerari , maxime doluit filius
per paſſionem,ipſa per compasſionem,in tanta pasſione,
nullam habuit ab alio conſolationem.Vnde dicebat per
prophetam Qui me conſolaretur non inueni. Nõ enim
conſolabatur ſicut fieri ſolet morti abdicatis a ducenti-
bus eos. Non Iudæi , ſed illudebant ei cum principibus
ſacerdotum,& blaſphemabant.Non gentiles, ſed coronã
ſpineam imponentes capiti percutiebant eũm.Non diſci
puli, qui fugerant ſecundum illud , Longe feciſti notos Pſ. 87.
meos a me.Non Mariæ cum Ioanne,quæ fidem diuini-
tatis eius amiſerant. Non pater æternus conſolatus eſt
eũ ſcilicet ad liberandum eũ de manibus inimicorũ , ſed
pro nobis tradidit illum(ait Apoſtolus)ſcilicet uolũtati
eorum , permittendo agere quæcunque crudelia uolue-
runt. Et quod plus eſt, & omni admiratione & compaſ-
ſione digniſsimum,quia & ipſa pars intellectiua Chriſti,
quem fruebatur continue Deo, non eſt conſolata eum,
ſed dereliquit illam partem ſenſitiuam tantis doloribus
immerſam . Etpropterea ipſe in Cruce clamauit cum
lachrymis & clamore ualido , ut ait Apoſtolus ad Heb.
Deus meus,Deus meus , ut quid dereliquiſti me? Cla- Mat. 27.
mauerunt iuſti , & dominus exaudiuit eos.ait . Patres Pſ. 33.
ueteris & noui teſtamenti in tribulationibus ſuis,& cru-
ciatibus dominus exaudiuit , & ſi non ſemper liberan-
do ab illis pœnis, tamen ſemper conſolando mentem
eorum ut in uirtute perſiſterent reſpectu pręmii , & di-
uini beneplaciti. Ego autem clamabo per diem, & non
exaudies,dicendo Deus meus,&c.Clamans ſe derelictũ
non ex eo quòd diuinitas ſeparata eſſet ab illa humanita
te,quia quod ſemel accepit Dei filius , nunquam dimi-
ſit (ait Damaſce. ) ſed ſe derelictum dicebat, quia pars
eius intellectiua, eius gaudii, & conſolationis quo frue-
batur

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur in uerbo, nil influebat aut communicabat ſenſi-
tiue ad conſolationem, & in hoc nõ exaudiebatur, quod
in nullo ſanctorum accidit. Et ideò dictum eſt, quod
hæc afflictio, uel paſſio fuit pura, ſcilicet ſine admix-
tione conſolationis. Hæc autem uerba audiens mater,
gladius pertranſiuit animam eius, intelligens eum, non
derelictum per ſeparationem deitatis, ſed per ſubtractio
nem omni ſuffragii, refrigerii, & ſuauitatis. Attendi-
te ergò & uidete &c. Nam & ſi præſens fui, & iuxta
crucem ſteti, & hoc totum ad augumentum doloris.
Quæ enim mater, quæ habens filium præſentem etiam
in tormentis non ualeat, uel in aliquo conſolari, ip-
ſum amplexari, oſculari, potum porrigere ſitienti? Ec-
ce filius meus dilectus ad mortem ſitit. hoc exprimens,
ut refocilletur, nec ſtillam aquæ poſſum præbere, ſed
ſibi offertur in mei præſentia acetum & fel, uulnera ui-
deo nec poſſum alligare, ſanguinem effluere, nec poſſum
ipſum extergere, caput ex grauamine inclinatũ, nec ua-
leo illud brachii ſuſtentare, a me remotum, unde nec
amplexari. Et ſi audio uerbum ex ore eius, Ecce filius
tuus, ſcilicet Ioannes, & hoc utique uerbum Dei gla-
dius acutus, quod pertranſiuit animam meam. Reuera
inquit beatus Bernar. Hoc uerbum, ecce filius tuus pluſ-
quam gladius fuit, quod pertranſiuit animam eius uſ-
que ad diuiſionem animæ, & ſpiritus. O quam commu-
tationem. Ioannes pro Ieſu traditur, ſeruus pro do-
mino, diſcipulus pro magiſtro, filius Zebedei pro filio
Dei, purus homo pro uero Deo. Quomodo tuam affe-
ctuoſiſſimam animam non pertranſiuit. hoc audito quã-
do, & noſtra, licet ſaxea, licet ferrea pectora ſcindat ſo-
la huius recordatio. Anſel. O domina mea quibus ſin-
gultibus æſtimabo puriſſimum pectus tuum uexatum,
cum audires. Mulier ecce filius tuus? Vnde congrue
dicere poterat illud Hiere. Amaritudine repleſti me &c.
Quantum ad tertium, ſcilicet, de circunſtantiis ipſius
paſſionis, poteſt perpendi immenſitas doloris uirginis
matris, quæ ſtabat iuxta crucem. Notandum, quòd
ſe-



ptem ſunt circunſtantię, circa ipſam paſſionem Chri-
ſti. Ex patientis dignitate. Ex inferentis peruerſitate.
Ex temporis ſolemnitate. Ex loci uilitate. Ex affli-
ctionis uniuerſalitate. Ex conſuſtinentis ſocietate. Ex
fructus paucitate. Quantum ad primum manifeſtum eſt, Primum.
quòd quanto dignior eſt perſona, quæ offenditur, tan-
to maior eſt offenſa, & per conſequens ſuſtinenti, & om
ni attinenti ei, & ſi diligit eum, occaſio eſt maioris dolo
ris. Dominus Ieſus Deus erat, & homo, unde dignior
perſona eſſe non poterat, & quamuis diuinitas ſua pati
non poſſit, nec aliquis eam attingeret ad offendendum,
tamen quia humanitas illa erat organum quoddam, &
ueſtimentum quaſi diuinitatis. Vnde Apoſtolus ait.
Et habitu inuentus ut homo. Ideò omnis iniuria facta Phi. 2.
illi humanitati, & corpori, poteſt dici facta Deo, ſicut,
qui frangeret uel ſpueret in ueſtem, qua indutus eſt Im
perator, non diceretur facere iniuriam ueſti, ſed Impera-
tori, quia ea indutus eſt. Inquantum etiam homo erat
de progenie regali, & ſacerdotali genitus Rex, & ſacer-
dos ſummus, innocentiſſimus, ſapientiſſimus, ex mira-
culis ſanctitate, & doctrina famoſiſſimus. Cum igitur
ei fuerint illatæ tot contumeliæ, irriſiones, maledictio-
nes, infamationes, & afflictiones corpori, inde ma-
gnus ſibi exurgebat dolor, & matri eius, quæ ſtabat iu
xta crucem omnia illa audiens, & uidens, dicere pote-
rat illud Iob. Os meum perforatur doloribus oſſa, ſunt
potentiæ animę quibus conſiſtit robur eius. Os autem
dicit, in ſingulari, quia potentia ſenſitiua. Nam ut ait
beatus Bernar. Captiuorum libertas capitur, gloria an-
gelorum illuditur, Deus omnium flagellatur, candor lu
cis æternæ, & ſpeculum ſine macula conſpuitur. Et cum
uita omnium occidatur, quid reſtat nobis miſeris agen
dum, niſi ut eamus, & nos & moriamur cum eo per com
paſſionem eius, & ad matrem eius. Dolebat ſiquidem
de iniuriis tanti filii, tam ſancti, tàm innocentis, ſed nõ
minus de offenſa Dei. Et ideò attendite & uidete &c.
Sed dicere poſſet, quòd ait Bernar. in perſona Chriſti
patientis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



patientis, cum ſit tantus dolor quem patior, tamen plus
crucior cum te ingratum experior, ſcilicet de tanto be-
neficio. Oſtenditur ſecundo magnitudo doloris in uir
Secundum. gine, ex circunſtantia inferentis iſtam paſſionem filio.
Quanto enim plures concurrunt, & diuerſorum ſta-
tuum & magiſtratuum, & amici, & ualde beneficiati,
ad inferendi iniuriam, & mortem ualde ignominioſam
alicui, tanto maior dolor, & afflictio ſequitur in paſſo,
& in quolibet attinente, & amico eius. Sed ad inferen
dam paſſionem tam amaram, & opprobriam Chriſto,
concurrerunt de omni genere & ſtatu, at etiam qui
prius erant diſcipuli, & etiam ſumme beneficiati. Et
ideò uirgo mater eius dilectisſima ſumme doluit, ſtans
iuxta crucem. Aſtiterunt reges terræ, (ait pſalmus ſe-
cundus,) & principes conuenerunt in unum, aduerſus
dominum, & aduerſus Chriſtum eius, ſcilicet, ad mor-
tem ei inferendam. Reges quidem aſtiterunt, ſcilicet
Herodes Rex Galileæ, qui ſpreuit illum cum exercitu
ſuo indutum ueſte alba, & ut fatuum remiſit illum ad
Pilatum, ut iudicaret eum. Rex Romanorum Monar-
cha, ſcilicet Tyberius Imperator, & ſi non in perſona ta-
men per ſuum Locumtenentem Pilatũ, ſcilicet. Præſidẽ
Iudeę, qui dedit ſententiam mortis contra eum, ad tu-
multum populi clamantis, ſcilicet, crucifige crucifige
eum. Principes quoque ſacerdotum omnes iſti aſtite-
runt, id eſt ante alios omnes, & gentiles, & populos iu-
dæorum, ut principaliores. Nam principes ſacerdotum
colligentes concilium propter hoc, & principales eo-
rum ſummo ſacerdoti Caypha conſulente & decernen-
te, quia expedit uobis ut unus moriatur pro populo,
exinde quæſierunt opportunitatem capiendi. Quem
cum cœpiſſent nocte, proditionem faciente Iuda diſci-
pulo ſuo, iterum ſummo mane conuenerunt, ad inqui-
rendum falſum teſtimonium contra eum, & cum non in-
uenire poſſent teſtimonia conuenientia, multa falſa di-
centibus ad interrogationem, & ad adiurationem Cay-
phæ ſummi ſacerdotis, cum diceret ſe eſſe Chriſtũ filiũ
Dei



Dei benedicti, ad expreſſionem tãtæ ueritatis, & tantis
miraculis ſuis, approbatæ doctrinæ ſuæ, iudicauerũt eũ
re[illegible]mortis, & poſt ſputa, alapas & contumelias, ut ma
[illegible]factorem Pilato præſentauerunt occidendum. Et cum
in ipſa paſſione ſexus fœmineus affuit, & uiliſſima an-
cilla hoſtiaria quæ, & ſi non potuit adire Ieſum propter
multitudinem aliorum eum irridentium, & affligentiũ,
oſtendit diſcipulum quærens ut caperetur tãquàm diſci
pulus Chriſti, ſed quia hoc inconſulte negauit, euaſit ca
pturam. Milites autem Pilati, qui gentiles erant poſt
ſententiam latam a Pilato, poſtquàm illuſerunt ſatis, in
dutum ueſte coccinea ad crucis patibulum deduxerunt.
Et ſic omnes conuenerunt in unum adu[illegible]ſus Chriſtũ.
Quantum autem fuerunt beneficiati, ab eo non poſſet
etiã prolixo ſermone, & tẽpore explicari, aliquid tamen
uel breuiter perſtringam utens uerbis, in perſona Chri- *Mich. 6.*
ſti ad populum illum ſceleſtum, & ingratiſſimum. Popu
le meus quid feci tibi, & in quo &c. hoc boni tibi feci, pa
tres tuos Iacob cum filiis ſuis in Egypto per Ioſeph enu
triui famis tempore, ne perires. Et poſt tempora multi-
plicatos ſupra numerum de dura ſeruitute Egyptiorum
te eduxi. A flagellis quibus Egyptum totam percuſſi, te
liberum feci. mare rubrum tibi aperui ut per eum ſicco
ueſtigio tranſires. Pharaonem autem cum exercitibus
ſuis, ibi ſubmerſi. Manna de cœlo præſtito per 40. an-
nos te paui. Aquam tibi de petra fluxi, inſurgentes con-
tra te hoſtes proſtraui, Seon Regem Amorreorũ, & Og
Gygantem Regem Baſan. Terram fluentem lac, & mel,
patribus tuis a me promiſſam exterminatis 30. inde re-
gibus, & plurimis nationibus tibi largitus ſum. Et prius
in monte Syna legem ſeruandam tradidi. A captiuita-
te diuina, ſcilicet per 70. annos propter ſcelera tua, in
Babylonia portata te liberãs ad propria ſua Eſdra, Nee-
mia & Zorobabel reduxi. De graui oppreſſione Antio-
chi Regis per Iudam Machabeum cum fratribus, te ex-
cuſſi. Ecce quid feci tibi? Reſponde ergò mihi. ſi tan-
ta beneficia a me tibi collata, hanc talem retributionem
merue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



meruerint, ut me crucifigeres. In quo moleſtus fui, re-
ſponde mihi? Ego ex genere tuo carnem ſumens, rega-
le ſolium cœli dimiſi, ut tibi frater eſſem. Ego per ci-
uitates tuas caſtra, & uicos diſcurri, in tui utilitatem
laborans. Ego ſemper in templo docui, quæ te ſaluum
facere poſſent. Ego cœcos tuos illuminaui, leproſos
mundaui, claudos erexi, obſeſſos a dæmonibus libera-
ui, ſurdis auditum reſtitui, mutis loquelam, infirmis ua-
riis ſanitatem, mortuis uitam. Nunquid in his mole-
ſtus fui, præcepta declaraui, errores confutaui, uitia re-
præhendi, conſilia perfectionis adieci. Sed quia ueri-
tas odium parit, apud inſipientes, quę gignere debet di
lectionem. Ideò in his tibi moleſtus fui, nolenti ueri-
tatem audire. Quid ultra tibi facere potui, & non fe-
ci. Hæccine reddis domino popule ſtulte, & inſipiens?
Conſiderans uirgo mater beneficia facta, a filio ſuo po
pulo illi, & tunc ab eo tanta peruerſitate, tanta crude-
*Pſal.30.* litate cruci affigi, ualde dolebat ut dicere poſſet illud.
Defecit in dolore uita mea. Attendite ergo & uidete,
*Tertium.* ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Ex temporis ſolemni-
tate etiam ampliatus eſt dolor, in uirgine matre. Erat
enim ſolemnitas Paſchæ ſeu azimorum, quæ erat prę-
cipua ſuper omnes alias, in qua tenebantur ex lege om
nes iudæi, de quibuſcunque ciuitatibus, & locis uenire
ad templum in Hieroſolymis ſitum, ad ſacrificium offe
rendum, niſi legitimum haberent impedimentum. Et
quia per uarias captiuitates eorum, erant ſatis diſper-
ſi per orbem, & in Italia, & in Aſia, & in Affrica, ut
*Act.2.* patet. De omni pene natione conuenerant Hieruſa-
lem, ad illud feſtum. Quanto autem quis damnatur
ad mortem propter maleficium, concurrente maiori cō-
curſu populi, tanto maior ei inſurgit pęna confuſionis,
& erubeſcentiæ. Conſiderat enim, quòd quilibet ui-
dens narrat aliis, & ſi peregrinus eſt reuerſus in patriam
ſuā refert, & diuulgat ciuitati ſuæ de illo malefactore,
& ignominioſa punitione, & ſic utique infamis abhomi-
natur. De graui autem crimine calumnioſo accuſa-





runt de blaſphemia Dei grauiſſima apud iudæos, quia
Dei filium ſe dixerat. De crimine læſæ maieſtatis maxi-
me apud leges Gentium. Vnde in titulo ſuper crucē ſcri
bi fecit Pilatus. Ieſus Nazarenus Rex iudæorū. q.d. Hęc
eſt cauſa paſſionis huius, quia uſurpauit ſibi regnum iu-
dæorum, faciendo ſe regem, & prohibendo tributa dari
Cæſari, & per hoc quaſi rebellare faciente populum Ti
berio Imperatori. & ut omnes poſſent legere, ex quo de
omni gente ibi erat, ſcilicet iudæorum, Græcorum, &
Latinorum, ſcribi fecit litteris Græcis, & Hebraicis, &
Latinis. Conſiderans igitur uirgo mater, quæ ſtabat iux
ta crucem, tantam confuſionem, tam publicandam per
orbem filii ſui defamationem, non poterat non ualde do
lere, ſed & de offenſa Dei in tantæ ſolennitatis tempore
in quo magis debebant Deū uenerari pro beneficijs col
latis illi populo. Erat enim feſtum illud inſtitutum in
recognitionem liberationis illius populi, de ſeruitute
Egypti per ſanguinem agni. Vbi ergo debebant ſacerdo
tes templum Dei ornare uaſa Domini mundare, ſacrifi
cia præparare, omnibus dimiſſis ad hoc totum ſtudium
ponunt, ut agnus immaculatus, qui tollit peccata mun-
di occidatur, non ut ſanguine eius fuſo mundus redima-
tur, ſed ne terrena amittamus, ne veniāt Romani, & tol
lant locum noſtrum & gentem, ne correctorem uitiorū
noſtrorum habeamus, ne eum magis honoratum, quàm
nos à populo uideamus. Quod autem dicunt. Non in die
feſto hoc agamus, non ob reuerentiam feſti conueniūt
hoc facere ne Deus oſtendatur, ſed ne tumultus populi
congregati fieret, de manibus eorum auferatur. Et ideo
dicere poterat uirgo mater illud. Poſuit me Dominus
deſolatam tota die mærore confectam, & infra. Audite
obſecro uniuerſi populi, & uidete dolorem meum, ſcili- *Thren.1.*
cet ſi eſt ſimilis. Quarto oſtenditur ex loci uilitate aug-
mentatio doloris eius, quia in loco uiliſſimo crucifixus
eſt. Nā ut narrant Euangeliſtæ, duxerunt eū in golgota
quod eſt caluariæ locus, & ibi eum crucifixerunt. Qui
locus ideo dicitur Caluariæ, quia ibi erant oſſa mortuo

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum,& Caluariæ,& alia cadauera, & ibi occidebantur
uiliſſimi homines,& magni malefactores.Ibi ſtabat iux-
ta crucem mater eius,& uidens locum tam uilem,ac fi-
lium eius regem regum,& Dominum dominantium fa-
ctum opprobrium hominum. & abiectio plebis, dicere
poterat illud.Iccircco ego plorans, & oculus meus de-
Thren. 1. ducens lachrimas,quia longe factus eſt à me cõſolator.
Sed iſte locus fuit ultimus terminus paſſionis,conſide-
rans & alia loca in quibus paſſus eſt, & quàm uilia. E
primus quidem fuit in horto,uel prope hortum in qu
fecit orationem,nec biberet calicem paſſionis, ſecũdum
inſtinctum ſenſualitatis,non ſecundum determination
rationis. In horto delitiarum ſcilicet paradiſi fuit fur
tum perpetratum à primo Adam de fructu arboris in
terdictę, & prope hortum fuit principium, & finis paſſi
nis quia a ſecundo Adam Chriſto ſolutum eſt furtum, i
arbore crucis. Vnde in Cãticis dicitur. Sub arbore ma
la ſuſcitaui te mortuam in peccatis.Ibi corrupta eſt ge
nitrix tua Eua, ſcilicet per fructum decepta. Ad il-
lum locum accedens prope hortum multitudo magna
cum fuſtibus,gladiis & lanternis, ut ad latronem ma-
gnum capiendum (duce eorum Iuda proditore,) cum
appropinquaſſet ei.Oſtendit dominus Ieſus & potẽtiam
ſuam & beniuolentiam.Potentiam quidem, quia eo di-
cente,ego ſum quem quæritis,ſubito omnes ceciderunt
in terram retrorſum,amiſſis corporis uiribus, ut pate-
ret omnibus, quia non coactus patiebat. Beneuolen-
tiam, quia & ſi tanta crudelitate ad capiendum ue-
nerant abſciſſam auriculam Malcho à Petro, quia
primus iniecerat manum in magiſtrum, ei reſtituit.
Eo autem capto ex diſcipulis eius fugientibus, vnus for-
te Ioannes, (ut pie credi poteſt.) Et ſi Euangelium
non ponat, uenit in Bethaniam, ubi mater Ieſu erat
cum alijs Mariis, nuncians cum lachrimis capturam
filii, quo audito pertranſiuit doloris gladius animam
eius, noctem ducentis inſomnem,& lachrymis plenam
Et quid orare aptius poterat, quàm illud. Exaudiat





te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen
Dei Iacob, mittat tibi auxilium de ſancto &cæ.ligatus Pſal. 72.
autem Ieſus, ut a uinculis peccatorum ſolueremur de
loco illo ductus fuit ad Annam primum, ſocerum Cay
phæ, ubi a miniſtro eius crudeliter alapatus eſt. In-
deque ad atrium Cayphæ principis ſacerdotum ductus
eſt, & tota nocte afflictus ſecundum illud. Caſtiga-
tio mea in matutinis. Mane autem facto, matre Pſ. 19.
eius ciuitatem intrante, plurimis deuotis mulieribus
aſſociata, lachrymis plena, omnes inclinabat ad
fletum mulieres occurrentes. Videnſque filium iam
afflictum ſputis, manibus ligatum, duci ad Pilatum,
gladius pertranſiuit animam eius. Ipſumque ſequens,
nec loqui ualens impedita à militibus, peruenit ad
plateam domus Pilati, ubi iudicium de eo exerce-
batur, flagellari filium plurimis, & duriſſimis icti-
bus audiens, nec flagellis ſatiatos, adhuc clamare,
crucifige crucifige eum, & non hunc, ſed Barra-
bam nobis dimitte. O quot de pudiciſſimis oculis
ſuis lachrymarum fontes exibant, certe gladius per-
tranſibat animam eius. Demum ſententia iniquiſ-
ſime data, cum duceretur ad locum Caluariæ, ſe-
quebatur eum multitudo mulierum plangentium, &
lamentantium de morte eius, quarum prima ipſa e-
rat. Videnſque filium cum corona ſpinea,quam capi-
ti infixerant milites Pilati, faciemque illam ſpecioſam
præ filiis hominum, ſanguine de puncturis ſpinarum
fluente cruentatam,ſputis,ſpinis deturpatã.Crucem ſibi
impoſitam in humeris, præ laſſitudine ferre non ua-
lentem dicere poterat, quis det mihi pro te mori fili
mi. O fili mi, lumen non ſolum oculorum meorum,
ſed gloria omnium populorum. Ad eos autem qui eum
ſequebantur,& illas conuerſus, recompenſas affectum,
& conſolatus eſt dicens. Filiæ Hieruſalem nolite flere
ſuper me, prænuncians eis futurum excidium, vt ſibi
prouideant, ſubdens. Sed ſuper uos omnes flete, &
ſuper filios ueſtros &cæt. Deum in illo uiliſſimo loco

Universidad de Deusto Biblioteca



Caluariæ crucifixerunt eum. Vnde ſtans ibi iuxta cru-
cem dicere poterat. Attendite & uidete, ſi eſt dolor ſi-
milis ſicut dolor meus. Quinto ex afflictionis ge-
neralitate oſtenditur magnitudo afflictionis in Chriſto
patiente, & matre compatiente. Ad litteram uerificatum
Eſa. 1. eſt in eo illud. A planta pedis uſque ad uerticem nõ eſt
in eo ſanitas, & à uertice inchoãdo caput illud ſanctiſſi
mum Gazophilatium ſapientiæ Dei puncturis acutiſſi-
mis coronæ ſpineæ penetrãtibus uſque ad os perforatũ
fuit. Egredimini filiæ ſyon animæ fideles ab alijs mundi
cogitationibus, & uidete meditãdo regẽ Salomonem
ſapientiſſimum, qui dedit ſapientiam Salomoni, in dia-
demate ſpineo in quo coronauit eum mater ſua ſynago
ga Iudæorum, ex qua ſecundum carnem natus eſt. Ocu-
li piiſſimi, a quibus intuitus Petrus cognoſcens peccatũ
ſuum fleuit amare, in deriſum uelati ſunt. Facies eius
plena gratiarum deturpata eſt ſputis, & ſanguine ut
leproſus uideretur. Nos uidimus eum quaſi lepro-
Iſa. 53. ſum. Vnde nec reputauimus eum. Genæ eius candi-
dę, & rubicundæ alapis percuſſæ ſunt. Ecce dedi corpus
meum percutientibus, ait ipſe per Iſa. 50. Et genas
meas uellentibus, aures illæ quæ melos audiunt Angelo
rum repletæ ſunt blaſphemiis, detractionibus, contu-
meliis irriſionibus populorum. Propheta inquit in
eius perſona, factus in deriſum omni populo meo Can
ticum eorum tota die. Et iterum omnes maledicunt
mihi. Nares beatiſſimæ eius ad cuius odorem reui-
uiſcunt mortui, ut balſami aromatizantis fatigantur fœ
toribus cadauerum Caluariæ loci. Capillis eius capi-
tis, & barbæ delicatiſſimi, uiolentia tracti, aut euulſi
ſunt. Os eius quod tam ſanam, tam ſapidiſſimam,
tam utiliſſimam, & ueriſſimam doctrinam protulerat,
percuſſum eſt. & tanquam ouis ad occiſionem ductus,
non aperuit os ſuum ad excuſandum, uel comminan-
dum, uel maledicendum. Sed benedicendum, & oran-
dum pro inimicis. Collum eius ſuauiſſimum colaphis
attritum eſt. Manus eius potentiſſimæ, ex quarum con-





tactu infirmi plurimi ſanati ſunt, & leproſi mundati,
clauis duriſſimis cruci affixæ ſunt. Pedes eius quorũ ter
ra ſcabellum eſt, quique diſcurrẽtes per ciuitates, uillas
& caſtra, tantum loborauerunt pro hominum ſalute, in
cruce extenſi ſunt. Secundum illud. Foderunt manus Pſal. 21.
meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa & cæt.
Totum corpus illud dulciſſimum, quod in cibum illud
ſalutiferum nobis reliquit, flagellis multis, & diris cæ-
ſum, & dilaceratum, & ſanguine cruentatum. Secundum
illud. Fui flagellatus tota die. Oſſa illa confracta ſunt, re
manſerat ſola lingua, & cor integrum. Sed ne & illa, ſi-
ne ſua lęſione manerent. Lingua eius aceto, & felle in ſi-
ti mortis amaricata eſt, ut impleretur illud. Dederunt
in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68.
Demum eo mortuo non ſatiatis de cruciatibus uiuentis
& morte eius ſpiritu tradito, latus eius lancea apertum
eſt. Vnde exierunt ſanguis, & aqua, medicina noſtra-
rum animarum. Sed & in rebus ſibi adhærẽtibus, ſcilicet
ueſtibus iniuriati ſunt. Nam diuiſerunt ſibi ueſtimen
ta mea, ait ipſe pſalmus. Et ſuper ueſtem meam. illam,
ſcilicet inconſutilem quam fecerat ei mater ſua, miſe-
runt ſortem. Cõuerſantes quoque cum eo diſcipulos eũ
derelinquere compulerunt, capere cupientes adoleſcen
tem, qui eum ſequebatur ſyndone ſuper nudo indu-
tum, niſi fugiſſet. Stabat ergo iuxta crucem mater eius,
& hæc uidens & ſcripta, & prænunciata recolẽs dicere
poterat illud. Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit.
Eo quod non eſſet requies, donec aſpiceret, & uide-
ret Dominus de cœlis, id eſt non tacuit à fletu, eo
quod non eſſet requies alicui membro filii mei donec
aſpiceret dominus, ſcilicet reſuſcitando ipſum a mor-
tuis. Attendite igitur, & uidete o uos omnes ſi eſt dolor
ſicut dolor meus. Sexto non modica cauſa doloris ſicut
fuit in Chriſto patiente, ita in matre compatiente, hoc,
ſcilicet quod cum latronibus crucifixus eſt. Sicut e-
nim pati iuſtum, & innocentem cum aliis ſanctis & pro-
bis uiris, & iniuſte condemnari ad mortẽ, eſt aliquod re-

ſrigerium, ita econtra condemnari cum ſceleratis eſt augmentum pœnæ, cum ex hoc videntes, iudicent illum ſceleſtem. Vnde, & pro ſpeciali iniuria & crudelitate erga eum prædixit. Et cum ſceleratis deputatus eſt, ſcilicet ad mortem, quod uidens uirgo mater in filio impleri, cum in medio latronum crucifixus eſt, ualde doluit. Hoc etiam Chriſtus horrens, ſecundum ſenſitiuam orabat per pſalm. dicens. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, ſcilicet uitam. Vnde & ſubdit quaſi declarans ſe, neque cum uiris ſanguinum uitam meã. Erat ſiquidem crux illo tempore ſupplicium latronum. Licet nunc, propter Chriſtum in eam extenſum, cum ſumma ueneratione tranſeat ad frontes imperatorum, & omnium Chriſtianorum. Erat mors maximæ infamiæ, & acerbiſſimæ pœnæ. Vnde in lege dictum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno, maledictione ſcilicet infamiæ. Quod intelligentes ipſi maligni Iudæi, ( ut refert quidam ſapiens hoc prænunciando) dixerunt non rectè ſed peruerſe cogitantes morte turpiſſima condemnemus, Hoc genus mortis ideo Chriſtus elegit potius quã aliam mortem, ut doceret, & confortaret quemlibet propter nullum genus mortis quantumcunque ignominioſum, quantumcunque aſperum, Deum, ſeu mandatum eius quodcunque deſerendum, ut notat Beatus Thomas poſt Auguſtinum in tertia parte, cum & ipſe rex regum & Dominus Dominantium mortem ſuſtinuit immaturã quia in flore iuuentutis uiolẽtam, quia ab aliis, & beneficiatis, & acerbiſſimã, quia crucis uiliſſimã, quia in medio latronũ. Humiliauit (inquit Apoſtolus) ſemetipſum. Vſque ad incarnationẽ (inquit gloſa.) Vſque ad humanę mortalitatis participationem, uſque ad Diaboli tentationem, uſque ad populi deriſionem, uſque ad ſputa, uincula, flagella, alapas. Et ſi hoc parum aliquid de genere mortis, addendum, eſt non cuiuſcunque, ſed crucis, quæ cæteris ignominioſior eſt. Et quanto ait Ber. Maiorem ſe fecit humilitate tanto ſe oſtendit maiorem bonitate. Et quanto uilior, inde carior. Idem ſuper Canticum. O



Universidad de Deusto Biblioteca



humilem, & ſublimem, o altiſſimum, & nouiſſimum, o opprobrium hominũ, & gloria Angelorũ. Nemo ſublimior, nemo deſpectior, eſto uilis quantumcunque, nunquam Chriſto uilior eris. Ipſe ſiquidem Rex regum, & dominus dominantium fuit uilisſimi precio uenalis expoſitus, a uiliſſimo populo, uiliſſima paſſus, uiliſſimo loco crucifixus, crucis ſupplicio traditus, inter latrones poſitus. Cum iniquisſimis, & uiliſſimis hominibus deputatus, modo uiliſſimo tractatus. Etenim tanquam malefactor bonus Dominus capitur tanquam furioſus manſuetus uinculis aſtringitur. Tanquam peſtifer, ſaluator accuſatur tanquam fatuus Dei ſapientia irridetur, tanquam homicida uita hominum morti damnatur, tanquam leproſus & immundus mundator criminum, extra męnia eiicitur, tanquam latro crucifigitur, tanquam flagitioſiſſimus confutandus ab omnibus, & intuendus nudatur, & tanquam uermis uilis, & uiliſſimus ſummus Deus conſpuitur, abiicitur, & conculcatur. Hęc ille. Et tamen inter tantas iniurias, & uiuificationes pro crucifixoribus ſuis deprecatur, latroni ( & ſi propter ſcelera ſua crucifixo ad pęnitentiam conuerſo) non ſolum ueniam, ſed paradiſum pollicetur dicens. Hodie mecum eris in paradiſo. Stabat iuxta crucem mater Ieſu hæc meditans, & doloribus quaſi defecta; ait ad crucem, ut pie credi poteſt, flecte ramos arbor alta, tenſa laxa uiſcera &cæ. Ad filium autem mihi non loqueris, pro Iudæis intercedis, latronem conſolaris. Ad quam ille. Ecce filius, ex quo ad patrem per mortem uado, loco mei, Ioannem dimitto. Sed iſta commutatio adauget dolorem, cum filius hominis mihi detur, pro filio Virginis immo, & Dei. Attendite ergo & uidete &cæt. Septimo oſtẽditur magnitudo doloris, ſicut in Chriſto patiente, ita & in matre compatiente, ratione paucitatis fructus, ſeu utilitatis ipſius paſſionis ex parte miſeriæ, & peruerſitatis, ingratitudinis hominum. Nam cum copioſa fuerit, apud Deum redemptio, adeo quod precium ſanguinis eius, nedum omnes homines erat ſufficiens ad redi-

mendum, ſed & mille mundos ſi fuiſſent, & tamen pauci ſunt qui ſe faciant participes fructus ipſius paſſionis, propter deſidiam, & ingratitudinem hominum. Sicut autem ex magno lucro, quod quis uidet ſe cõſequi ex ſuo labore, multum gaudet, & conſolatur, ita econtra cum maximo labore quem, quis tolerat uidet conſequi modicum fructum, uel nullum, multum contriſtatur, & dolet. Clamabat Ieſus in Cruce, ſitio. Et licet ad literam, propter intenſum dolorem ſitiret corporaliter, maior tamen erat ſitis ſpiritualis deſiderii ſaluationis humani generis. Et cum uideret ipſe & mater eius pene nullum fructum tunc ſequi ſed potius ruinam præpapari, Iudæorum propter perfidiam ſuam, caſum contingiſſe Apoſtolorum & in futurum multos perituros Chriſtianorũ, dicere poterat cum dolore illud Micheæ. 7. Væ mihi quia factus ſum ſicut, qui colligit racemum in autũno, nam tunc uindemiata uinea nõ reperitur niſi aliquis racemus, ita & tẽpore paſſionis totam pene uineã humani generis, uindemiarat diabolus ut ſibi ſubditam, remanſit aliquis paruus racemus, ut Latro conuerſus, Centurio fidem Chriſti confeſſus, & aliquis alius quem Chriſtus collegit. Multum ergo dolet Chriſtus, & mater eius de tanta ingratitudine. Vnde clamat per Beatũ Bern. Ad te clamo, qui pro te morior, te exhortor, qui in Cruce patior, uide clauos, quibus confodior, uide latus, quo aperior, & cum ſit tantus dolor intus, & exterior, plus tamen cruciat, quod te ingratum experior. Hæc ille. Et per Beatum Aug. Cum eſſes inimicus, patri meo reconciliaui te, per me, & cum longe eſſes, ueni ut redimerem te, & inter mõtes Siluas cum errares q̃ſiui te inter lapides, & ligna inueni te, & ne luporum ferarumque rapido ore laniareris, collegi te, laboraui, ſudaui, caput meum ſpinis oppoſui, latus meum perforari permiſi, tot iniuriis laceſſitus ſum, ut coniungerem mihi te, & tu diuideris a me, tanta ſcilicet eſt ingratitudo tua. Et conquerens Dominus ait. Miſericordia ueſtra
Oſea. 6. quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.

Miſericor-



Miſericordia ueſtra, id eſt quam uobis feci in redimendo quaſi nebula matutina, quæ ſcilicet cito pertrãſijt, ita illud a memoria ueſtra & quaſi ros, qui adueniente ſole cito deſiccatur, ita adueniente calore tentationum, & tribulationũ ſubito perijt à uobis memoria paſſionis, & gratia per eam recepta. Sed & anima deuota dicit illud Thren. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea ex compaſſione.

DE tertio principali, cum dicitur Mater Ieſu. Mater immaculata. Mater intacta. Mater unigeniti dicta. Mater Dei & plaſmatoris omnium, eius qui in cœlis eſt ſine matre, in terris ſine patre, mater unici filii Ieſu, & ideo plus amans & plus dolens. Mater ſola genitrix totius Ieſu, & ideo plus amans, quàm ſi patrem habuiſſet, quia plus ſua res, & inde plus dolens. Vnde ait. Fœmina circundabit uirum. Solet homo circũdare, quod
ſuum eſt proprium, non quod alienum. In aliis filiis ſub Hier.
ſtantia filii non eſt tota propria matris, ſed & patris & ideo nulla mater circundat filiũ, ut uirgo Maria. Omnis alia figura pluribus lineis formatur, circularis uerò figura una linea clauditur, ſic beata uirgo Maria ſola clauſit intra uiſcera ſua Chriſtum. Alij filii duabus lineis figurantur, ſcilicet patre & matre, & quod circundatur ex nulla parte eſt apertum, ſed vndique clauſum, ſic beata Virgo Maria ante partum, in partu, & poſt partum, & ideo circundabit uirum, ſcilicet Ieſum totum perfectum. Sed dolores partus quos euaſit aperiendo ſibi, reſeruati fuerunt in paſſione filij, ut dicit Ioannes Damaſcenus. Nec vlla vnquam pariendo experta eſt tantum dolorem, ſicut ipſa iuxta crucem, in compatiendo. Ex ipſa autem maternitate, id eſt generatione Ieſu, facti ſumus fratres Ieſu, propter quod non confunditur, homines uocare fratres, vt ait Apoſtolus, ad Hebræos dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis.
Et ideo ſicut debemus compati fratri noſtro Ieſu Chri Pſal. 21.
ſto, in tanta eius paſſione pro nobis, ita & matri noſtræ

ſtræ

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtræ de morte fratris noſtri, & filii ſui. Vnde ut dicit beatus Augu. Cum annuatim Chriſti paſſio, ab eccleſia recolitur, ita debet nos mouere ad compaſſionem, ſicut nunc uidemus impleri. Sic & matri noſtræ compati, quę ſtabat iuxta crucem. Ipſum autem ueſpere depoſitum ſacratiſſimum corpus, per Nichodemum & Ioſeph ſuſcipiens, in gremio mater quot lachrimarum flumina, quã amariſſimos ſingultus, quã alta ſuſpiria, quæ verba meſtitiæ plena, ex ea proceſſerunt, quis poſſet exprimere? cũ ſingula membra perquireret tam dire cruciata, tam turpiter deluſa oſcularetur, & lachrymis irrigaret, ſociata Maria Magdalena, & alijs Mariis, & deuotis mulieribus. Cum autem ſero factum eſſet deuoti homines, pie, & deuote, corpus illud de brachiis accipientes poſuerunt in monumento, mente conſepulta cũ eo. Reminiſcens ergo beati ſanguinis, ait dominus Latinus Ordinis Prædicatorum Cardinalis, quem profudit amator hominis perfunde lachrymas. Non eſt locus ingratitudinis, ubi torrens tantæ dulcedinis attingit animas. Ieſu bone cur tanta pateris, cum peccati nihil commiſceris flos innocentiæ? Ego latro, tu cruce moreris. Ego reus, tu pœnã plecteris noſtræ nequitiæ, An te fecit ſic amore ebriũ, ut nec crucem putes opprobrium, amoris gratia, ſed ue mihi miſero ſi non recognouero. Væ mihi miſero ſi nõ recompenſauero dignis operibus, regnum quæritis, non intrabitis ſine crucis naui, portum petitis non uenietis, ſine crucis claui. Sola enim digna fuit ferre ſæculi precium, atque portum præparare, nauta mundo naufrago uitæ æternæ quam ipſe concedat, qui eſt benedictus in ſæculorum ſæcula. Amen.

FINIS.

SEQVITVR TABVLA, SIVE INDEX omnium Sermonum Quadrageſimalium Eximij Doctoris, Fratris Iacobi de Voragine, Ordinis Prædicatorum, Archiepiſcopi Ianuenſis, ſeriatim contentorum.

Feria quarta Cinerum. De exortatione peccatoris ad pœnitentiam, Sermo primus. car. 1
Eodem die, de miſeria hominis. Sermo. 2. 4
Feria quinta poſt Ci. De ſeruo Centurionis. Ser. 1. 6
Eodem die de eadem materia. Sermo. 2. 8
Feria ſexta poſt Cin. Sermo primus. De Amore. 10
Eodem die, Sermo ſecundus. De Iuſtitia Chriſtiana. 12
Sabbato poſt Cin. Sermo primus. De pœnitentibus. 14
Eodem die Sabbato poſt Cin. Ser. ſecundus. De Beatæ Virginis pietate, & dignitate. 16
Domica prima Quad. Ser. 1. De Diaboli tentatione. 17
Eodem die Sermo. 2. de eadem materia. 18
Feria ſecunda primæ Hebd. Quad. Ser. 1. De iudicio. 23
Eodem die Sermo ſecundus. De eadem materia. 25
Feria tertia primæ Hebd. Quad. Sermo. 1. De ſpirituali ingreſſu Chriſti in anima noſtra. 27
Eadem die Ser. 2. Ad quid ędificata ſit Eccleſia. 29
Feria quarta primæ hebd. Quad. Sermo. 1. De mala hominum generatione. 31
Eodem die, Ser. 2. De bona hominum generatione. 33
Feria quinta primæ hebd. Quad. Sermo primus. De Iudæorum pertinacia. 34
Eodem die Ser. 2. De oſſeruatione uerbi Dei eiuſdemq; officia. 36
Feria ſexta primæ hebd. 40. Semo 1. De grauitate morbi, eiuſdemque curatione. 38
Eodem die Serm. 2. De quatuor medicinis ſpiritualibus peccatori exhibitis. 40
Sabbato primæ hebd. 40. Ser. 1. De gloria ſanctorũ. 42
Eodem die Ser. 2. Quod beata Virgo Chriſtũ genuit. 44

Dom.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dom.ſecunda 40.Ser.1.De Chananea. 45

Eodem die Ser.2.De Chriſti magna miſericordia erga Chananeam. 47

Feria ſecunda,ſecundæ hebd.40.Ser.1.Quod quædam pertinent ad Chriſtum ut filius Dei,quædam ut filius hominis. 50

Eodem die Ser.2.De exaltatione Chriſti in cruce. 52

Feriæ tertia 2.heb.40.Ser.1. De Regulis prælatorum, ac ſubditorum. 54

Eodem die Ser.2.De lata ſpacioſaque ſuperbiæ uia. 56

Fer.4.ſecundæ heb.40.Ser.1.Quod Chriſtus paſſionem ſuam prædicit. 59

Eodē die Ser.2.de trib.calicis in hac uita exiſtētibus. 61

Fer.5.ſecundæ hebd.40.Ser.1.De triplici hoīs ſtatu. 63

Eodē die Ser.2.De pęnę multiplicatiōis diuitis cā. 65

Fer.6.ſecundæ hebd.4.Ser.1.De Vinea. 67

Eodem die Ser.2.De eadem materia. 69

Sabbato ſecundæ heb.40.Ser.1.De peccatoris auerſione,ciuſdemque conuerſione. 71

Eodem die Ser.2. de uirginis erga filium materna dilectione. 73

Dom.tertia 40.Ser.1.de dæmoniaci curatione. 75

Eodem die Ser.2.De dæmoniorum principibus. 78

Fer.2.tertiæ hebd.Ser.primus De Heliæ, Heliſeique hiſtoria. 80

Eodem die Ser.2.De lepræ malignitate. 82

Feria 3.tertiæ heb.Ser.1.De quinque documentis, nos ad ſalutem trahentibus. 85

Eodem die Ser.2.de fraterna correctione. 87

Feria 4.tertiæ heb.40.Sermo 1. De phariſeorum ſuperſtitione. 89

Eodem die Ser.2.De triplici planta. 92

Fer.5.tertiæ heb.4.Serm.1. De tribus magnis operibus Chriſti erga febricitantem. 94

Eodem [illegible]mo.2.De diuerſis ſpeciebus febrium,tum corporalium,tum ſpiritualium. 97

Feriæ 6.tertiæ hebd. 40. Sermo 1. De Samaritanæ cum Chriſto

Chriſto collocutione. 99



Eodem die Ser.2.De triplici aquarum differentia. 101

Sabbato tertiæ hebd.40.Ser.1.De adultera. 103

Eodem die Ser.2.De Chriſti humilitate. 105

Dom.quarta 40.Ser.1.De panibus. 108

Eodem die Ser.2. de declaratione duplicis nominis huius dominicæ. 110

Fer.2.quartæ hebd.40.Ser.1. Quod Chriſtus eiecit uendentes in templo. 113

Eodem die Ser.2. De phariſeorum Auaritia. 115

Feria 3.quartæ hebd.40.Ser.1. de iudæis diuerſimode ſentientibus Chriſto. 117

Eodem die ſermo.2.de pluribus infirmitatibus cauſis,eiuſdemque curatione. 119

Feria quarta quar.heb.40.Sermo primus.De Cæci nati curatione. 121

Eodem die Sermo.2.De ſignis cuiuslibet ſpiritualiter illuminati. 123

Fer.5.4.heb.40.Ser.1.De ſtatu peccatoris. 125

Eodem die Ser.2.De Viduitate. 127

Feria ſexta quar.hebd.Sermo primus. De Suſcitatione Lazari. 130

Eodem die Ser.2.De iuſtorum lætitia. 132

Sabbato 4.heb.40.Ser.1.Quod Chriſtus lux eſt. 134

Eodem die Sermo.2. Quod beata Virgo, eſt Aurora, Luna,& Sol. 137

Dom.in Paſſione,Ser.1.De quatuor ueritatibus. 139

Eodem die ſer.2.De iudæorum magna malitia. 142

Fer.2.quintæ heb.40.ſermo primus.de benigna immitatione Chriſti. 144

Eodem die ſer.2.De gratia. 146

Feria tertia quintæ hebd.40. ſer.1.De iudæorum inter ſe differentia. 149

Eodem die ſer.2.de triplici fœſto. [illegible]

Fer.4.5.heb.40.ſer.1.Quomodo Chriſtus ſe habuit, [illegible]tra ſingulas iudæorum inſidias. 1[illegible]

Eodem die ſer.2.de duplici ouium differentia. 156

Feria

Universidad de Deusto
Biblioteca



Feria quinta quintæ hebd.40.Sermo primus.De Mariæ Magdalenæ hiſtoria. 158
Eodem die Sermo.2.de eadem materia. 161
Feria ſexta quintæ hebd.quad.Ser.1.De concilio iudæorum contra Chriſtum. 163
Eodem die Sermo. 2. Quomodo expediebat Chriſtum mori. 166
Sabbato 5.hebd.40.Ser.1.de clarificatione. 169
Eodem die Ser.2.de beata Virgine. 171
Dom.in Ramis Pa.Ser.1.de quatuor obſequiis Chriſto exhibitis. 174
Eodem die Ser.2.de duplici proceſſione. 176
Feria ſecunda ſextæ hebd.40.Ser.1.De genere paſſionis Chriſti eiuſdemque fructu. 179
Eodem die Sermo.2.qualiter Chriſtus exiſtens in Cruce trahit ad ſe peccatores. 181
Fer.3.ſextæ heb.40.Ser.1.Quòd Chrs dr Agnus. 183
Eodem die Ser.2.de octo legatis,quos Chriſtus in morte dimiſit. 186
Fer.4.6.hebd.40.Ser.1.De pœna paſſionis Chriſti. 188
Eodem die Ser.2. de effuſione ſanguinis Chriſti. 189
In die Cęnæ Domini Ser.1. De præparatione communionis. 192
Eodem die Sermo.1.ꝙ Chriſtus in cœna ſumpſit perſonam amici,ſerui,ac epiſcopi. 194
In die paraſceues Ser.1.De maxima charitate,& pietate Chriſti,iudæorumque crudelitate. 197
Eodem die ſermo ſecundus, De decem miſterijs huius diei. 200
Sabbato ſancto ſermo.1.De Chriſti ſepulchro. 203
Eodem die ſer.2.De maximo uirginis dolore. 205
In die ſanto Paſchæ ſermo primus, de iocundiſſima reſurrectinne. 208
Eodem die ſermo.2.de eadem materia. 210
Feria ſecũda Paſchæ ſermo primus.Quod chriſtus peregrinus fuit. 213
Eodem die ſer.2.qualiter chriſtus reſurrexit. 215

Feria



Feria 3.Paſchæ Serm.1. Quod Chriſtus ſemper ſtetit in medio. 218
Eadem die Ser.2.De manifeſtatione reſurrectionis per omnes quinque ſenſus. 220
Sermo de paſſione domini. 222
Sermo de planctu uirginis. 249

Finis tabulę Sermonum,qui in hoc Quadrageſimali ordinatim continentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca